Ex. Bibl. Olivet. Archi.
22. aug. 1787

sermones fratris roberti

Hec est tabula omnium sermonum contentoꝝ in hoc Quadragesimali.

Sacre theologie magistri necnõ sacri elo/quij p̃conis celeberrimi fratris Roberti epi/scopi Aquiñ. ordinis minorũ professoris op⁹ quadragesimale perutilissimum. quod de pe/nitentia dictum est: feliciter incipit.

Dominica in septuagesima de facilitate bo/norum operum: seu bene operandi: propter quam peccatores ad penitentiã redire deberẽt. Sermo .i.

Multi sũt vocati

m pauci vero electi. Habentur hec v̾ba Math. 20. c. ꝛ in euã/gelio hodierno. Propter ni/miam charitatem suam qua di/ligit deus rõnabilẽ creaturã: nõ desinit voci/tare miseros peccatores post lapsum atq; rui/nam peccati: vt ad eum redeãt ꝑ penitentiam. Monet eos ꝛ expectat blãde multifariã; mul/tisq; modis attrahit: ꝛ allicit illos vt nõ despe/rent: sed currãt cõfidenter ad fõtem clementie sue. Pleriq; vero negligunt renuũtq; obedi/re voci eius suauissime: existimãtes opera bo/na in qbus penitentes exerceri oportet nõ so/lum difficilia ꝛ dura. sed oĩo ipossibilia. Quo errore firmato in eoꝝ mente licentiam in ma/lo ꝑseuerandi suscipiunt: in diesq; deteriores fiũt: quapropter existimaui rẽ fructuosã sũmã facere si aperuero quãta sit ad bene operãdum recteq; viuẽdum facilitas ꝛ suauitas. vnde in hoc sermone ad excitãda corda dura peccatoꝝ quos deus vocat vt ꝑ penitẽtiam electoꝝ nu/mero ascribant: de facilitate bonorum operũ; ero verba facturus: qm̃ sapiẽtissimus mundi redemptor in themate iam ꝓposito explicat ma/nifeste tarditatem penitẽtium: qbus salus esse nõ põt: asserens multos fore vocatos: paucos vero electos: q2 pauci sunt fortes animo ad vir/tutum opera aggrediẽda: qbus facilitatem ac/tuum virtuosoꝝ ostendẽdam duxi maxime ꝓ/pter tria.

Primo propter causam originalem.
Secundo propter adiutorium diuinale.
Tertio propter premium eternale.

Quod facile est vnicuiq; operari bonum ꝓ/pter cãm originalem que ẽ hominis voluntas libera que non cogitur. Capitulum .j.

p Rimo ostẽdo facile esse vnicuiq; operari bonum ꝑꝑ cãm originalẽ Nam si recte cõsideremus vnde ẽ q2 aliq boni: aliq mali sint. nõnulli recte: non/nulli vero ꝑniciosissime viuãt. inueniemus ꝑ/fecto id prouenire ab vniuscuiusq; libero arbi/trio ꝛ spontanea volũtate. Hoc asserũt omnes sapientes siue phi siue sancti. Unde Ari. 2° ethi. c. 7. ait. Justum operari omne volunta/rium est. Et in 3°. ethi. c. 3°. Uirtus volunta/rium est. Et nihilominus ꝛ malicia volunta/rium est. Et ibidem. Beatus inq̃t nullus no/lens ẽ. Et Señ. libro de moribus ait. Omne peccatum actio ẽ volũtaria. Et idem ad Lucil/lum. Ualẽtior omni fortuna animus est: ꝛ in vtrãq; partem ipse res suas ducit: btẽq; ac mi/sere vite sibi cã est. Et Salustius in iugurtino Dux atq; imperator vite mortalium animus est. Hinc Aug. libro 5° de ci. dei. x. c. dicit. Sunt nostre volũtates in nobis: ꝛ ipse faciunt qcq̃d volendo facimus siue bonum siue maluz In lib . vero de libero arbitrio. Pctm̃ asserit vsq; adeo fore voluntarium: q2 si nõ esset vo/luntarium nullum esset pctm̃. quod dictũ etiã; sacri canones sepius cõfitentur. sicut patet. 45 di. c. de iudeis. et. 15. q. i. c. merito. c. illa. c. nõ est. ꝛ. 33. q. 5. c. sicut. n. ꝛ. 23. q. 4. c. Nabu/chodonosor. vbi dr̃. Uasis ire nũquam deus redderet interitum: si nõ spõtaneum iuenire/tur homo habere peccatum. Et idem habetur de sententia excõmunica. c. cuz voluntate. 50. di. c. si qua femina. c. si qs. c. quantum. c. hi q c. sepe cõtingit. ꝛ. C. ad. l. corneliam de sicca/rijs. l. i. ꝛ. ff. de furtis. l. qui i iure in ṗn. ꝛ hoc rettulit Tullius in. 2. rethori. noue inquirẽs. Uoluntatem in oibus rebus spectare cõuenit Et Señ. ad Lucillum. Actio ait recta nõ erit nisi recta fuerit voluntas. Ad hoc eniz auctor Gratianus insuꝑ cõfirmat quod dicimus de pe. di. 2. c. si. n. ff. liberi arbitrij. Nec ad vir/tutem nec ad vitia necessitate trahimur. sed vo/luntate. Hieronymus aũt in qõibus ad Hel/bidiã sic pulchre loqtur. Hoies suo arbitrio derelicti sunt. neq; .n. bonum necessitate faci/unt. sed voluntate vt credẽtes coronam acci/piant. increduli supplicijs mãcipentur ꝛ iterũ ibidem ait. Deus equali cunctos sorte genera/uit ꝛ dedit arbitrij libertatem vt faciat vnusq̃s/q; quod vult siue bonum siue malum. Jntã/tum aũt dedit hoibus libertatem vt vox impia disputet cõtra creatorem suum: ꝛ causas volũ/tatis illius ꝑscrutetur. h ille: que omnia sapiẽs breui sentẽtia collegit. Eccle. 5. c. vbi ait. deus ab initio cõstituit hoiem ꝛ reliquit eum in ma/nu cõsilij sui. ꝛ paulopost subdit. Apposuit tibi

ignem τ aquam: ad qđ volueris porrige ma-
num. Quod aūt homo liberi sit arbitrij, ꝓ-
bat scūs Tho. i. pte summe. q. 83. qm̄ nisi sic
esset frustra essent cōsilia exhortationes τ pce
pta, ꝓhibitiones premia τ pene. Insup idipm̄
colligit a sufficiēti agētium diuisione. Quedā
enim sunt que agunt absq3 iudicio sicut lapis
mouet deorsum absq3 cognitione. Quedam
agunt iudicio sed nō libero sicut aīalia bruta.
Judicat qdem ouis vidēs lupum eum esse fu
giēdum naturali iudicio τ nō libero. q2 nō ex
collectione sed ex naturali instinctu. Et silr̄
ē de quolibet brutorum aīalium. Sed hō agit
iudicio: q2 p vim cognoscitiuam iudicat aliqd
esse fugiēdum vel ꝓsequēdum. Et q2 iudici-
um illud nō est ex naturali īstinctu in particu-
lari operabili: sed ex collectione rōis: ideo agit
libero iudicio potēs in diuersa ferri. Rō qp-
pe circa contingentia habet viam ad opposita
vt patet in dialecticis syllogismis. τ rhetoricis
ꝑsuasionibus. Particularia aūt opabilia sunt
qdam cōtingentia τ ideo circa ea iudiciu3 rō-
nis ad diuersa se habet: τ nō ē determinate ad
vnum. Et ꝓ tanto necesse ē q2 hō sit liberi ar
bitrij eoipso q2 ē rōalis. hec Tho. Que vero
sit differentia īter liberum arbitrium hōis aut
angelor2 vel beatorum siue ipsius summi dei
nō est ꝓpositi nostri cum itēdam tm̄ clare pate
facere cūctis: qđ ꝓbatū est p iā dicta: videlicet
q2 q volunt bn̄ operari τ boni esse id facile pn̄t
q2 ex eor2 volūtate id depēdet. Qui vero ma
li sunt τ mala facere nō formidant ideo sic fa-
ciūt: q2 sic volūt. τ ex cōsequenti si pp pctā dā-
nant mali. τ pp iusticie opera soluantur boni.
nullus dānatur neq3 saluat inuitus. Sed non
imerito pp ea que dicta sunt circa tria dubita-
re cōtingit. primo circa liberi arbitrij violen-
tiam. 2°. circa liberi arbitrij excellētiam. 3°. cir
ca liberi arbitrij pniam. P°. dubitat circa li
beri arbitrij violentiam vi3. s. liberum arbi-
trium cogi possit aut violentari. Et qbusdam
videt q2 sic. primo a ꝓpria natura. 2°. ab alia
creatura. [T]ertio a creatrice diuina essentia.

Primo videt qbusdam nō bene itelligēti
bus q2 liber2 arbitrium in qbusda3 cogi possit
τ violentari ab eor2 ꝓpria natura ꝓpter vehe
mētes quasdam passiones τ naturalem cōcu-
piscentia3: qbus q̄si vident īpelli ad maliciam
inuoluntarij: sicut patet de qbusda3 qui nulla di
sciplina: nulla correctione: nulla monitione: ti-
more: punitione: castigationeq3 emendantur.

Quare vident talib9 adeo annexa vitia τ pctā
vt ēt si velint abstinere nō possint. Ego vero
dico cū Giraldo odonis sup 3° ethi. q2 nulla
naturalis cōcupiscentia quātūcūq3 itēsa p nati
uitatem vel p etatem necessitat vel cogit hoie3
ad esse malum τ vitiosum inuoluntarie: eo q2 p
rōem vnusqsq3 superare pōt qnascūq3 passio-
nes ēt potentissimas iclinātes ad malum. Et
hoc cōstat nō solum ex scripture sacre testimo-
nijs sed ēt ex dictis atq3 exemplis moralium
phor2. Sunt Senece verba ad Lucillum. d.
Erras enim si existimas nobiscum vitia nasci
supuenerunt. ingesta sunt. nulli nos vitio na-
tura cōciliat. nos illa itegros ac liberos genuit
hec ille. Qualiter aūt hi qui maliciosissimi vi-
dent esse si volunt boni fieri possunt. ostēdit
Ualerius maximus li. 6. de mutatione mor2
τ fortune. Ibi enim de Lucio sylla sic loqtur
Lucius sylla vsq3 ad questure sue comitia vitā
libidine vino ludicre artis amore inquinatam
ꝑduxit. Quapropter. C. marium cōsule3 mo-
leste tulisse tradit q2 sibi asperrimum in africā
bellum gerenti tam delicatus questor sorte ob
uenisset. Eiusdem vtus quasi ꝑruptis τ de-
fictis negcie qua obsidebatur claustris cathe-
nas Jugurte iniecit manibus: Mitridatem
cōpescuit: sociales belli luctus repressit. Ibi-
de3 narrat de Themistocle pho qui adolescēs
tanta fuit pollutus infamia q2 se ab eo pater ab
dicauit τ mater pp filij turpitudinem laqueo
se suspendit. Euasit deinde robustiore etate
phs clarissimus τ athenar2 princeps. Appa
ret ergo τ clar2 ē ab hoie volēte superari pos-
se oēm malam iclinationem ꝓuāq3 cōsuetudi-
nē. 2° vr alijs nō recte sapiētib9 q2 liberū arbi
triū cogi possit atq3 ꝯpelli ab alia creatura. vt
puta ab influētia celestiū corporū siue a malicia
demonū. sed de corporib9 celestib9 quēadmo-
dū nihil possint supra liber2 arbitriu3 ad illud
cogēdum diffusius suo loco dicā. nunc audire
sufficiat qd de diabolo sit tenendum: Posset
nāq3 qs dicere q2 qn̄cūq3 aliqs potēs τ sapiēs
ꝓliat cum debili τ isipiēti q2 de necessitate vin
cit τ superat illum. τ p cōsequens cogit τ vio
lētat eū: iuxta dictū phi. 9°. ethi. Qui habiles
sunt ingenio naturaliter sunt dn̄i. q vero lu-
brici corpore naturaliter sunt serui. sed diabo-
lus potētior τ sapiētior hoie iportune tentat
illum vt mala faciat. ergo seqtur q2 de necessi-
tate hoiem vincat τ superet. eiq3 supato atq3
deuicto vim inferat ac violentiam. De sapia
figāem

quidē sue astutia hostis antiqui. Aug. loquitur in libro de natura demonum.d. diabolum hēc mille nocēdi modos. Quod etiam notatur in decretis.26.q.4.in.c.sciendū. De potestate etiā eius loquitur Job.41.c.d. Non est potestas sup terrā que cōparetur ei.qd Jo. Apocal.12. declarauit cū dixit. Veh terre et mari:quia descendit ad vos diabolus habens iram magnam.i. potestatē. Quod importuna autē et frequens sit contra nos eius pugna. Petrus aplorum princeps.i. epla.c.5. clamans audiatur. Sobrij estote et vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugens circuit querens quem deuoret:ergo videtur quod nullus etiam volens cauere sibi possit a malo et operari bonum:cum diabolus indistincte oēs oppugnet. His ita respondeo: quod diabolus tentat hoiem quantum pōt quantum scit: et quantum vult:sed quantum a deo nobis benigno pmittitur. At vt gentium doctor Pau.i. Cor.x.c.meminit. Fidelis deus est qui nō patitur vos tentari supra id quod potestis:sed facit cum tentatione prouentum vt possitis sustinere. Propterea debilis est hostis et nō vincit nisi volentem. 3° istant aliqui quod liberum arbitrium cogi possit ab ipsa creatrice diuina essentia:et eo quod Joh.6° scribitur Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit illum:sed tractus est motus violentus vt dicitur phis:ergo liberum arbitriū violentatur. et prouer.20.hr sicut diuisiones aquarum:ita cor regis in manu dñi quocūque voluerit inmutabit illud. Sed talis inmutatio ē quedam coactio.ergo deus cogit liberum arbitrium. Preterea deus pōt oia facere quia est oipotens.ergo pōt et cogere ac violentare liberum arbitrium. Propter hec declaranda notāda sunt tria fm dñm Boñ.in.2.di.25. P° notādum quod de libero arbitrio possumus loq dupliciter.s. quantum ad actum exteriorē. et quantum ad actum iteriorē. Si loquimur primo mō respectu talis actus pōt interuenire coactio. pōt.n.qs compelli vt ipso nolente genua coram idolo flectat.si aūt loquimur quantum ad actū iteriorem qui.s.est velle eligere et consentire. sic nullo modo pōt cogi nec ab agente creato nec a deo creatore. 2° notādum quod cum dr liberum arbitrium a deo nō posse cogi. dupliciter pōt itelligi.aut ita quod deus nō possit auferre libertatem et supinducere coactionem.et hoc falsum ē.quia p imēsitate potentie sue nō solū pōt cōditionem mutare:sed naturam ipsam creatam in nihilum cōuertere. Alio modo pōt intelligi quod deus nō possit liberum arbitrium cogere salua,pprietate libertatis et eius natura. et hoc mō verum ē quod ipossibile ē deum liberum arbitrium violentare posse,p eo quod iplicat in se duo cōtradictorie opposita.ex hoc.n. quod liberum est si aliquid vult libere vult.et ex hoc quod volūtarium est si aliquid vult voluntarie vult.et se ipso mouente vult.quia fm Ari.3° ethi.c.3° Voluntarium vtique videtur esse cuius principium in ipso est. Ex hoc aūt quod liberum arbitrium cogitur si qd vult seruiliter vult et si qd vult inuite vult et si quid vult ab alio vult.qa iuxta sententiam Ari.3° ethi.c.p. Violentum est cuius principium est extra tale existens in quo nihil cōfert operās vel patiēs.ergo liberum arbitrium a deo cogi nō est aliud quam eorum eius simul et semel esse liberum et seruilem. esse volūtarium et nō volūtarium esse a se et non a se.si ergo est ipossibile quod claudat in se vtramque ptem cōdictionis.nō tm ē impossibile creature.sed ipsi optimo deo.quia illud posse nō ē posse. Et sic rñdendum ē ad tertium obiectum. 3° notādum qd differt dicere volūtatē induci. volūtatem mutari. et volūtatem cogi. Tunc.n.induci dr qñ aliqua psuasio ei fit q disponitur vt ad aliqd appetibile inclinetur quasi valde intensa ē nomen coactionis sortitur: quamuis non sit vera coactio. Tūc aūt voluntas mutatur qñ ipsa nolēte vnum potēti vtute affectio imittitur ei in cōtrarium. et de hoc nolente fit volens: ita quod affectio expellitur et cōtraria inducitur:sicut cum deus amatorem temporalium facit tpalium cōtemptorem,et de hoc dicit Dauid in psmo. Hec mutatio dextere excelsi. et hoc dicitur esse qdam cōpulsio et tractio diuina. Tūc vero voluntas dr cogi quādo itelligitur ipsam vitam aliqd velle:et repugnāte actu voluntatis deliberatiuo aliena virtute mouente et repugnantia manēte ad aliquid inclinari nolendo. Voluntas ergo induci potest ab agēte creato.mutari vero ab alio nō potest: nisi ab agente increato:et pro hac mutatione sumitur tractio illa de qua dictum est opponendo.cogi aūt voluntas a nullo potest.et hoc Bern.tenuit in libro de libero arbitrio cum dixit. Voluntas pro ingenita sui nobilitate nulla cogit necessitate. Scđo dubitatur circa liberi arbitrij excellētiam.qm hoc qd homini cōcessum est ab opifice

opifice sũmo ad decorẽ ⁊ gl'iam qdam ꝓbare nitunt ei cedere ad dãnum dedecus ⁊ detri/mẽtum. Arguunt qppe: si optimũ est optima queq; facere vt ait Dio⁹ in li. de diui. no. sed deus ẽ optim⁹: ergo debuit hoiem optimum facere: sed in vertibilitate arbitrij nõ fecit eũm optimum. qm̃ melius esset hoi peccare nõ posse q̃ȝ peccandi facultatem hr̃e: ergo deus rectũ minime cõdidit hoiem. His ergo rñdeo ſm Alex. de ales. 2. parte sum. ⁊ d. Boñ. di. 23. scd̃i libri qd̃ optimum dupliciter dr̃. s. simpliciter et in ordine. Deus oia que fecerat vidit: et erãt valde bona. i. optima. Geñ. p°. Non simpliciter: sed in ordine et in cõparatione ad totum vniuersum: in quo nihil ẽ supfluum: nihil diminutũ: nihil inordinatuȝ. Formica optima ẽ nõ simpliciter ⁊ in se: q2 leo melior ẽ illa atq; nobilior in genere aialium brutoꝝ ⁊ irrationabilium: sed in compatione ſm ordineȝ vniuersi: sicut leo optimus ẽ: quo tamẽ dignior ẽ homo: sic hõ optimus est: quo tñ dignior ẽ angelus in sua natura. oia tamen ista ⁊ cũcta que fecit deus scd̃m ordinem cõsiderata optima sunt. ⁊ optima esse dicunt. Secũduȝ hunc igitur ordinem deus cõdidit hoiem optimuȝ quãdo ei libertatem dedit arbitrij: eo ꝙ finis hois ẽ ipsa beatitudo. Ad beatitudinem ꝟo cõsequendam voluit deus hoiem dispositum fore aliquo suo merito iteruenĩete. vt sic homo beatificabilis ampliori gl'ia refulgeret. ⁊ dei liberalissimi iusticie satisfieret. Accedit itaq; liberi arbitrij cõditio ad dei viuentis preconium q iuste saluat bene faciẽtes: ⁊ delinquẽtes eternaliter punit. Facit ⁊ ad hois laudem q potuit mala facere ⁊ non fecit. ex quo Lactã. in. 6. li. di. isti. ait. Nulla laus ẽ nõ facere qd̃ facere nõ possis. Hiero⁹ ꝟo diffusius cõprobat ea que dico in ep'la ad Demetriadam ꝟgi. quaȝ sic alloqtur. Jam ꝓuidẽdum ẽ ne forte illud remordeat: in quo temere imperiũ vulgus offendit. vt ideo nõ vere bonum factum hoiem putes: eo ꝙ is facere malũ põt: nec ipsa natura astringat ad imutabilis boni necessitatem. nam si diligẽter rem tractes: ⁊ ad subtiliorem itellectum aium cogas hinc tibi melior ad supbior hois status appebit: vnde putat inferior. in hoc. n. gemini itineris discrimine i hac vtriusq; libertatis parte rationalis anime decus positum ẽ. hic inquã totus nature nostre honor cõsistit: hic dignitas: hic p̃mium. hinc deniq; oꝑtimi quiq; laudẽ merentur: nec esseȝ hois vlla ꝟtus in bono pseuerantis: si is ad ima trãsire nõ posset. hec ille. 3° dubitat circa liberi arbitrij pniam: vtꝝ. s. peccatores oẽs q̃ȝdiu in statu sunt vie ad pniam possint redire: qd̃ si nõ faciant an suo libero arbitrio ⁊ voluntati male sit iputãdum. Et rñdeo ſm veritatem rei affirmatiue ꝙ sic. ad qd̃ iduco Augustini doc. egregij sniam iuincibilem: qui in li. de li. ar. exẽpla affert in medium Pharaonis ⁊ Nabuc. d. Nabuchodonosor penitẽtiã meruit fructuosam. nõne post inumeras ipietates flagellatus rex iste vere penituit. ⁊ regnũ qd̃ pdiderat rursus accepit. Pharao aũt ipis flagellis durior ẽ effectus ⁊ perijt. Hic mihi rõem reddat: q diuinum cõsilium nimiuȝ alto ⁊ sapiẽti corde diiudicat cur medicamẽtũ vnius medici manu cõiectum alij ad iterituȝ: alij ad vitam valuerit ⁊ saluteȝ: nisi q2 xp̃i bonus odor alijs ẽ odor vite in vitã: alijs odor mortis in mortẽ. Quãtum ad naturã ambo hoies erant. q̃ȝtum ad dignitatẽ ambo reges. q̃ȝtum ad causam ambo captiuum dei ppl'm possidebãt. quãtum ad penã ambo flagellis clemẽter admoniti. Quid ergo fines eoꝝ fecit esse diuersos: nisi ꝙ vn⁹ manum dei sup se sentiens in recordatione ꝓprie inigtatis igemuit: alter vero libero ꝯ dei misericordissimã veritatem pugnauit arbitrio: hec ille. Et notat. c. superius alle. Nabucho. 23. q. 4. in qbus verbis iniuit Aug⁹ ꝙ pharao a deo pcussus. x. plagis humiliare se noluit: ⁊ suo arbitrio penitentiam sprevit. Nabuchodonosor vero vt dicitur Daniel'. 4. post septẽnem sui castigationẽ qua fuit mutatus quasi in bestiã leuauit oculos ad celum: ⁊ se deo humiliãs: ⁊ ꝓ suis inigtatib⁹ ingemiscẽs pcc̃oꝝ veniam ſm Nico. de lira ⁊ regni fastigium simul adeptus: neq; alia cã potuit assignari q̃re ad deum cõuertit cor suuȝ nisi q2 voluit. volens Nabuch. ⁊ nõ iuit⁹ post pctm̃ salutẽ ẽ assecutus. volẽs pharao mẽtem indurauit ⁊ perijt. Sunt sil'ia exempla discipulorũ xp̃i. Petri negãtis: ⁊ ꝓditoris iude: quorum alter post peccatum flẽdo ⁊ lachrymãdo xp̃i misericordiam inuenit: ⁊ in apostolatum restitutus factus ẽ apl'oꝝ princeps regni celoꝝ clauiger: ⁊ i empyreo celo dign⁹ assistere ihu xp̃o filio dei. Alter aũt. s. Judas desperatione victus laq̃o se suspẽdit. Quis eũ ad desperationẽ ad suspẽdiuȝ ⁊ suimet crudelẽ occisionem iduxit: nisi eius ꝓpria volũtas. Sed penituit inquies Judas: vt patet in euangelio.

Math. 17. vbi dicit q penitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus. d. Peccaui tradēs sanguinem iustum: ergo videt q dānari nō debuit. Sed Joh. os aureū de pe. di. 3. in. c. Judas rūdens. d. iudas penituit sed male: qz laqueo se suspēdit. dr ēt in. c. Nemo. de pe. di. 1. Nemo pōt bene agere pniam ni sisperauerit indulgētiam. Hic Leo papa in sermone quodā iudam sic alloqtur. Sceleratior oibus o iuda et infelicior extitisti: quem nō pnia reuocauit ad dn̄m: sed desperatio traxit ad laqueum. Fuit itaqz falsa pnia iude quam cōsecuta ē desperatio. nec dubiū est q si ad pedes dn̄i cucurrisset: inuenissetqz eum siue in medio derisorū et percutientium decoram faciem eius: ac caput angelicis spiritus tremebūdum: siue colūne inherentem et in ea dure ligatum: ac pp flagella terram suo sanguine madefacientem: siue inter duos latrones pēdentem in cruce nudatum: vulneratum: et totuz cōfusum: et humili corde idulgētiam postulasset: nūquam ei fuisset negata. Paratissimus erat xps q pro peccatoribus patiebat: p peccatoribus sanguinē suum fundebat: p peccatoribus moriebat in cruce: iudam si pniam verā agere voluisset ad se pio amore suscipe idulgere gr̄amqz imptiri. Est de hoc dictuz. Grani de pe. di. 1. c. his ptāntibus. vbi ait. Arbitror q ēt iudas potuisset tāta miseratione dn̄i nō cōcludi a venia si pniam nō solum apud iudeos sed apud xp̄m agere voluisset: quare voluntati eius ascribenda est desperatio illa: que sup oia peccata displicet misericordissimo deo. Quid Petri aiuz mouit vt post tam grāde peccatum ab eo cōmissum nō desperaret: sed cōfideret in bonitate incarnati dei dulcissimi sui magistri. Certe gra ei9 fuit quam ipse petrus volēs acceptauit: volēs nō recusauit. Egressus iquit euāgelista foras fleuit amare. luce. 22. Quid flebat. Quid dicebat. qd cogitabat in corde. qd sonabat in ore Vide o anima et cōsidera petrum flētem et lachrymātem: qz negauerat xp̄m humano timore deuictus: dicebat forte. o quanta est iniqtas mea. o q̄z graue peccatuz: negaui me scire ihm quem vidi: quem amaui: q me dilexit. vidi eū sup aquas ambulare: mortuos suscitare: cecos illuminare: et mūdare leprosos: et iureiurando dixi me eum non nouisse. Heu me magister mi dulcissime: negaui nosce te: quez aspexi oculis pprijs trāsfiguratū in monte tabor: et captus pulchritudine et splēdore claritatis tue dixi. Faciamus hic tria tabernacula. o pijssime saluator mundi. o fons indeficiens omnis mansuetudinis: tu me ad tuam societatem vocasti: tu mihi reuelasti secreta tua: tu mihi familiarem te et affabilez exhibuisti: tu lauisti humiliter pedes meos exm humilitatis me docens: tu innumera mihi beneficia contulisti: et ego negaui te. O bone ihu peccaui: iniqz egi tu vo misericors indulge peccatis meis: et nō me despicias penitētem. o q̄z libenter pepercit ei xp̄s: cui tamē nullam intulit violentiam. Sume et tu peccatrix anima exēplum: et si volueris cum petro gratiosum tibi ppitiūqz dn̄z ihm xp̄m habebis. Si vo pctā tua dimittere nolueris: tua dānat: uā accusa durissimaz voluntatem. Intellexit hoc Aug9 postquam ad lucem gr̄e dei venerat: qui in li. cōfes. dicebat ad eum. Vocasti me: et nō erat qui rn̄deret tibi dicenti mihi. Surge q dormis et exurge a mortuis: ligatus eniz eram nō alieno ferro. sz mea ferrea voluntate. O quātus est numer9 peccatorum q cathena diaboli trahunt ad inferna volentes. o miseri: o negligentes: o vobisipsis crudelissime belue. surgite a mortuis soluite vincula vitiorum vestrorum: et ad deum reuertimini: nec vos terreant opera bona que facile est exercere: dummodo adsit ipsa voluntas.

Qd facile est opari bonum ppter auxilium diuine gr̄e: que adiuuat oēs illam volentes: licet neminem cogat. Capitulum. 2.

[S]Ecūdo ostendo facile esse vnicuiqz operari bonum ppter adiutorium diuinale. Parat9 eqdem deus ē adiuuare gr̄a sua oēs volentes et cupiētes facē bn̄. Verūtamē solēt pleriqz de ipsa gr̄a benedicta dubitare hoiem adiuuāte: maxime circa tria. Primo circa necessitatez. Secundo circa libertatem. Tertio circa ipeccabilitatem. [Pri]mo dubitant aliq de gr̄a ipsa circa necessitatem. vtruz sit necessaria homini ad bene operādum ita q absqz illa nō possit operari bonum. Et pro vna parte stat snia theologorum: qui in scdo sniarum attribuunt oēm motum voluntatis et liberi arbitrij ad bene faciendum gr̄e: dānātqz pelagianos hereticos qui dixerunt liberum arbitrium solum et p se sufficere homini ad opera bona. Hinc et magister sniarum. 28. di. 2. li. inducit Aug. li. 1. retractationum. d. Heretici pelagiani sic he-

boꝝ asserūt volūtatis arbitriū vt grē dei non
relinquant locū: quā fm merita nr̄a dari asse/
runt. At ꝛ prefatus Augu. in plerisqꝫ locis
pelagianos viriliter expugnat ostēdēs grē ne
cessitatē. vñ ad Bonifaciū papā. d. Nō pōt
hō aliquid boni velle: nisi iuuetur ab eo q ma
lum nō pōt velle. Et in li. de ꝑdestinatōe scō/
rum. Prius inqt est cogitare bonū ꝙ crede/
re: ꝛ ipsum cogitare bonū ex deo est. Et idem
in libro de correctōe ꝛ gratia. Sine gratia dei
nullū ꝓrsus siue volēdo siue agēdo faciūt ho/
mines bonū. Et idē ad valentinū. Cogitare
vel agere secunduꝫ deum nulla rōne sine grā
dei possumꝰ. Et idē in. Encħ. Grata preue
nit vt velimꝰ bonuꝫ. Et idē in li. de ecclesiasti/
cis dog. Monet ad ꝗrendū salutem libertas
arbitrij. sꝫ mouente prius deo. Et ideꝫ in soli/
loquijs ad deū loquēs. Velle etiā quod bonū
est non possum: nisi tu velis. Hoc idem dicit
Bern. in li. de li. ar. cū ait. Tria in nobis ope
ratur deus: cogitare. s. bonuꝫ: velle: ꝛ ꝑficere
primū sine nobis. secundū nobiscū. tertiū per
nos. Ad idē est illud hysidori in li. differētiaꝝ
gratia est diuine misericordie donū: per quod
bone voluntatis est exitus. ꝛ hoc magister in
textu sic scribit. Bona voluntas comitatur
grāꝫ: nō gratia voluntatem. Et doctor gentiū
paulus. 2. corinthioꝝ. 3. c. eandeꝫ sententiam
approbans inqt. Nō sumꝰ sufficiētes cogita/
re aliqd a nobis quasi ex nobis. Ex quibꝰ om
nibus colligimus vsqꝫ adeo gratiam fore ne/
cessariaꝫ ad explenda ꝟtutis opa. vt etiā sine
illa nec cogitare: nec velle ea quis possit. Ex
parte altera contrariuꝫ ōndi pōt ꝛ rōne ꝛ ex/
perimento. Ratōe sic. Magis se hꝫ vnūquod
qꝫ ad illud ad qd̓ naturaliter est ordinatuꝫ: ꙙ
ad illud ad quod naturaliter nō est ordinatū:
sed homo naturaliter ad bonuꝫ ordinatus est:
nō aūt naturaliter ad maluꝫ. ergo magis se hꝫ
homo ad bonū ꙙ ad maluꝫ. si itaqꝫ pōt facere
malū per se: poterit etiā facere bonū ꝑ se: ergo
grā nō est necessaria ad hoc ꝙ opetur bonum
Insup omnis creata natura pōt in suū actuꝫ:
ꝛ illum educere absqꝫ adminiculo gratie: sicut
ignis lucet: ꝛ calefacit: canis latrat: celuꝫ mo/
uetur: aque fluūt: ꝛc̄ huius. in quibus grā nō
est: ergo aut hō poterit absqꝫ grā ꝑ naturaꝫ in
suum actū ꝛ illū educere: aut peioris cōditōis
erit ꙙ cetere creature. sed hoc est falsum: ergo
per naturā pōt hō suū actū educere. sed actus
eius est viuere fm rationē rectā: ꝛ opari bonū
vt patet ex primo ethi. ergo vr̄ ꝙ grā nō sit ei
necessaria. Experimēto hoc adhuc clarissimuꝫ
est. qm̄qdē inuenti sunt tot gētiles: idolatre: ꝛ
infideles: q ꝟtutis opa miro modo sunt ꝓsecu
ti. qs neget bonā fuisse iusticiam Bruti. fide/
litateꝫ Marci reguli. cōstantiā Mutij. paup/
tatem Valerij publicole. continentiam Sci/
pionis. ꝛ philosophoruꝫ morales actus. Non
opus nūc est eoꝝ recensere gesta: de quibꝰ tū
in historijs multa legimus laudabilia ꝛ memo
ratu digna. Operati sunt ergo illi opera bona
plurima: ꝛ tamen in eis nulla erat grā. Pro
huius difficultatis solutione afferaꝫ in mediuꝫ
responsionē domini Bon. qui in. 2° sentētia/
rum di. 28. distinguit triplex bonuꝫ: quod ho/
mo potest operari. Primū moralis cōditiōis.
Secundū dispositionis. Tertiū ordinationis.
Primū bonum est cū actus transit sup mate/
riam debitā. nō tū ordinatur ad finem vltimū
ad summum bonū ad beatitudinē: siue ad ip/
sum deum. sicut cum qs non propter deū: nec
vt preceptis eius obediat: sed tantum qa ratio
dictat: subuenit misero ꝛ idigenti: fideliter ser
uata restituit. iusticiam inferioribus admini/
strat: ꝛ huiusmodi. vt testatur phs in lib. pol.
d. ꝙ homo est animal politicum: qr indiget di
uersaruꝫ operationum. ideo natura permisit
nos simul habitare vt alter alteri subueniret: ꝛ
ideo dicit. P. Solitariꝰ homo aut deus aut
bestia. Ad talia bona pōt liberum arbitrium
absqꝫ gratia exire cooperante sibi deo: sicut co
operatur alijs creaturis. Naꝫ sine primo agē
te nullum agens pōt agere. Scd̓m bonuꝫ dr̄
dispositionis: ꝛ est illud quod fit ꝓ amore dei
lꝫ extra charitatem. qd̓ qdem de cōgruo dispo
nit ad finem vltimum: vt dicet in sequēti ser/
mone. In tale bonum non potest liberum ar
bitrium absqꝫ munere gratie gratis date per
quod illuminetur dirigatur ꝛ excitetur: vt ve
lit aliquid facere: quod sit deo placitum.

Tertium bonum dicitur ordinationis. qd̓
scilicet ordinatur in finem ꝛ fit in charitate. ꝛ
in hoc nō pōt liberum arbitriuꝫ lapsum absqꝫ
auxilio grē gratum facientis. Ex hac ergo di
stinctione respondeo ad obiecta in contrari/
um: ꝙ lꝫ homo possit operari bonum mora/
le. sicut fecerunt gentiles ꝛ phi absqꝫ grā dei
nō tamen bonum meritorium: siue sit merito/
rium merito congrui. siue merito condigni.
Et sic etiam soluuntur rationes opposite: que
concludunt de bono morali non meritorio.

Secundo nonnulli dubitant de gratia ipsa cir
cā liberalitatem. vtrum scilicet deus det gra/
tiam ipsam facienti quod est in se ex necessita/
te aut ex liberalitate. Et ꝙ ex necessitate arguē
do posset ostendi sic. Primo qꝛ Augustinus
super illud. 2. ad Thi. 2. Negare seipsum nō
pōt ait. Cū sit iustus nō pōt negare suā iusti/
ciā. ergo cū sit bonꝰ ⁊ misericors nō pōt nega
re suā bonitatē ⁊ misericordiam qꝛ ꝓnior ē ad
largiēdū de mia ⁊ bonitate q̄ȝ ad puniēdū de
iusticia. si ergo nō pōt suam iusticiā negare fa
cientibus malum: multomagis nec suam mi/
sericordiam illis qui requirunt eam. Sed qui
facit quod in se est: requirit bonitatem eius ⁊
misericordiā: ergo de necessitate dat illi. Se/
cundo qꝛ Aug. sup illud ad Ro. 5° iustificati
ex fide pacem habeamus ait. Deus recipit cō
fugientes ad se. Aliter in eo esset iniquitas:
ergo impossibile ē ꝙ nō recipiat fugientes ad
se: qꝛ impossibile est ꝙ in eo sit iniquitas: sed
faciens quod in se est cōfugit ad ipsum: ergo
necesse est ꝙ ipsum recipiat. Sed ipsum reci/
pe est ꝑ infusionem grē. ergo ⁊c̄. Tertio īpossi
bile ē summā veritatem mētiri: sed necesse hȝ
implere illud qđ dicit: sed dicit ꝙ ꝯuertenti ad
ipsum conuertet se. Zacharie. i. conuertimini
ad me ⁊ ego conuertar ad vos. ergo cum fa/
ciens quod in se est conuertatˀ ad ipsam veri/
tatem primam: necesse est ꝙ deus conuertatˀ
ad illum: sed hoc nō est nisi ꝑ grām ergo ⁊c̄.
Soluitˀ h̄ qō ſm Alex. in tertio volumine sū/
me ꝙ deus dat grām suam sola liberalitate: ⁊
cum cōcluditˀ ex his que dicta sunt ꝙ dat illaȝ
de necessitate: distinguenda est duplex necessi
tas. Prima vocatˀ coactionis ⁊ ꝓhibitionis:
qua aliqua res cogitur vel prohibetur esse vel
nō esse. ⁊ h̄ nullo mō cadit in deo. Scđa ne/
cessitas dˀ imutabilitatis que deo conuenit: ⁊
sic dicimus necesse ē deum esse imortaleȝ: nō
ꝙ aliqua vis cogat eum esse immortaleȝ: ⁊ ne
cesse est nō esse iniustum: non ꝙ aliqua vis ꝓ
hibeat eum esse iniustuȝ. sed qm̄ nulla res pōt
facere vt nō sit immortalis: seu vt sit iniustus
nō dat igitur deus grām de necessitate coac/
tionis ⁊ prohibitionis: qꝛ deus non pōt cogi:
sed bene de necessitate imutabilitatis: qꝛ imu
tabiliter se habet diuina bonitas ad donū grē
omni volenti recipere faciendo quod in se est
sicut sol imutabiliter dat lumē suum omni vo
lenti suscipere. s. disposito ad hoc ⁊ se haben/
ti in recta dispositione ad solem: que oīa redu/
cuntur ad illam affluentissimam liberalitatem
dei qui quantū ex se est creatur rationali coope
ratur vt bona sit vt bene operetur: vt deniqȝ
salua fiat. O indeficiēs pelagus charitatis di/
uine: que tanta est vt omnibus se offerat nemi
nem abijciat: nisi eam nolentē ⁊ respuentem.
Hinc Cyprianus in epistola ad donatum sic
suauissime loquitur. Profluens largitˀ spiritꝰ
nullis finibus premitur nec vllis coercentibꝰ
claustris, intra certa metarum spacia refrena/
tur. manat iugitˀ: exuberat affluentˀ nostrū tm̄
pectꝰ sitiat ⁊ pateat: quantū illic fidei capacis af
ferimus: tantum inde gratie inundantis hau
rimus. h̄ ille. Quam ergo excusationem ha/
bere poterunt qui bene operari nolunt: quan/
do deū sciunt ad se adiuuandum paratū. Q̄đ
negari non potest: cum in ꝓmptu sint tot scōꝝ
exempla: qui carnem suum crucifixerunt cum
vitijs ⁊ concupiscentijs ieiunādo. orando. vi/
gilando. oberrando in solitudinibus ⁊ ferocis
simos cruciatꝰ ēt vsqȝ ad mortē ferendo. Ho
mines fuerūt martyres hoīes ꝯfessoresˀ. hoīes
ēt ⁊ delicate ꝟgines q̄ seipsas mūdū ac tyran/
nos oēs ⁊ dira tormenta superare potuerunt.
Eiusdem nature erāt cuius nos sumus. tamē
qꝛ obtulerunt corda sua dn̄o: inuenerunt ad/
iutoriuȝ abundātis gratie eius qua mediante
⁊ assistente illis reliquerunt posteris tot virtu
tum exempla. O vero dānabilis multorum
malicia q suam fragilitatem accusant ex qua re
cusant operari bonum: superaddentes ꝙ deꝰ
saluat quos vult siue aliqua eorum dispositio/
ne siue cōsensu. sed audiāt Aug. in libro de li.
ar. d. Qui fecit te sine te non saluabit te sine te
nec cōtraria sunt eiusdem verba que in codeȝ
libro scribit cum asserit. Uirtutem deus in no
bis sine nobis operatur. quia scđm Alex. de
ales. Unus idēqȝ sensus continetur in omni/
bus. nam cum Aug. d. Deus operatur vir/
tutem ⁊c̄. notat duo ad salutem hominis con/
currentia. Causam effectiuam que est ipsa gra
tia dei: ⁊ causam susceptiuam seu dispositiuā
que est ipsa voluntas consentiens ⁊ non re/
pugnans. vnde verba Aug. sic exponuntur.
Uirtuteȝ deus in nobis consentientibus ope
ratur sine nobis efficientibus. Idipsum com
plectitur primum dictum. quod sic exponitur
Qui fecit te sine te efficiente. non saluabit te
sine te consentiente. 3° alij dubitant circa
inpeccabilitatem: vtrum ex presentia gratie
possit homo in hac vita esse sine peccato. Et
ſm Aug.

ſm Aug. in li°. de pfectione iuſticie. heretici
qdam arguebant. d. Aut deus vult nos eſſe ſi
ne peccato: aut cum pctō: nō vult qꝫ ſimus cuꝫ
pctō: qꝛ hoc inconueniens eſt. ergo vult qꝫ ſi/
mus ſine peccato: in pn̄ti vita. ergo aut poſſu/
mus eſſe ſine pctō: aut deus vellet aliqd qđ nō
poſſet eſſe: quod eſt incōueniēs magnum. Et
poſt multa recitata prefatus doctoꝛ Aug. fir/
miter. d. qꝫ nullus in hac vita pōt eſſe ſine pec
cato veniali de cōi lege: ꝛ hoc pp fomitē pcti q
ē inclinās ad maluꝫ ꝛ auertens a bono: pp qđ
exclamabat apl's Ro. 7. dicēs. Qđ nolo ma/
lum hoc ago. ꝛ iteꝝ. Video aliam legeꝫ in mē
bꝛis meis repugnātem legi mētis mee. ad di/
ctum vo herticoꝝ rn̄det ideꝫ Aug. qꝫ nō pōt
eſſe ſine pctō moꝛtali in vita iſta p grām. pōt ēt
eſſe ſine pctō in glia. Quātum vero ad pn̄tem
ſtatū lꝫ poſſet qs vitare peccata venialia in pti/
culari: ꝛ p aliquo iteruallo tpis nō tn̄ in vni/
uerſali nec omni tēpoꝛe. ideo Jo. 1. cano. c. i.
inqt. Si dixerimus qꝛ peccatū nō hēmus ipſi
nos ſeducimus ꝛ veritas in nobis nō ē. Et ſa
piēs puer. 20. Quis pōt dicere mūdū ē coꝛ
meū. Et Ro. 3. Eſt aūt deus verax: ois autē
hō mēdax. Et grego. in paſtoꝛali. Nemo ē q
ita viuat vt aliqtenus nō delinquat. Et i autē.
de monach. ſ. triēnij. Humana natura labi
tur ad delicta. Sed ppterea nō ē diffidēdū de
bonitate dei: qꝛ venalia pctā charitatē n̄ exclu
dūt: ꝛ grām ab aia nō eijciūt: neqꝫ ianuā clau/
dūt regni celoꝝ. De quoꝝ qlitate ꝛ cōditiōe in
tractatu de peccatis pleni⁹ crim⁹ dicturi. nunc
vo ſatis eſſe dꝫ qꝫ deus bn̄dictus tātam grām
nobis confert: quātam ſufficit ad pctā moꝛta/
lia deponēdum ꝛ euitādum: quātā ꝫ neceſſa/
ria eſt ad virtuoſos actus exercēdos: ideo ſalu
bꝛe eſt cōſilium vtileqꝫ remedium ꝛ documen
tum: vt perſepe inuocemus deum: eiqꝫ men/
tem offeramus intentione recta.

Quod facile debet eſſe vnicuiqꝫ operari bo
num propter indeficiens pꝛemium eterne vi/
te qđ datur bene facientibus. Capitulū. 3.

Ertio oſtēdo facile eſſe vnicuiqꝫ ope
rari bonum ppter pꝛemium eterna/
le. Pꝛomittit etenim oibus bn̄ ope/
rantibus p̄mium eterne vite: de quo qn̄qꝫ in
tribus accidit dubitare. p̄ in cōdignitate. 2°. in
difficultate. 3°. in ſuperioꝛitate. p̄ ſolet dubitari
in cōdignitate. Utrum. ſ. aliquis poſſit de cō/
digno mereri vitam eternam. Et qꝫ nō videt.
pꝛimo qꝛ apl's Ro. 8. ait. Non ſunt cōdigne
paſſiones huius tēpoꝛis ad futuram gloꝛiam
que reuelabitur in nobis. Et idem ad Titum
3. c. Nō ex operib⁹ iuſticie que fecimus nos:
ſed ſm ſuam miſericoꝛdiam ſaluos nos fecit
p lauacrū regenerationis ꝛ renouationis ſpi/
ritus ſancti quaꝫ effudit in nobis abunde per
Jeſuꝫ xp̄m ſaluatoꝛeꝫ nr̄ꝫ: vt iuſtificati grā ipi
us hr̄des ſimus vite eterne. 2°. arguitur per
dem̄ glo. Ro. 6. ſup illo vbo. grā dei vita eter
na: que ſic inqt. Poſſet recte dicere. Stipen/
dium iuſticie: vita eterna: ſed maluit dicē grā
dei vita eterna. vt itelligeremus deum in eter
naꝫ vitā p ſua miſeratione nos pducere non
meritis nr̄is. Et his vbis apparet qꝫ hō nō
mereat ex cōdigno vitā eternaꝫ. qꝛ illud qđ ex
cōdigno qs meret nō eſt ex miſeratione dei. 3°
obijcit: qꝛ illud meritum videt eſſe cōdignum
qđ equatur mercede. ſed nullus pn̄tis vite ac/
tus pōt equari vite eterne: que cognitionem
ꝛ deſiderium noſtrum excedit. Excedit etiam
charitatē vel dilectionem vie: ergo nō pōt ho/
mo mereri vitam eternam de cōdigno. In
oppoſituꝫ adhuc poſſe dicit: qꝛ illud qđ reddit
ſm iuſtum iudiciū vr̄ eſſe merces condigna.
Sed vita eterna reddit a deo ſm iuſtum iudi
ciuꝫ. iuxta illud apl'i. 2. Timot. 4. In reliquo
repoſita eſt mihi coꝛona iuſticie quam reddet
mihi dn̄s in illa die iuſtus iudex. Ergo vr̄ qꝫ
homo mereat vitā eternam ex cōdigno. Rn̄/
deo ad iſtam. q. ſm. Tho. in. et. q. vltima. qꝫ
op⁹ meritoꝛium hois dupl'r cōſiderari poteſt.
Uno modo ſm qꝫ procedit ex libero arbitrio.
Alio mō ſm qꝫ pcedit ex grā ſpūs ſci. Si cōſi
deret ſm ſubſtātiaꝫ opis: ꝛ ſm qꝫ pcedit ex li/
bero arbitrio ſic nō pōt eſſe cōdignitas pp ma/
ximā ineqlitatem: ſed ē ibi cōgruitas pp quā/
dam eqlitatem pportionis. Videt. n. cōgruū
vt hoi operāti ſm ſuā vtutem deus recōpen/
ſet ſm excellētiam bonitatis ſue. Si aūt loqua
mur de ope meritoꝛio ſm qꝫ pcedit ex grā ſpi
ritus ſci ſic ē meritoꝛiū vite eterne ex cōdigno
qꝛ tunc valoꝛ meriti attendit ſm vtutem ſpūs
ſci mouētis nos in vitā eternā: ſm illud Joh.
4. Fiet in eo fons aque ſaliētis in vitā eternā
Attēdit ēt p̄cium operis ſm dignitatem grē p
quam hō cōſoꝛs fact⁹ diuine nature adoptatur
in filiū dei cui debet hr̄ditas ex ipſo iure adop
tionis: ſm illud apl'i Ro. 8. Si filij ꝛ heredes
Ad pꝛimam ergo auctoꝛitatem apl'i dicēdum
qꝫ loqtur de paſſionibus ſcōꝛum ſm eoꝝ ſub
ſtātiam. Ad auctoꝛitatem ꝛ ad dictum glo.

respondeo q̄ intelligunt̄ quantū ad primā cām
perueniendi ad vitam eternā que est miseratio
dei. Meritū autē nostrū est eam subsequens.
Ad tertiū dicendū q̄ gratia spiritus sancti
quā in presenti habemus ꝛ si nō sit equalis glo
rie in actu: est tamē equalis in virtute: sicut ē se
men arborū in quo est virtus ad totā arborē
similiter per gratiā inhabitat hominē spiritus
sanctus qui est sufficiens causa vite eterne vnde
dicitur pignus hereditatis nostre. 2. Corin. 1.
Et solet dubitari de premio vite eterne i diffi/
cultate. Utrum qui cū maiori difficultate ope
operatur bonum magis mereatur ꝛ ampliore
dono glorie remuneretur a deo. Et omissis ob
iectionibus que pro vtraq̄ parte fieri possent
dico cum doc. seraphico. Bon. in libello quo
dā qui apologia pauperū aduersus calumnia
torē intitulatur ab ipso: q̄ triplex ē difficultas
Prima ex genere operis sicut difficilius est
omnia vendere ꝛ pauperibus erogare quā mi
nimū aut minutū de suis bonis erogare pau
peribus. Et difficilius est pati mortē pro chri
sto quā absq̄ ipsa quoscunq̄ alios labores. Ta
lis difficultas simpliciter auget meritū quia ma
gis meretur qui maius operatur bonū. Et de
hac dicit Hiero. ad Exuperantium hec vba.
Nudū christū nudus sequere durū grāde dif
ficile: sed magna sunt premia. Secūda diffi/
cultas ad bene operandū ē ex circūstātis extrin
seca originē trahens: sicut difficilius est absti/
nere a cibis ꝛ ieiunare vbi multi sunt cōuiuātes
ꝛ comedentes quā in solitudine. Et hec diffi/
cultas per accidens augē meritū: quādo scilicet
quis tales occasiones abstinentia retrahentes
euitare nō potest. Sed si quis huius temptatio
nes declinare nollet nō propterea q̄a difficili⁹
operatur bonū: magis mereret̄. Hinc Hiero
nymus aduersus Vigillantiū: qui ei dicebat:
cur pergis ad heremū respondit: vt te non vi/
deā: vt te nō audiā: vt tuo furore nō mouear:
vt tua bella nō patiar: ne me capiat oculus me/
retricis ꝛ pulcherrima ad illicitos deducat āple
xus. Respondebis hoc nō est pugnare: sed fu/
gere. Sta in acie aduersarijs armatus absiste:
fateor in becillitatē meā: nollo spe pugnare vi
ctorie: ne perdā aliquādo victoriā: si fugero gla
dium euitaui. Tertia est difficultas ex vitio ꝑ
sone agentis proueniens: sicut difficilius ē ser
uare castitatem ei qui diu libidini deseruiuit q̄
illi qui cōtinēter vixit: ꝛ talis difficultas meritū
non auget: quod Hieronym⁹ expresse testatur
in epistola ad Eustochiū ad quē sic scribit. So
ror tua Blesilla etate maior sed proposito mi/
nor. Septimo mense post acceptū maritum vi
duata est. O iselix humana cōditio ꝛ futuri ne
scia: nā virginitatis coronā ꝛ nuptiarū perdi
dit voluptatē: ꝛ q̄uis ꝯm pudicitie gradum te/
neat quas illā existimas per momēta sustinere
cruces spactantē quottidie in sorore quod in se
videt amisisse: ꝛ cū difficilius experta careat vo
luptate: minorē tamen cōtinentie habere merce
dem. hec ille. Tertio dubitari solet circa bo/
nū eterne vite in superioritate: an superius sit
copiosius ꝛ affluentius bonū quibuslibet tem/
poralibus bonis: ꝛ quia de illo diffusius tracta
turi erimus loco suo: pro presenti sufficiat audi
re sic dicentē Greg. in omelia. Si cōsidere/
mus fratres carissimi q̄ ꝛ quāta sunt que nobis
promittunt̄ in celis: vilescunt animo oīa que ha
bent̄ in terris. Terrena nāq̄ substantia supne
felicitati cōparata: pondus est nō subsidiū: tpa/
lis vita eterne vite cōparata: mors est poti⁹ di/
cenda q̄ vita. Ipse. n. quottidianus defectus
corruptionis qd ē aliud q̄ quedā ꝓlixitas mor
tis. Que autē lingua dicere vel q̄s itellect⁹ ca/
pere sufficit illa supne ciuitatis quāta sint gau/
dia: angelorū choris iteresse: cū beatissimis spi/
ritibus glorie cōditoris assistere: pñtē dei vultū
cernere: incircūscriptū lumē videre: nullo mor
tis metu affici: incorruptionis ꝑpetue munere
letari. hec ille. O vere bonū desiderabile: bonū
amabile: bonū quietū: bonū ꝑfectū: bonū ab
omni malo separatū qđ deus pijssimus parat
laborantib⁹ pro suo amore. O bonū indeficiēs
bonū excedēs q̄cūq̄ tpalia cōmoda: q̄libet hui⁹
seculi blandimenta: qđ negligentes peccatores
ꝛ miseri ꝓ momentanea hui⁹ tpis breuissima
prosperitate amittunt. Quid dici potest magis
ingratū q̄ dei iugū refugere ad qđ sequitur tā
copiosa merces. O surdi. o stulti ꝛ tardi corde
ad credendum: nō sit vobis difficile operari bo
nū: nō vos terreat actus virtutum. Estote for
tes estote cōstantes ad beneficiendū et audite
vocem benigni iesu clamantis in euangelio
Math. 5. c. Merces vestra copiosa ē in celis
Ad quā nos perducat ipse filius dei qui cū pa
tre ꝛ spiritu sancto viuit et regnat per eterna se
cula seculorū. Amen.

Feria secunda post dñicā in. 70. de qualita
te cōditionib⁹ seu regula bonorū operū q̄b⁹ pec
catores scientes quid eos oporteat facere ad pe
nitentiam animantur. Sermo. 3.

m

Multi sunt uocati pauci vo electi: iterū vbi supra. Existimaui necessariū eē his q volūt bñ facere scire q̄liter habeāt in bonis opib⁹ regulari: qm̄ dubia ꝛ pplexitates que sup id possent oriri faciūt quādoqꝫ ignorantes viā dñi ꝛ salutis ,ppriæ accepto ,pposito bono deficere. Quare in p̄senti sermone de cōditionib⁹ bonoꝝ operū dicere statui vt sic null⁹ excusare se possit. s. nescire qd sibi esset agēduz. Declarabim⁹ itaqꝫ q̄ operari bene volentib⁹ expediat noscere vt ex h̄ magis excitet vnusqsqꝫ ad opa virtutis amplectenda: quoniā ad illa vocat deus peccatores q nisi nouerint illoꝝ ordinez: de electorū numero eē minime pñt. Iccirco ad tria cōsiderāda de bonorū operū necessitate ꝛ qualitate sermo est extendendus.

Primū dicitur extrinseca operatio.

Secundū exemplaris imitatio.

Tertiū charitatiua informatio.

Quod ad bene operādū cū facultas adest necessarius est actus extrinsecus: nec sufficit intētio sola. Capitulum. .I.

p

Primo cōsiderādū circa regulā necessariaz bonoꝝ operū dicit̄ extrinseca opatio. Pro cuius declaratione queritur. Utrū ad bene operādū necessarius sit act⁹ extrinsecus. Et videt̄ q̄ nō: ꝛ q̄ sola intētio bene operādi sufficit ad salutē ,pbat̄ p sanctoꝝ dicta. Inquit.n. Greg. in omel. Nūq̄ꝫ vacua ē manus a munere cū archa cordis repleta fuerit bona voluntate. Et Ber. de h̄ ait. Intētio sufficit ad meritū: bona actio requirit̄ ad exempluz. Et glo. super illud p̄s. Dixi ꝯfitebor aduersuz me votū pro opatione iudicat̄. Et Aug. 14. q. 5. c. sicuti. deus interrogat cor nō manū. Et Ioh. Criso. 22. q. 5. c. qui periurare. deus nō ex opibus iudicat sed ex cogitationib⁹ ꝛ ex corde. Et de pe. di. I. c. si cui. §. sequenti. voluntas remuneratur nō opus. Et. 15. q. 6. c. si a sacerdotib⁹ Magis inspector cordis est deus q̄ꝫ operis: et voluntas pro facto reputat̄. sicut patet in. c. homicidioꝝ. in. c. omnis in. c. nūquid. in. c. noli. in. c. homicidiū. ꝛ in. c. si ,ppterea. de pe. dis. I. His ꝛ similib⁹ auctoritatibus quidā inherētes dicūt homini nō esse expediens vt laboret i actibus extrinsecis bonoꝝ operū: sed sufficit habere cor bonū ꝛ mentē bene dispositā. Sed in cōtrariū induci possunt alia dicta sanctoꝝ. Ait. n. Iacob. 2. c. Fides sine operib⁹ mortua est. Et Ambro. in li. de offi. Nō satis est bene velle sꝫ etiā bene facere: nec satis iterū bene facere nisi id ex fonte bono ,pcedat: hoc est ex bona voluntate ,pficiscatur: que v̄ba notant̄. 86. di. i. c. nō satis. Et Paulus ad gal. 6. Dum temp⁹ habemus operemur bonū. ꝛ Apoc. 22. inducit̄ de⁹ iudex omniū. d. Ecce venio cito ꝛ merces mea mecū est dare vnicuiqꝫ scḋm opera sua. Et apoc. 14. dicit̄ de bonis. Opera. n. illorum sequūtur illos. Et Math. 16. c. Reddet vnicuiqꝫ sꝫ opa sua. Ex qbꝰ omnib⁹ colligit̄ q̄ astringunt̄ oēs salutē volentes acquirere nō solū ad benevolēduz intrinsecus: sꝫ etiā ad bene operādū extrinsecus. Insup presens euāgeliū explicat manifeste q̄ operarijs tantū domin⁹ mercedē tribuendaz designat. Pro huius q̄stionis solutiōe: notanda est sententia. d. Bon. di. 40. secūdi. vbi ait. q̄ volens operari bonū aut pōt i actu extrinsecū: aut nō pōt. Si nō pōt: volūtas reputatur pro facto: ꝛ intentio bona sufficit ad eius merituz: q2 vt dicit̄. ff. de re. iu. l. ipossibiliū. Ad impossibile nemo tenet̄: ꝛ hoc attestat̄ Grego. in omel. supra Math. Estimationē regnū dei nō hꝫ: tantū valet q̄tū habes: q̄tum potes. Si vero qs dicit se velle operari bonū ꝛ potens illud nō operat̄ credens ,pficere decipit seipsum q2 talis voluntas semiplena est ꝛ pigra: nec rationē v̄tutis hꝫ nisi ducat̄ ad op⁹. O quot sunt tali errore delusi: qui cū admonent̄ vt bene faciant r̄ndere solent: sufficit nobis intentio nostra: sicut dicit vsurarius volens vsuras restituere ꝛ nō restituens: sufficit mihi intentio mea scio q̄ bonā habeo voluntatez: ꝛ tamē illā non exequit̄ in re. Sic faciunt adulteri: sic fornicatores: sic alij peccatores quaz plurimi. O miserabilez errorē quo fit vt insensati ꝛ stupidi suas infirmitates sanare nō curant.

Q̄ volentes bñ operari debent sequi xp̄z in generali. s. quo ad obseruātiā diuinoꝝ p̄ceptoruz ex debito: ꝛ ꝯsilioꝝ de ꝯsilio.

Capitulum secundum.

s

Secundū cōsiderandū circa regulaz necessariā ꝛ qualitatē bonorū operū dicit̄ exemplaris imitatio. Ubi dubiū merito declarādū occurrit. Utrū. s. necessariū sit volenti bene facere sequi christū in operib⁹ bonis ea faciendo q̄ ipse fecit. Et pro vna parte ,pbo q̄ sic p dicta sanctoꝝ. Inquit eniz Petr⁹. I. c. 2. Xp̄s passus ē pro nobis vobis relinquens

exempluz

Exemplū vt ſequamini veſtigia ei⁹. Et Joh. I.
cane. 2. c. Qui dicit ſe in chriſtū credere dʒ quo
modo ille ambulauit: ⁊ ipſe ambulare. Et Au-
guſti. in lib. de doctrina xp̄iana. Ex ſacramēto
vnctionis xp̄ianoꝝ omniū vocabulū deſcendit
⁊ nomē: qđ nomē ille fruſtra ſortitur qui xp̄m
minime imitatur. Et Greg. in omel. Qui ve
ſtigia xp̄i dedignantur ſequi qua temeritate ſpe
rant ad eius claritatis gaudia cōtuenda ꝑueni-
re. Et in. c. cū veniſſet. extra. de ſacra vnxi. A
xp̄o chriſtiani dicuntur: tāqꝫ vncti deriuant ab
vncto vt oēs currant in odorē vnguentoꝝ illi⁹
cuius nomē oleuʒ ē effuſuʒ. Et Johis. 8. xp̄s
ipſe dicebat. Ego ſuʒ lux mūdi: q ſequit me nō
ambulat in tenebris: ſed habebit lumē vite. Et
Joh. 13. Exemplū. n. dedi vobis vt quēadmo
duʒ ego feci ita ⁊ vos faciatis. Ergo ꝑ auctori-
tates predictas ꝯcludere poſſum⁹ homines de
neceſſitate teneri ad ſeruāda opera xp̄i: ⁊ ſic cū
xp̄s fuerit pauper ⁊ multi ſint diuites: chriſtus
virginitateʒ ſeruauerit multi ſint cōiugati: xp̄s
per noctes orauerit: multi in ſuis lectulis dor-
miant: xp̄s ſine calciamētis inceſſerit: multi cal
ciamenta deferant: xp̄s paſſus fuerit ⁊ mortu⁹
in cruce violenta morte atqꝫ terribili: ab omni-
bus derelict⁹: multi moriant morte naturaliter
inter manus ⁊ amplexus caroꝝ. Ergo tales ⁊
omnes alij q vitā ſuā aliter ducunt ꝙʒ xp̄s ſalui
eſſe nō p̄nt. Et ex ꝯſequēti ſequeret ꝙ dānabit
totus mundus: ⁊ ꝙ nec ſancti eſſent in paradi-
ſo: qꝛ nec ipſi fecerunt q̄ fecit xp̄s. Non fuit ad
calumniā flagellatus Paulus vt xp̄s. Nō ſpi
nis coronatus Petr⁹. Nō clauis cōfixus pau
lus primus heremita. Nō nudus pendens in
cruce iter duos latrones magn⁹ Antoni⁹. Nō
felle ⁊ aceto potatus Hiero. Nō deriſus a trā
ſeuntibus Aug. Igit cū ipſi ⁊ alij aliū moduʒ
in ſuis operib⁹ aliāqꝫ regulaʒ tenuerint ꝙʒ xp̄s
nō ſunt beatitudinem aſſecuti ſi auctoritates ad
hanc partē inducte aliter ſanius nō exponātur
⁊ intelligantur. Pro altera parte arguere poſ-
ſumus ꝙ nō ſit neceſſariū ad ſaluteʒ ſequi xp̄m
ieſum: neqꝫ teneamur opera eius facere. Et ar
guo ſic. Vnuſquiſqꝫ tantū operari bonū merito-
riuʒ pōt quantū cōmunicat ei gratia. Sed nul-
li cōmunicat tāta gratia quāta cōmunicata fuit
anime xp̄i. Ergo nullus tenet imitari chriſtuʒ
qꝛ illud impoſſibile eſſet. Ad ſolutioneʒ huius
difficultatis induco dominū Bon. d. in apolo
gia pauperꝝ: ꝙ in chriſto contingit reperire tri-
plices actus.

Primi reſpiciunt dignitatē excellētie.
Secūdi cōdeſcenſionē miſericordie.
Tertij informationē vite perfecte.
Primi act⁹ reſpiciūt dignitatē excellētie: vt illi
in qb⁹ apparet ſua potētia: ſic opa miraculoſa vl
ſapientia: ſicut reuelatio ſecretorū cordis vel ſe-
ueritas iudicij: ſicut eijcere vendentes ⁊ emē-
tes de templo: dura increpatione arguere pon-
tifices: vel auctoritas officij: ſicut ſacramētū cō
ficere ⁊ manus imponere ac relaxare peccata: q̄
omnia chriſto cōueniunt: qꝛ ipſe erat deus om
nipotens: erat homo: ⁊ ex gratia vnionis om-
nia ſciens: erat iudex ⁊ erat ſacerdos. In huiuſ
modi operib⁹ velle ſequi chriſtū fatuū eſſet ⁊ te-
merariū: niſi ab ipſo quis vel ab aliquo a chri-
ſto auctoritatē habente ad talia exequēda foret
deputatus. Vnde ſi qs diceret: volo miracula
facere: qꝛ ſic chriſtus fecit: preſumptuoſus cen
ſendus eſſet niſi ab ipſo ieſu chriſto poteſtateʒ
hanc accepiſſet: ſicut apoſtoli: de qbus dicitur
Math. 20. Conuocatis Jeſus. 12. diſcipulis
ſuis dedit illis poteſtatē ſpirituuʒ imundoꝝ vt
eijcerent eos et currarent omnē languorem ⁊
omnē infirmitatē. Similiter nō liceret alicui re
uelare ſecreta cordiū ⁊ futura cōtingentia q̄ ne-
ſciret: qꝛ ⁊ ſi chriſtus id egit ſciebat illa. Nec re
cte faceret ſi quis cōficere vellet ſacramentū qa
et chriſtus id egit: niſi ad hoc ordinatus eēt vel
a chriſto ſicut apoſtoli vel ab alijs quos chriſt⁹
multos aũt locupletãtes: tanq̃ nihil habẽtes ꝛ oia possidẽtes. Sicut. n. ista cõtraria cõtrarijs opposita ſmonis pulchritudinẽ reddũt: ita q̃dam nõ verboꝝ: sed reꝝ eloquẽtia cõtrarioꝝ oppositione seculi pulchritudo cõponitur. hec Aug. Et si adhuc arguerent ipij ꝛ maligni ꝙ ſm Augustini verba videreť q̃si necessarium fore: vt aliq mali essent: vt sic seculi pulchritudo pficereť. Et ego dico ꝙ lȝ de⁹ ſm Aug. in li. de li. ar. nouerit ex quocũqȝ malo bonũ eligere: tñ si nullus vnq̃ȝ peccasset siue angelus siue hõ: adhuc vniuersum pfectũ esset: nihilqȝ qđ ad eius ornatũ spectaret siue decorẽ inueniretur diminutum. Neqȝ ꝑpterea culpãd⁹ est sapiẽtissimus artifex de⁹ qui creauit illos q dãnari debebãt: qm̃ nõ ꝑpterea dãnanť: qꝛ sunt creati: sed qm̃ post creationem sua volũtate facti sũt mali. Quinimo in hoc maxime relucet immẽsa bonitas dei: ꝙ tã grãde bñficium cõferre dignatus ẽ ẽt illis quos pſciebat futuros igratos ꝛ malos. Scdm bñficium qđ deus peccatorib⁹ cõfert ex dilectione ꝛ amore dr̃ gubernationis. Indiget eqdem hõ auxilio omnium creaturaꝝ: celi. s. ꝛ terre celestium iferiorũqȝ corpoꝝ sine qbus viuere minime posset. Omnia tñ ista dei sunt: de quo in p°s dr̃. Domini ẽ terra ꝛ plenitudo ei⁹. orbis ter. ꝛ vni. qui habi. in eo. Nihilominus ex clementia largiflua ꝛ affluẽtissima sua libere donat fructũ horum oium ẽt ipijs ꝛ mal̃. Inde Vgo in li. de arra sponse ait. Respice vniuersum mũdum ꝛ cõsidera si aliqd in eo sit qđ tibi nõ ſuiat. Ois natura ad hũc finem dirigit cursum suũ: vt obsequijs tuis famuleť: ꝛ vtilitati deseruiat: tuisqȝ oblectamẽtis pariter ꝛ necessitatib⁹ ſm affluẽtiam ideficiẽtem occurrat. Hoc celũ. hoc terra. hoc mare. hoc aer cum his q̃ sunt in eis vniuersis explere nõ cessant. hec ille. Et xp̃s in euãgelio Math. 5. ait. Pluit sup iustos ꝛ iniustos ꝛ solẽ suũ oriri facit sup bonos ꝛ malos. Tertium bñficium qđ de⁹ erogat ꝛ largiť ex dilectione ꝛ amore ip̃is peccatorib⁹ dicitur sociationis. Magnum qppe donum ẽ vt vnusqsqȝ habeat solũ angelũ. Hinc magister sniarum di. 2. scdi libri allegat Hiero. super Math. sic. d. Magna dignitas aiaꝝ vt vnaqueqȝ ab ortu natiuitatis sue in sui ꝑfectum ꝛ custodiam habeat angelũ specialiter delegatũ. Ex qua auctoritate ſm doctores theolo. colligať tria catholica documẽta. Primum documẽtum ſm Alexãdrum de ales in scđo volumine summe. ꝛ Archidia. canonistaꝝ sup. c. firmissime. de cõse. di. 4. ꝙ duplex ẽ hois natiuitas. s. in vtero: ꝛ ex vtero. Prima ẽ quãdo anima creať simul ꝛ ifundiť corpori. Secũda vero quãdo exit de vẽtre matris. Angelus aũt deputať homini prima natiuitate: s. in vtero. Ratio aũt quare nõ debeat ante ifusionem anime angel⁹ deputari ad custodiã corporis ſm Bonauẽturã in scđa distinctione. xi. in declaratione lr̃e est: qꝛ illa custodia principalius respicit spiritũ q̃ȝ corpus. Et ideo nõ debet spãliter angelum ad suã custodiam habere antequã spirit⁹ ifundať. Non debet ẽt differri vltra anime ifusionem: qꝛ extunc defẽdere põt ꝛ adiuuare. Vtrũ aũt q̃ȝdiu paruulus caret rõnis vsu aliquem occultuȝ effectum hẽat custodia angeli quãtum ad habitationẽ ꝛ directionẽ in bonum: assignare ẽ difficile: sed negare nõ ẽ tutum. Scđm documẽtum ẽ ꝙ angelus beat⁹ ꝑpter custodiã hominis nõ ẽ hoie iferior viatore neqȝ idignior: cum id fiat ex dulcedine sũmi dei. Tertium documẽtum ẽ ꝙ angelus nõ deserit obstinatum in peccatis vsqȝ ad mortẽ. Ratio est ſm Boñ. qꝛ pronior est bonus angelus ad iuuãdum q̃ȝ malus ad pdẽdum. Si ergo malus angelus nõ dereliqt vsqȝ ad mortẽ hoiem ẽt quãtũcũqȝ sanctũ: nec bonus hoiem quãtũcũqȝ sceleratum dimittit vsqȝ in fineȝ. Sed cõtra hoc istant nõnulli: quoniã glo. sup illud Hiere. 51. Curauimus babylonem ꝛ nõ ẽ curata: derelinquam⁹ eã ait. Medici sunt angeli quos a nobis repillim⁹ dum eoꝝ cõsilio nõ acquiescim⁹. Iteȝ Dama. d. ꝙ añxp̃s carebit angelico pſidio. Ex qbus colligi posse videť ꝙ angelus qñqȝ subtrahit ab hoie pp peccata custodie bñficium. Respõdet ad hoc dñs Boñ. ꝙ cõiter teneť a doctoribus sacre scripture. ꝙ angelus nõ oio deserat obstinatos q̃ȝdiu sunt viatores: nec tñ ideo diligẽter custodit bonos aut mediocriter malos. Ideo cõiter diciť ꝙ quodãmodo deserit ꝛ quodãmodo semp custodit. Explicatio aũt huius põt diuersimode fieri. Nam aliqueȝ custodiri ab angelo põt dupliciter itelligi: vel ſm habitum vel ſm actum. Voluerũt ergo aliqui dicere ꝙ angelus obstinatum ſm actum custodiẽdi relinqt pro eo ꝙ ipse custodiẽti angelo non obedit: imo cõtra monita mẽtem obstinauit: quãtũ vo ad habitũ nõ deserit. qꝛ semp ꝑmptus ẽ ei subuenire: si quomodo ip̃m ad viam veritatis videat inclinari. Sed hic modus dicendi

cendi nõ sufficit: qꝛ nullus ẽ adeo malus ⁊ ꝑ/
uersus. quin angelus bon⁹ possit ei aliqđ bñfi
ciũ custodiẽdo largiri. Ergo si semꝑ ẽ ei ꝓmi/
ptus facere bonum: videt̃ ꝙ nunq̃ꝫ subtrahat
oẽm actum. Et ideo ẽ scđs modus dicẽdi. s.
ꝙ duplex ẽ custodie angelice actus: vn⁹ respe/
ctu corporis: alter respectu spũs: vn⁹ cõsistit ĩ
repulsione hostis ne opprimat corpora: alter
arcẽdo ipm̃ ne ꝑuertat aĩas. primi actus effi/
cacia ẽ in angelo. scđi vero nõ solũ ẽ in ange/
lo: sed ẽt in nobis. Quãtum ad primũ actũ bo
nus angelus hoiem vsqꝫ ad mortẽ nõ derelin
qt: qꝛ nõ patitur ipm̃ a demone opprimi vel oc
cidi: nisi quãdo aliter exigit fieri sn̄ia diuini iu
dicij. Quãtum vero ad scđm actum: qꝛ illius
efficacia nõ tãtum ẽ in angelo: sed etiam in no
bis: subtrahit custodie beneficium ab his circa
quos videt se frustra exerceri: vtpote ab exce/
catis ⁊ obstinatis: qui nec recipiunt instructio/
nem nec exhortationem. Sed cũ custodia ma
gis respicit aiam q̃ꝫ corpus: adhuc nõ videtur
oĩo probabile ꝙ angelus oẽm actum custodie
subtrahat respectu aĩe. Et ideo adhuc ẽ tertius
modus dicẽdi ꝓbabilior istis. s. ꝙ effectus an
gelice custodie ẽ respectu boni ⁊ mali. respectu
boni cõseruãdi vel acquirẽdi vel augendi. re
spectu vero mali discernẽdi vel euitãdi vel di/
minuendi. bon⁹ ergo angelus obstinatos nõ
deserit quãtuꝫ ad actum custodie q respicit ma
lum: qꝛ semꝑ retrahit hoies ne labantur in pe
ius. quãtum vero ad actum qui respicit bonuꝫ
obstinatos deserit: ⁊ anterp̄ꝫ nõ custodiet. hec
Bon̄. Considera nũc anima peccatrix quã
ta fecit tibi deus: ⁊ cum admiratione dic ei il/
lud Job. 7. Quid ẽ homo qꝛ magnificas euꝫ
aut filius hoĩs: qꝛ reputas eum: ⁊ quare appo
nis erga eum cor tuũꝫ. Cur o magne de⁹ crea
re voluisti hoiem paulo minus ab angelis mi
noratum: qbuslibet alijs a te creatis cõditisqꝫ
naturis excellẽtiorem: imagine tua decoratum
predotatũqꝫ in singulis potentijs anime rõna
lis: quem ꝑsciebas tibi futurum rebellem atqꝫ
cõtrarium. Cur tot beneficia inumera creatu
rarum tuarꝫ prestas his qui te fugiunt: qui te
despiciunt: q te contẽnunt. Grãdis ꝑfecto nu
merus est corꝫ qui te dereliquerũt venaꝫ aqua
rum viuẽtium. Dereliquerũt inquã te ⁊ auer
terunt se a te: q es via recta. oẽs ĩfideles: ido/
latre: iudei: heretici: scismatici: ⁊ xp̄iani: diabo
licis operibus seruiẽtes: excõicati: sacrilegi: ꝓ
ditores: sediciosi: iracundi: odiosi: crudeles: đ
tractores: murmuratores: bilingues: falsarij:
cursores: ꝑiuri: deceptores: mẽdaces: cupidi:
raptores: fures: vsurarij: sortilegi: malefici:
incãtatores: elati: superbi: hypocrite: ambitio
si: arrogantes: inanis glorie cupidi: gloriosi:
blasphemi: lusores: fornicatores: adulteri: lo/
donite: ⁊ alijs sceleribus nephãdissimis iuo/
luti. Et cũ tu de⁹ me⁹ imperasti terre vt susti/
neret illos ꝓduceretqꝫ fructus q̄bus sustenta/
re se possent. Jussisti soli lune ⁊ stellis vt su/
os motus exercerẽt ad illorꝫ vtilitatem. man/
dastiqꝫ omnib⁹ que in celis terrisqꝫ reperiun/
tur vt se cõicent prenoiatis inimicis tuis. Cur
insup ⁊ angelos cum talib⁹ conuiuere: ẽt vsqꝫ
ad mortem ad illorꝫ custodiaꝫ disposuisti. Cur
ita blãdiris tu de⁹ iustus ⁊ rectus peccatorib⁹
⁊ iniquis. O pectora dura: o ferreas mẽtes: o
saxea ⁊ adamãtina corda corꝫ q intelligere no/
lunt q̃ꝫ ardens sit amor dei: etiam ad peccato/
res quib⁹ vt tactum ẽ beneficia sua gratiosissi/
me ipartit̃: vt sic occasionem hẽant cõfidenter
ad illum redire.

Qualiter de⁹ quãtum de se ẽ vellet oẽs pec
catores esse saluos: ⁊ quare si sic vult nõ om/
nes saluantur. Capitulum. 2.

[S]Ecũduꝫ mysterium declarãdum de
amore quo de⁹ peccatores diligit di/
cit de ei⁹ voluntate. Vellet eniꝫ de/
us ex charitate sua oẽs hoies nõ solum bonos
sed etiam malos saluos fieri. ſm illud aplĩ. 1.
Thimotei. 2. Oẽs hoies vult saluos fieri ⁊ ad
agnitionem venire. Verũ tamẽ ex hoc aposto
li dicto ꝑplexa poterit esse: dubiaqꝫ mẽs non
multum recteqꝫ itelligẽtium. Nam si de⁹ vult
omnes hoies saluos fieri: ergo oẽs hoies sal/
uabunt̃. Quia vt inquit psal. Oia quecumqꝫ
voluit fecit dñs in celo ⁊ in terra in mari ⁊ in
oibus abissis: sed nõ oẽs hoies saluabuntur:
igit̃ nõ vult de⁹ oẽs hoies saluos fieri. Sol/
uitur hec difficultas ꝑ doc. sacros q apostoli au
ctoritatem tripliciter exponere solent. Pri/
ma expositio ẽ Aug. quam iducit magister in
tex. dis. 46. primi lib. ꝙ dictũ apostoli põt itel/
ligi vt in eo sit distributio accõmodata sicut cũ
dicimus. omnis homo timet in mari: ſm cõeꝫ
modum loquendi itelligendũ est q ẽ in mari.
Similiter si dicat̃ magister iste docet oẽs pue
ros hui⁹ ciuitatis: itelligitur ꝙ docet oẽs q addi
scunt. Nullus enim docet̃ nisi ꝑ ipsuꝫ. Sic in
ꝓposito potest esse sensus: ꝙ deus vult saluos
fieri omnes homines q saluant̃: qꝛ nullus sal/

uatur niſi velit deus. Scd͛a expoſitio ē ma/
giſtri in tex. qui dicit ꝙ ibi ē diſtributio ꝓ ge/
neribus ſinguloꝝ ⁊ nō ꝓ ſingulis generū. ſi/
cut cum dr̃. Omne aial fuit in archa noe: q2 d͛
oibus generib⁹ animalium fuerūt ibi aliqua i/
diuidua. Et ſic deus de omni genere vult ali/
quos ſaluari. de grecis: de latinis: de iudeis:
de p̃latis: de ſubditiſ: ⁊ de alijs. Tertia ex/
poſitio ē ſcd͛m Joh. Dama. d. ꝙ de⁹ vult oēs
hoies ſaluos fieri volūtate antecedēte nō con/
ſequēte. Voluntas aūt antecedēs ſm eūdem
reliquoſq3 theo. ē qua qs vult aliqd abſolute.
Volūtas vero cōſequēs ē qua qs vult aliqd
cōſideratis circūſtantijs. Volūtas ergo ante/
cedēs in deo ē volūtas reſpectu eius ꝓpter qd͛
de⁹ hoiem facit ⁊ ē irrefragabiliter bonorum.
Volūtas cōſequens ē qua vult aliqua ſm p̃/
ſciam meritorum: nō que ſeqtur merita. Pri
ma. ſ. antecedēs dr̃ a magiſtris voluntas cō/
ditionalis: ſiue voluntas qua de⁹ vult quãtum
in ſe ē. Scd͛a aūt. ſ. cōſequēs dr̃ abſoluta. Dif
ferētia aūt iter hanc volūtatem ⁊ illam nō ē ſm
diuerſitatem affectionis ſiue modi volēdi qui
ſit in deo: ſed ſm rōnem cōnotandi ⁊ itelligē/
di: ꝓut eni de⁹ dr̃ velle omnium ſalutem quã/
tum in ſe ē: ⁊ antecedēter cōnotatur in oibus
hominib⁹ ordinabilitas ad ſalutē: tum ex par/
te nature date: tum ex parte gr̃e oblate. Dedit
enim de⁹ miſericordiam ſm quam poſſent ho
mines cognoſcere illum: ⁊ cognitum querere
⁊ queſitum iuenire: ac iuento inherere: ⁊ per
hoc ſalutem obtinere. Gr̃am ſimiliter obtulit
dum filium miſit cui⁹ meritum oium ſaluti ſuf
ficit. Leges ⁊ mãdata ſalutis tribuit ⁊ oſtēdit.
Ipſe etiam p̃ſto ē omnib⁹ ingredientibus ⁊ iuo/
cantibus eum. Velle ergo hoiem anteceden/
ter ſaluare ē ordinatum ad ſalutē facere: ⁊ ſal
uari volēti nō deeſſe. Unde velle anteceden/
ter ſaluare nō cōnotat ſalutem: ſed ordinabili/
tatem ad ſalutem. Velle aūt cōſequēter ſiue ab
ſolute ſaluare ē velle dare ſalutem ei quem pre
ſcit ad ſalutem ꝑuenturum ꝑ ſuum auxilium ⁊
gr̃am: ⁊ cōnotat ſalutis euētum. Et ſic nō ē di
cere ꝙ de⁹ velit oēs hoies ſaluos fieri. Et ꝙ
tertia expoſitio magis efficax ē ad clare itelligē
da apl̃i v͛ba. Ex qbus elicit̃ ꝙ amoroſus de⁹
nec in minimo deeſt ad ſuccurrēdum ſubueni
endum fauendūq3 pctōribus vt ſaluent̃. Qui
ſi nō ſaluant̃ ipſi ſoli ſunt accuſandi meritoq3
rep̃hendēdi q bibere noluerūt aquam fōtis in
deficiētis amoris diuini.

Qualr̃ de⁹ oſidit amorē ſuum pctōrib⁹ illos
ſupportãdo vocãdo ⁊ offerēdo filium ſuū vni/
genitum ac ſanguinē eius. Cap. 3.

Ertiū myſterium cōtemplãdum de
amore quo de⁹ peccatores diligit dr̃
de ipſius copioſitate. Nam p̃ter ea
que dicta ſunt in p̓io ⁊ ſcd͛o myſterio p̃ceden/
tib⁹: inuenio adhuc p̃cipue tria ſigna experi/
mētia copioſiſſimum ampliſſimūq3 amorē di
uinum erga pctōrum ſalutē. Primū dr̃ ſup/
portatio. Scd͛m vocatio. Tertium oblatio.
Primum ſignum dr̃ ſupportatio. Suppor/
tat eqdem de⁹ ⁊ expectat patiēter peccatores: q
poſt cōmiſſa pctã iuſte meritoq3 puniri poſſēt.
Qis enim q pctm̃ facit ⁊ mortaliter peccat me
ret̃ ſubito priuari qbuſlibet beneficijs corpo/
ralib⁹ tēporalib⁹ ⁊ ſpiritualib⁹. Meret̃ adhuc
deſcēdere viuēs in ifernum. Et qd ē ꝙ deus
hunc rigorē iuſticie cōtra peccatores nō exer/
cet. qnimo differt vltionē nō ſolum ꝑ dies: ſ3
ꝑ mēſes ⁊ annos. O quot repiunt̃ in hac mor
tali vita q per. x. aut. 20. aut. 30. aut plures an
nos ſemꝑ in pctis dormierūt: ⁊ tm̃ illos nō ex/
terminauit de⁹. An forte putam⁹ id ſcm̃ eē: q2
ſibi pctã nō dicens: vel q2 iniuſtus illa punire
negligat: vel q2 ignorãs illa nō videt: aut ipo/
tēs facili⁹ illa vindicare nō valet. Abſit vt iſta
cogitem⁹ de deo magno ⁊ imortali q optimus
abominat̃ oē malū: iuſtuſq3 nullum relinqt i/
punitū: ſapiēs oia videt: oia noſcit: oia ꝑſcru/
tat̃: cui⁹ potētie nulla creatura reſiſtere poſſit.
Cur ergo tãdiu punire pctã diſſimulat niſi q2
lãguet amore. Hinc ē qd͛ Petrus. 2. epl̃a. c.
3. ait. Dñs patiēter agit nolēs aliquos perire
ſed oēs ad pniam reuerti. Et Salomō Sap̃.
xi. c. dicit. Miſereris oium dñe: qm̃ oia potes
⁊ diſſimulas pctã hoium ꝓpter pniam. Se
cūdum ſignum exprimēs copioſiſſimum amo/
rē diuinū dr̃ vocatio. Apparet vtiq3 q̃tm̃ ve/
lit de⁹ pctōꝝ ſalutē: qm̃ nō ſolum illos nō pu/
nit ⁊ ſuffert. veꝝ ēt multipliciter iuitat ⁊ vocat
Quidnã ſunt tot dei bn̄ficia pctōrib⁹ collata de
qbus paulo ante memoriã fecim⁹: niſi voces
blãde ipſos pctōres allicientes. Quid ſunt ſcri/
pture ſacre. qd ſcōꝝ exēpla: qd doctoꝝ tã diffu
ſa dicta: qd ꝓmiſſiones: qd cōminationes: qd
p̃cepta legis: qd eccl̃ie ſacramēta: qd deuſq3 vi
ue voces tot p̃dicatoꝝ ⁊ h⁹i. Oia ſiqdem iſta
clamor qdã ſūt ad pctōꝝ aures fortiter ſonãs
⁊ tãdē ab alto crucis audit̃ vox illa nō ꝑnipen
dēda pēdētis in ea crucifixi Jhu. Sitio. ſitio
ſitio

siti o. Sitiebat eni vt Berñ. τ Aug. exponũt
nostrã salutẽ. vñ τ Berñ. ait. Ascẽdit in altuȝ
crucis: vt ab oib⁹ videret. voce magna clama/
uit vt ab oib⁹ audiret. clamori lachrymas addi
dit: vt hõ ei cõpateret. Qui ad ei⁹ clamorẽ nõ
excitat: ad vocẽ nõ cõpungit: grauior ẽ terra
durior petra: τ fetidior sepulchro. Tertiuȝ si
gnuȝ in quo relucet erga nos amor diuinus
dr̃ oblatio. Pro salute nãqȝ pctõꝝ obtulit de⁹
pr̃ vnigenitũ filium suũ: illũqȝ misit i mũduȝ.
Vñ Joh. 3. Sic de⁹ dilexit mũdum vt filium
suũ vnigenitũ daret: vt oĩs q credit in illuȝ nõ
pereat: sed hẽat vitam eternã. Ipse vo dei fi
lius icarnat⁹ seipm obtulit in ligno crucis ho/
locaustũ τ hostiã sãguinem ꝓprium fũdens in
remissioneȝ pctõꝝ: q tãte fuit efficacie: vt suffi/
cere posset ad saluteȝ ĩfinitoꝝ hoiuȝ si tot darẽ
tur. Vñ Apoc. ꝓ dr̃. Dilexit nos τ lauit nos
a pctis nr̃is in sãguine suo. Sãguineȝ itaqȝ il
lum passim τ idistincte offert oib⁹ pctõribus.
Offert iquam de capite suo spinis pũgẽtibus
coronato. de facie sua decora alapis dure ꝑcus
sa: de manib⁹ τ pedib⁹ clauis in cruce ĩfixis. d
tot corpore ad colũnam crudeliter flagellato. τ
de latere suo lãcea apto τ vulnerato. Propter
q̃ oĩa deuot⁹ Ber. in sermone. 22. sup Cant.
ait. Ad cumulum pietatꝭ tradidit i morte aiaȝ
suam: τ de ꝓprio latere ꝓtulit ꝑcium nr̃e satis/
factiõis. Vñ ad se vsiculuȝ illũ traxit. Apud
dñm misericordia τ copiosa apud eum redẽp/
tio. O amor vere icõparabilis: o amor icogi/
tabilis. Stat in cruce dei fili⁹ τ peccatorib⁹ di/
cit: si saluari cupitis: si salutem q̃ritis: τ ego ꝓ
vobis vt saluemini pr̃i meo sãguinem inocen
tẽqȝ vitã offero. Sȝ tãta ẽ humani cordis du
ricia vt paucissimi inueniant q velint sua pctã
corrigẽ: deoqȝ sũmo bono firmiter ihẽrẽ. Qui
aũt redire nõ neglexerint saluabunt ꝑ misicor
diam τ clemẽtiam illi⁹ qui ẽ bñdictus in secu/
la seculoꝝ. Amẽ.

Sabbato dñice sexagesime: de dilatõe pnie
τ quare multi tardãt seu differũt ad pniam re/
dire audiẽtes deum benignum sic misericor/
diter ipos vocãtem. Ser. 7.

Dum tempus
habem⁹ operemur bonuȝ.
Doctoris gẽtium vba sũt
ista: originalit. Gal. 6. c.
Cũ audiũt pctõres q̃ȝpluri
mi ea q̃ dcã sũt de benignitate beniuolẽtia ac di
lectiõe dei vocãtꝭ τ inuitãtꝭ illos ad pniam sta/
tuũt in aio suo oio ad illã redire. Sȝ diabolica
fraude dcepti iterponũt tpoꝝ spacia: asserẽtes
se pniaȝ facturos: nõ in pñti: sȝ in futuro: cuȝ
vl' ĩfirmitas aliq̃ vel lãguor grauis aduenerit:
vl' cũ senecta iã seculi delicias ampli⁹ nõ gusta
bit. Talib⁹ aũt se opinãtib⁹ vr̃ tutã ducẽ vitam
esseqȝ in statu salutis τ gr̃e. Verũtñ q̃ȝpericu
losissime errẽt in h sermone apire cẽsui: in q̃ de
dilatiõe pnie aliq̃ pulchra τ vtilia deo duce ꝑ/
currã: qm̃ nõ ẽ ꝓcrastinãdũ vt bñ faciam⁹ scḋm
apl'i documẽtũ: q dicit in vbis in themate nr̃o
ꝓpositꝭ. Duȝ tps habem⁹. s. nũc τ nõ postea
hodie τ ñ cras: opemur bonũ: ad deũ ꝑ pniaȝ
reuertẽtes. Vbi de dilatiõe pnie seu ꝓlõgatio
ne tria mysteria occurrũt declarãda.

Primum dr̃ causalitatis.
Secũdum fatuitatis.
Tertium iniquitatis.

Qd multi differũt penitere seducti a diabo
lo aut ꝑ timorem aut ꝑꝑ pudorem aut ꝓpter
spem aut desperatiõem. Cap. I.

PRimũ mysteriũ dr̃ causalitatꝭ. In q̃
exprimere lȝ q̃ ẽ cã cum pctõres effica/
ciam τ necessitatẽ pnie cognoscẽtes
illã differre velũt. Et pñt assignari principal'r
q̃ttuor cãe potissime ac principales qb⁹ hoies
pctis iuoluti ꝓcrastinãt penitere. Pria dr̃ ti
mor: scḋa pudor: tria spes: q̃rta dspatio. Pria
cã dr̃ tior. Timẽt. n. mlti ad pniaȝ redir. qꝛ co
gitãt laboriosuȝ eẽ d suis culpis atqȝ pctis sa/
tisfacere. Sȝ his tria remedia ad timorem re/
pellendum dari possunt.

Primũ est cõsideratio pñtis pene facilitatis.
Scḋm cõsideratio pñtis pene modicitatis.
Tertium consideratio pñtis pene breuitatis.

Primũ remediũ ẽ cõsideratio facilitatꝭ τ pos/
sibililatꝭ pene quã exigit satisfactio. de q̃ tria di
co notãda scḋm Tho. in. 4. di. 15. Primum
notãdũ ꝙ lȝ pnia ĩfructuosa sit sine satisfactiõe
tñ aliud est facere equalens: aliđ possibile. De
us nõ exigit a pctõrib⁹ equalens vel eq̃le: qꝛ h
est ipossibile. Nã scḋm phm. i. ethi. in his bono
rib⁹ q sunt ad deum τ ad parẽtes nõ tenet hõ
ad equalens: sed ad possibile. ideo tenet hõ sa
tisfacere scḋm possibilitateȝ suaȝ. Vñ Apl's ad
Titũ. 3. Nõ ex operib⁹ iusticie q̃ fecim⁹ nos.

Scḋm notãdũ ꝙ quãuis hõ totũ posse suuȝ
debeat deo: nõ tñ exigit de necessitate vt totuȝ
qđ possit faciat: qꝛ h est ipossibile sȝ statũ pñtꝭ
vite: cũ oporteat hoiem circa multa solicitũ eẽ

Tertium notãdum ꝙ facere aliqd acceptuȝ
deo pōt itelligi dupliciter. Aut ꝟtute ꝓpria: ⁊
sic nullus pōt satisfacere de peccatis in deum
cōmissis. aut ꝟtute alterius: ⁊ sic vnusqsqȝ me
rito xp̄i pōt satisfacere: qđ ē ifinituȝ. Et si obij
ceret̃ ꝙ xp̄s liberauit nos a pena debita ꝓ pec
catis nostris. iuxta illđ. i. Pet. 2. c. Peccata
nostra ipse ꝑtulit in corpore suo sup lignū. Qđ
exponēs magister sniaꝝ in. 3. di. 19. ait. Pec
cata portare ē penam illoꝝ exoluere. ⁊ ad hoc
ē dictuȝ Esa. 53. Vere lãguores nostros ip̄e
tulit: ⁊ dolores nostros ip̄e portauit: ergo nul
la satisfactio penalis erit necessaria. vel si erit
necessaria nō plene xp̄s satisfecit ꝓ nobis.

Rn̄deri pōt fm̄ Bon̄. in. 3. di. 19. ꝙ passio
xp̄i liberat nos a pena pnie q̄ꝝtum ē de se: qꝛ se
cūdum ꝙ dicit magister in lr̃a. in babtismo ois
pena que ꝓ pctō debet̃ penitus relaxat̃. Sed cū
homo pctā iterat reddit se idignum tãto bñfi
cio. Et ꝑ passionem nō remittit̃ ei tota pena: sȝ
minorat̃ fm̄ ꝙ dicit magister in lr̃a quãtū de
cet ⁊ expedit: salua diuina iusticia. Est ergo pos
sibilis facilisqȝ pena satisfactoria. qm̄ vt scribi
tur. ff. de re. iur. l. iposs̄ibilium. ad impossibi
le nemo tenet̃. Et vt Aug. dicit in sermone.
Deus suum pigrum nō dãnaret: si ea que nul
lo modo fieri poterãt iperaret. Scđȝ reme
dium cōtra timorē satisfactionis ē cōsideratio
modicitatis ipsius pene. Omnis etenim pena
tēporalis modicū est ⁊ quasi nihil respectu fu
ture pene: nō soluȝ iferni: sȝ ēt purgatorij. de
cuius grauitate suo loco disputabit̃. Tertiū
remedium cōtra timorē ꝑtactum ē cōsidera
tio breuitatis pene satisfactorie. Nam sicut bre
uis ē vita: ita breuis ē pnia: ꝑ quam salui esse
valemus: Quare nullo timore pnia ē differē
da. Scđa cã quare pleriqȝ differunt pniam
agere: dr̃ pudor siue verecundia. Erubescūt
enim ⁊ verecundant̃ bñ facere: qm̄ solēt vt pluri
mum hoīes mali quoꝝ multus ē numerus vo
lētes bñ facere suãqȝ malam vitam emēdare in
derisum haberi. sed ad cōfusionem erroris hu
ius triplicem pudorem notare debemus: vi
delicet. Primus dr̃ commēdabilis. Secūdus
vituperabilis. Tertius abominabilis. Pri
mus pudor seu verecundia dr̃ commēdabi
lis. cum. s. quis erubescit male facere. nam fm̄
Jo. Dama. Verecundia ē timor alicuius tur
pitudinis. Quod Ar. explicauit i. 3. ethi. Qui
timet decēs ⁊ verecundus ē. qui aūt nō timet in
uerecundus. Et de verecundia loqtur Vale

rius lib. 4. d. Verecundia ē parēs omnis ho
nesti cōsilij. tutela solēnium officioꝝ. magistra
inocētie. chara proximis. accepta alienis. oi lo
coꝝ tēpore fauorabilem p̄se ferēs vultum. Et
sapiēs Eccle. 32. ait. Ante grãdineȝ p̄ibit co
ruscatio: ⁊ ante verecundiam p̄ibit gr̃a. Hec
verecundia refrenat sensus. moderat̃ gestus. li
brat verba. pōderat sermones. ornat senes. de
corat iuuenes. magnificat reges. subleuat sub
ditos. extollit p̄latos. ⁊ mores daurat. qm̄ q eru
bescitiui sunt hac erubescētia ⁊ rubore declinãt
mala. Sed veh mūdo a scãdalis: qm̄ rarissima
ē hec erubescentia iter hoīes deprauatos. nam
nō erubescunt publice blasphemare. ludere. ra
pere. fenerari. piurare. lasciua ꝟba ⁊ scurrilia
nō solum dicere sed cantare. inhonesta vesti
mēta deferre. ⁊ p̄cipue mulieres pectus colla
brachiaqȝ nudantes: ⁊ ornatu meretricio coraȝ
hominibus exeuntes: ⁊ turpissima scelera adul
terij fornicationis stupra sodomie ⁊ sacrilegij
ꝑpetrare. Secundus pudor dr̃ vituperabi
lis. cum. s. qs omittit virtuosos actus ēt ad sa
lutē necessarios ne mali irrideant eum. certuȝ
enim ē ꝙ displicet malis vita bonoꝝ. Vn̄ sa
piēs ꝓuer. 21. ait. Anima ipij desiderat malū.
Et. 29. c. idē ait. Abominant̃ ipij eos q recta
sunt via. Et. 14. c. Ambulãs inqt recto itine
re ⁊ timēs deum despicit̃ ab eo q ifami gradit̃
via. Et. 13. c. Detestant̃ stulti eos q fugiūt ma
la. Et h ideo est: qꝛ vt dr̃ Joh. 3. Omnis qui
male agit odit lucem. Quod verbum ponitur
18. q. 2. in. c. ꝑniciosum. Verumtamen fatui
sunt ⁊ abominabiles qui ne irrideant̃ a malis
malorum socij effici patiunt̃. Quãdo etenim
mali irrident eos qui boni sunt: idem ē acsi ce
ci irriderent eos qui vidēt: aut claudi eos qui
recte ambulant: aut lacerat. s vestes habentes
illos qui regio habitu sunt amicti. Tertius
dicitur pudor abominabilis quando. s. qs ad
penitentiam redire recusat: eo ꝙ sua peccata
turpiter commissa confiteri confunditur. De
isto vero pudore latius dicam in tractatu de cō
fessione. Tertia causa quare multi penitē
tiam in longum protrahunt dicitur spes. hec
auteȝ triplex est. Prima diu viuēdi. Se
cūda temporalia degustandi. Tertia miseri
cordiam consequēdi. Prima ē spes diu vi
uēdi. de qua numerabiles decipiunt̃ ꝓmitten
tes sibiipsis lōgitudinē dierꝝ. Nã vt inqt Cice. i
li. d senectute. Nemo ē. n. tã senex q se nō pu
tet annū viuere. Et Hiero. ad Geruntiam

Nemo

Nemo est tã fractis viribus ꝛ tã decrepite se/
nectutis vt nõ se putet adhuc annũ posse supui
uere. Unde subrepit obliuio cõditionis sue: vt
terrenũ animal iã tãq3 soluendũ erigat̃ in sup/
biam ꝛ animo celũ teneat. Uerũtamẽ sic quã/
tũcũq3 excogitare qs velit diuturna vita semp
breuis erit. Unde ꝛ Jacobus. 4. c. ait. Que
est vita nr̃a. Uapor ad modicũ parens: ꝛ dein
de exterminabit̃. De vite autẽ breuitate plene
scribã in s̃mone de vita hois ꝛ cõtentu mũdi.
ꝛ in sermone de tpe: ꝛ in tractatu de virtutibꝰ.

Secunda spes ẽ temporalia degustãdi. Spe
rant enim diligẽtes mũdũ mundanis bonis ꝑ
libito posse diutius iocundari. Et tñ experientia
docet ꝙ cuncta huiꝰ seculi falsa ꝛ desiderata bo
na caduca sunt ꝛ vana: nullã in se stabilitatem
firmitatẽq3 retinẽtia. Hec Sene. Ad Lucil/
lum ait. Noli huic trãquilitati cõfidere. Mo/
mento mare euertit̃ vt eodẽ die vbi luserunt
nauigia sorbeant̃. Propterea a dño iesu xp̃o ꝑ
pulchra dicta ẽ pabola quã Lucas scribit. 12. c.
hominis inquit cuiusdã diuitis vberes fructꝰ
ager attulit: ꝛ cogitabat intra se. d. Quid fa/
ciã: qꝛ nõ habeo quo cõgregeꝫ fructus meos.
Et dixit: hoc faciã: destruã horrea mea ꝛ maio
ra faciã: ꝛ illuc cõgregabo oia q̃ nata sunt mi/
hi: ꝛ dicã aie mee. Aia mea habes multa bõa
apposita in ãnos plurimos. Requiesce: come
de: bibe ꝛ epulare. Dixit aũt illi dominꝰ. Stul
te hac nocte aiam tuã repetent a te. Que autẽ
parasti cuius erũt. Sic ẽ qui sibi thesaurizat: ꝛ
nõ est in dño diues. Tertia ẽ spes misericor/
diam cõsequẽdi. nã pleriq3 deliberãt oẽ suum
tempus in iniuriã creatoris sui exponere ꝛ tã/
dẽ ab eo misericordiã ipetrare. Hãc spẽ refre
nat sapiẽs: cũ dicit Ecc. 5. Ne dixeris peccaui
ꝛ quid mihi accidit triste. Altissimus ẽ patiẽs
redditor de ꝓpiciatu pctõꝝ: noli esse sine metu
neq3 adijcias peccatũ sup peccatũ. Et ne dicas
Miseratio dñi magna est: multitudinis pctõ/
rũ meoꝝ miserebitur. Misericordia eni ꝛ ira
ab illo cito proximat: ꝛ in pctõres respicit ira
eius. Ne tardes conuerti ad dñm. Subito. n.
venit ira illius ꝛ in tpe vindicte disperdet te.

Quarta cã quare pctõres pniam retardant
dicitur despatio: ad quã inducunt̃ ꝓpter tria.
vꝫ primo propter peccatoꝝ magnitudinẽ. scdo
propter pctõrũ multitudinẽ. Tertio ꝓpter pec
catorũ vicisitudinẽ. Sꝫ ꝑ p̃cedẽtia q̃ dicta sunt
in sermõe de misericordia dei oia ista dissoluũ
tur. Nõ sunt itaq3 p̃tacte cause sufficientes et
necessarie ad retinendũ peccatores ne conuer/
tantur ad deum.

Quõ fatue agũt q differũt pniam pp impedi
menta que possunt differendo ꝓuenire ꝓpter
q̃ exponũt se piculo maximo. Capitulũ. 2.

[S]Ecundũ mysteriũ declarandũ de di
latione pnie dicit̃ fatuitas. Qui eni
sic differũt quadruplici fatuitate la/
borant. Prima dicit̃ periclitatõis.
Secũda abbreuiationis. Tertia ruinatio
nis. Quarta cessationis. Prima fatuitas
dicitur periclitationis: qꝛ illi qui penitentiã nõ
faciunt cũ possunt exponunt se periculo nõ va/
lere illam posse cum credunt. Hinc Hieroꝰ
ad Saluiniam de Nebridio ꝛ viduitate sic ait
Cauendum est vulnus quod periculo ꝛ dolo/
re curat̃. Aliud est integra naui ꝛ saluis mer/
cantijs portum intrare salutis: aliud nudũ he/
rendo tabulis ꝛ crebris cursibus fluctuum ad
asperrima saxa collidi. hec ille. Potest eqdem
euenire vt post diuturnã peccatorum cõsuetu/
dinem malus habitus nõ ita de facili amoueat̃
sicq3 peccator impenitens fiat. Unde ꝛ Job.
20. c. de tali sic loquitur. Ossa eius implebunt̃
vitijs adolescentie sue: ꝛ cũ eo in puluere dor/
mient. Et sapiens prouer. 22. ait. Adolescens
ambulans iuxta viã suã etiam cum senuerit nõ
recedet ab ea. Et Hie. 13. c. inquit. Si muta/
re potest ethiops pellem suã, ꝛ pardus varieta/
tes suas: sic vos poteritis bene facere cũ didice/
ritis malum. Ex hoc est ꝙ peccatũ ex cõsuetu/
dine cõmissum morti Lazari cõparat̃. Pro/
pter quod Augꝰ de pe. di. 2. c. sic ait. Sicut
tribus gradibus ad peccatum peruenitur. sug/
gestione: delectatiõe: cõsensu. ita ipsius pecca
ti tres sunt differẽtie. s. in corde: in facto: ꝛ i cõ
suetudine: tãquã tres mortes. Una quasi in do
mo. i. cũ in corde cõsentitur libidini. altera qua
si prolata iam extra portam cũ in factũ procedit
assensio: tertia cũ in vitio cõsuetudinis male tã
q̃ mole terrẽna premit̃ animus quasi in sepul
chro iam putens. Que tria genera mortuorũ
dñs resuscitasse quisqs euangeliũ legit agnoscit
h ibi. In glo. vo ponunt̃ hi versus sup vbo
tãq̃. Mens mala: mors intus: malus actꝰ mors
foris vsus. Tuba puella puer lazarus ista notãt
Hanc vbo: hunc motu: lachrymãdo suscitat
illũ. xp̃s ꝛ in medico nascit̃ eger hõ. In Laza
ro autẽ resuscitando quattuor erant cõditiões.
Prima qꝛ fetebat. Secũda qꝛ lapis erat eiꝰ se/
sepulchro superpositus. Tertia qꝛ ligatos habe

bat pedes ꝛ manus. Quarta qꝛ sudario vela/
ta erat facies eius. Jo.xi.ca. Sic reperiuntur
spiritualiter ista q̃ttuoꝛ i peccatoꝛe q lõgo spa/
cio peccata retinuit. pꝛimo fetet deo angelis et
hoibus. secũdo est ei lapis supposit⁹.i.mala cõ
suetudo. Unde glo. Jo.xi.ait. Dñs fremuit
ꝛ lachꝛymat⁹ ē ꝛ clamauit voce magna: qꝛ diffi
cile surgit quē mola male cõsuetudinis p̃mit.
hoc ē qđ Juuenalis pulchre decãtat li.3. saty/
ra.i. Cõsuetudo mali tenet insanabile vuln⁹.
Et Martialis cocus. Mens assueta malo fir
mius heret ei. Et Ouidi⁹ de arte amãdi. Fac
tibi cõsuescat: nil cõsuetudine maius. Rõ est.
qꝛ fm Ar.li.de memo. ꝛ reminiscẽ. Cõsuetu
do ē altera natura. Et li.7° ethi. Consuetudo
nature assimilaẗ. Et li.pꝛimo.retho. Similis
est cõsuetudo nature. ꝓpe enim qđ sepe ei qđ
semꝑ est. Est aũt natura eius qđ semꝑ cõsuetu
do ei⁹ qđ sepe. h ille. Tertio hꝫ man⁹ ꝛ pedes
ligatos: qꝛ ĩpotēs fact⁹ est post pctm̃ ad bñ opã
duꝫ. 4° peccatoꝛ hꝫ faciē velatã sudario: quia
ex quo ĩ tenebꝛis pctõꝝ fuit spũalē visuꝫ ami/
sit. De talib⁹ nãqꝫ pctõꝛib⁹ ingt Sophonias.
i.c. Ambulabũt vt ceci qꝛ dño peccauerunt. ꝛ
Sap.2.c. sapiēs ait. Excecauit illos malitia
eoꝝ. Quare periculosum est frequẽtare pctã
ꝛ penitentiã ꝓlongare. Secunda fatuitas il/
loꝝ q differunt cõuerti ad pñiam diciẗ abbꝛe/
uiationis: qꝛ cũ tẽpus bꝛeue sit nõ curant sibi
de salute necessaria ꝓuidere. Fatuus nãqꝫ nõ
ĩmerito reputari posset si qs iter cepisset ad lo/
cum aliquē ad quem longa esset via: ꝛ vix ibi
ambulans ꝑ totã diē vsqꝫ ad noctē peruenire
valeret: ꝛ tñ post ceptum iter stans quiesceret
dicens: hoꝛa vespertina vel hoꝛa cõpletoꝛij ꝑfi
ciam iter meũ. Sic fatu⁹ ē q ad regnũ celoꝛuꝫ
dꝫ accedere hoꝛã tardã p̃stolans q̃ se ad peni/
tentiã cõuertat. Tertia fatuitas eoꝝ q diffe/
runt pñiam facere diciẗ ruinationis. qm̃ pecca
ta nõ deponens facile ad alia trahiẗ. Et quã/
to peccata magis multiplicantur: magis gra/
uant animã: ꝛ ex cõsequenti cũ maioꝛi difficul/
tate resurgit. Ideo legitur in vitis patrũ: q̧ ve
nit vox ad beatũ Arsenium. d. Egredere ꝛ oñ
dam tibi opa hominũ. Et egressus vidit ethio
pem nigrũ cedentē ligna securi: ꝛ facientē grã
dem sarcinã ꝛ tẽptabat leuare eaꝫ: sꝫ p̃ magni/
tudine nõ poterat. Et iteꝝ cedebat alia ligna:
ꝛ addebat sarcine: Innitebaturqꝫ adhuc leua/
re illã ꝛ minus q̃ꝫ pꝛius poterat. Quã depo/
nebat ꝛ iteꝝ cedens alia ligna sarcine adiunge

bat ꝛ fatigabatur sicut pꝛius illã leuare: ꝛ pꝛo/
pter maius pondus maioꝛēqꝫ grauitatē neq/
bat illã mouere. Fuit hec visio sibi expcsita sic
q̧ q cedebat ligna ꝛ addebat sarcine hõ pecca/
toꝛ est qui peccatis oneratus sepius illa leuare
non sufficit: sꝫ supaddens ꝛ alia intra se dicit.
Postq̃ꝫ cõgregauero multa pctã plura pꝛioꝛi
bus tunc illa leuabo: ꝛ de illis pniam faciam
Quarta fatuitas diciẗ cessationis. Cessat equi
dem multotiens ꝛ deficit illud qđ fuerat hõ p̃/
meditatus. Pꝛemediati nãqꝫ fuerãt multi mo
ri in senectute ꝛ moꝛtui sunt in iuuẽtute: ꝛ mo
ri in domo ꝛ moꝛtui sunt extra domũ: moꝛi in
ter suos: ꝛ moꝛtui sunt inter extraneos: moꝛi
loquẽtes: ꝛ moꝛtui sunt lingue vsu pꝛiuati: mo
ri in diuitijs ꝛ moꝛtui sunt in egestate: moꝛi cũ
penitentia ꝛ moꝛtui sunt obstinati. O vita fal/
lax: o vita fragilis. o vita mutabil': cuius exituꝫ
nullus p̃scire moꝛtaliũ põt. Unde sapiēs Ec/
clesiastes.9.c.ait. Nescit hõ finē suũ: sꝫ sic pi/
sces capiunẗ hamo ꝛ aues cõpꝛehenduntẗ laq̃o
sic capienẗ homines in tpe malo cũ eis exẽplo
supuenerit. Qđ iniqui sunt q pniam tardãt
ꝛ cõuerti ad dñm: ꝛ agũt cõtra deũ ꝛ angelos
ꝛ cõtrã seipsos: ꝛ cõtra omnē creaturam. Ca/
pitulum.3.

Ertiũ mysteriũ cõtemplãdum circa penitẽtie dilationem diciẗ iniquitas Peccatoꝛ nãqꝫ qui penitentiã dif/fert iniquus est quadruplici iniqui/tate. Pꝛima est cõtra deũ. Secũda ꝯ ãgelos Tertia cõtra seipsum Quarta ꝯ oēm creaturã Pꝛima iniquitas est ꝯ deũ cui apponit fel in escam: iuxta illud psal. Dederunt in escã meã fel ꝛ in siti mea potauerunt me aceto. Uelut n. esca dñi est op⁹ bonũ: qꝛ in eo dñs delectaẗ tã q̃ꝫ inter flores: fm illud Cant.2.c. Pascitis inter lilia.i. inter mũda opa. Esce ergo dñi fel apponit q bonis opibus q agit amaritudinem pcti admiscet: pniamqꝫ refugit. Talis ēt q sene ctuteꝫ ad pniam agēdã expectat deterioꝛē pteꝫ vite sue deo reseruat ꝛ melioꝛē diabolo imolat Secũda inigtas ē in angelos. Impenitentes vtiqꝫ, ꝑ suo mõ quãtũ de se ē angelos affligere nõ erubescũt. Nã lꝫ angeli bti ĩpassibiles sint ꝛ oĩ iocũditate repleti: tñ vt dixim⁹ ĩ p̃cedẽtib⁹ de maloꝝ cõuersiõe: gaudiũ aliqđ accidẽtale susci piunt. Hoc vo eis deesse necesse ē cũ pctõꝛes nõ cõuertunẗ. Tertia inigtas peccatricis aie ĩ penitẽtis ē in seipsa. Nã dũ peccatoꝛ differt cõ uerti vult pcti⁹ hr̃e se malũ q̃ꝫ bonũ: infirmũ q̃ꝫ

sanum

ſanū: ſuū ꝙ̄ liberū: i ſtatu latrōiſ ꝙ̄ i ſtatu regiſ nihil habētē ꝙ̄ oīuꝫ bonoꝝ eccleſie pncipē: in utilē ꝙ̄ multū valētē. Petrū nēpe ſac hoiem malū īfirmū mortuū ſuū latronē: qꝛ ſurat bōa dei: paupeꝫ ⁊ inutilē. Quarta iniqtas ē i oēꝫ creaturā: qꝛ pp duritiā hoium petōꝝ creature irrōabiles quodāmō puniūt. Obſcurat⁹ ē. n. ſol tpe paſſiōis pp iudeoꝝ crudelitatē. Perie rūt i diluuio tot aīalia ⁊ volucres celi pp pctā hoium. Maledicta fuit terra pp pctā primorū parētū. Expgiſcimini ergo o petōres tardi. ec ce nūc tp̄s acceptabile: igt apl's. 2. Cor. 2. Ec ce nūc dies ſalutis. Memini dātes vllā offen ſionē nec deo nec angelis nec vobiſmetipſis. etiā creaturis p tarditatē cōuerſiōis vr̄e: ⁊ ſic faciētes accipietis h̄ a deo grāꝫ ⁊ i futuro glīā Amē. Dñica i ſexageſima de fructuoſo et vtili vbo dei quo mediāte oēs gentes credide runt in xp̄m ſaluatorem noſtrū. Ser. 8.

S emen eſt verbum dei. Scribū ur h̄ vba Luc. 8. c. ⁊ i euāgelio ho dierno pñtis dñice. nihil tā effi cax eē pōt ad cōuerſionē cuiuſli bet petōriſ: ⁊ cuiuſlibet vtuoſi cōfortationē: ſic deuota et frequens auditio vbi dñi. Scim⁹ et eni p p̄dicationē euāgelij mūdū totū ab ydola trie errore reuocatū. Nā antea oēs gētes vna excepta ppl'i iudeoꝝ deos falſos cū dānatiſſi mis ſupſtitōib⁹ excolebāt. At vbi vox euāge lij audita eſt i oī terra: oīs error ab ei⁹ cōſpectu fugat⁹ eſt tāquā ſi tenebre a lucis radijs fuiſ ſent depulſe. Ex h̄ igt Euſebi⁹ pāphili. li. i. de euāgelica prepatōe. Non. n. p ſe q xp̄m ſecuti ſunt mr̄es ſuas nephādis nuptijs cognoſcunt nō humanis veſcunt carnib⁹ ſcyte: qm̄ ad eos vſqꝫ p̄dicatio xp̄i puenit. nec cariſſimos falſa religiōe ipulſi filios iugulant. Hec certe ac ta lia pene īfinita hominū quondā vitā vexabāt. Maſſagete ac derbices tradunt ꝓpinquos at qꝫ affines ſuos q ſenectute cōficiebant miſerri mos putaſſe: ac ideo imolatas carnes eorum quos plurimi fecerāt deuorabāt. Tibareni vi nos ſeniores ſuos p̄cipitarūt. Hyrcani rapa cis generis auibus ac canib⁹ ꝓhijcere ſoliti. Que qdē cūcta irreligioſiſſime faciebāt. nunc vo ſola euāgelica vtute vndiqꝫ truculentiſſi ma hec peſtis expulſa eſt. h̄ ille. Et vt plenius intelligat ab omnib⁹ quāta ſit vtus diuini ver bi i h̄ ſmone de ipſo cōuenienter tractabimus eo q ſaluator oium i vbis allegatis i themate dixit vbū dei fore ſemē. ſ. ſpūaliū cariſmatū et donoꝝ. In qb⁹ vbiſ tria myſteria ſt dclarāda Primū eſt de vbi dei p̄dicati dignitate. Secundū de p̄dicantis verbuꝫ qualitate. Tertium de auditionis eius vtilitate.

Q ð quinqꝫ ſunt egregie ⁊ excellentiſſime dignitates verbi dei: ⁊ officij predicandi.

Capitulum primum

P Rimū myſteriū dclarādū ē ð digni tate vbi dei p̄dicati ſeu officij pdicādi Et ad h⁹ itelligēdū ſubnotabim⁹ qn qꝫ excellētias ð dignitate ei⁹. pria dr̄ xp̄i exer citatio. ſ̄aa pl'oꝝ electio. Tertia miraculoruꝫ coruſcatio. Quarta p̄dicatoꝝ defenſio. Quin ta cēleſie ſublimatio. Pria excellētia vbi di uini ⁊ officij p̄dicādi dr̄ xp̄i exercitatio. Dñs qdē ih̄s de⁹ dei fili⁹ p̄dicare voluit ⁊ p̄dicatōis offm̄ exercē. vñ Math. 4. dr̄ cepit ih̄s p̄dicar ⁊ dicē: pniaꝫ agite. Et Luc. 8. ð ipſo dr̄. Iter faciebat p ciuitates ⁊ caſtella p̄dicās ⁊ euāgeli zās regnū dī. Et vt colligit ex dictis euāgeli ſtaꝝ: p̄cipue Ioh. 8. ⁊. 18. c. ſepi⁹ docebat p̄di cādo i tēplo ⁊ i ſynagoga. Veꝝ tñ nō imerito q̄rere qs pōt. Vtꝝ xp̄s ð buit ſolū iudeis ⁊ nō gentilib⁹ p̄dicare. Ad qð rñdet Tho. 3. pte. q. 42. Q ð cōueniēs fuit p̄dicatōeꝫ xp̄i tā p apo ſtolos ꝙ̄ p ip̄ꝫ a p̄ncipio ſolis iudeis exhiberi triplici rōne. p⁹ rōne ipletōis. 2⁹ rōne ordiatio nis. 3⁹ rōne triūphatōis. Pria rō dr̄ ipletōiſ Predicauit. n. xp̄s iudeis vt ipleret ꝓmiſſiōeſ factas ātiqs pr̄ib⁹ nō aūt gētilib⁹: qm̄ ppl'us il le iudeoꝝ tm̄ viuebat ſub dei veri cultu. Vñ apl's Ro. 15. ait. Dico xp̄m fuiſſe miniſtrū cir cūciſiōis. i. p̄dicatōis iudeoꝝ pp vitateꝫ dī ad cōfirmādas ꝓmiſſiōes patꝝ: ⁊ vt et Hier⁹ dic ſup illð Math. x. In viā gentiū ne abieritis. O portebat p̄muꝫ aduentū xp̄i nūciari iudeis ne iuſtā hērēt excuſatōem. dicentes iō ſe dñm reieciſſe qꝛ ad gentes trāſierit Veꝝ tñ ſic nō debuit a p̄ncipio idifferent ſuā doctrinā genti bus cōicare: ita etiā nō debuit gentiles oio re pellē: ne ſpes ſalutis eis p̄cluderet. Iō aliq gentiliū pticularit ſunt admiſſi. ſic ſamaritana Io. 4. ⁊ chananea Math. 15. pp excellentiā fi dei ⁊ deuotōis eaꝝ. Secūda rō q̄re xp̄s tm̄ iu deis ⁊ nō gentilib⁹ p̄dicauit dr̄ ordinationis. Exigebat nāqꝫ debit⁹ ordo vt iudeis q erāt ꝓ pinqores p fideꝫ ⁊ cultū vni⁹ dei: pri⁹ doctri na xp̄i ꝓponeret: ⁊ p eos trāſmitteret ad gēteſ ſicut i celeſti hierarchia p ſupiores angelos in feriores diuine illuminationes perueniunt.

Unde Hieroꝰ sup illud Math. xv. Nō sum
missus nisi ad oues que perierunt domꝰ israel
Nō inquit hoc dicit quin ad gētes missus sit.
sꝫ ꝙ primū ad israel missus ē. Et hoc predixit
Esaias. vlt. c. Mittā ex eis q saluati fuerūt. s.
ex iudeis ad gētes. in mare. in africā. in lydiā
tenētes sagittā. in italiā. in greciā. ad insulas:
longe ad eos qui nō audierūt de me. ⁊ nō vide
runt gloriā meā ⁊ annūciabūt gloriā meā gēti
bus. Tertiā ratio quare xp̄s voluit iudeis ⁊
nō gentilibꝰ p̄dicare dicitur triumphationis.
vt ostenderet triumphū ⁊ victoriā crucis ⁊ pas
sionis sue: p quā meruit ptātē ⁊ dñiū sup gen
tes: fm illud Math. vlt. Data ē mihi omnis
potestas in celo ⁊ in terra. Maioris siquidem
ptātis ⁊ virtutis dñiū fuit post passionē suā
per aplos reducere gētes: ꝗ̄ꝫ si ante passionem
ipse psonaliter eis p̄dicasset. Secunda excel/
lentia verbi diuini ⁊ officij predicandi dicitur
apostoloꝝ electio. Ad hoc siquidē illos elegit
xp̄s vt ad predicandū illos mitteret. Uñ Jo.
xv. dicebat eis. Ego vos elegi de mūdo vt eā
tis ⁊ fructū afferatis ⁊ fructus vester maneat.
Post passionem vero suam ⁊ resurrectionē
dixit eis illud Mar. vlt. Euntes in mundū
vniuersum predicare euāgeliū omni creature.
Et illud Math. vlt. Eūtes docete omnes gē
tes. Quod ⁊ ipsi perfecerunt. de quibus di/
citur i psalmis. In om. ter. ex. so. eo. et i fi. or. ter.
v. eo. Ipsa vero experientia docet ꝙ ex eoꝝ
doctrina mundus totus illuminatus est. Sed
hic queri ab aliquo potest. Utrū apostoli ex diui
ne gratie penitentia aut aliqua vi seu arte pro/
pria predicando populorum corda mentesqꝫ
attraxerunt ad xp̄m. Et dico ꝙ nō potuissent
tam cito euangeliū omnibus gentibus cū illoꝝ
emendatione predicare nisi eis affuisset virtus
diuina ⁊ spiritus sancti gratia. fm illud. Mar
ci vlt. Predicauerūt vbiqꝫ domino cooperāte
⁊ sermonē cōfirmāte sequentibus signis Nā
tria sunt illa que p naturā vel artem homines
inducere possunt ad aliquid credendū vel opā
dum: que tamē in apostolis xp̄m p̄dicantibus
nō sunt inuenta. Primū ē dialetica ⁊ loicalis
argumētatio. Secundū ē rhetoricata persua/
sio. Tertiū ē honoꝝ tpaliū pmissio. Pri/
mū est dialetica ⁊ loicalis argumētatio: argu.
nāqꝫ vt loici tradūt est ratio rei dubie faciens fi
dē. His argumētis cōmoti sunt pleriqꝫ ad se
quendū Platonē. Alij Ari. alij Pythagorā
alij reliquos ph̄os: ⁊ eoꝝ discipuli facti. Simi

libus insup argumentationibꝰ Arriꝰ Apolli/
naris. Manicheus Ualentinus Cherinthus
Fotinꝰ. Hebion. Paulus. Samositanus.
Carpocarches Apelles. Marchion. Her/
mogenes Nouatus Macedonius Florianꝰ
Tertulianus Pelagius Nestoriꝰ ⁊ ceteri alij
suaꝝ heresum venena pestifera deseminaue/
runt: quibꝰ cōtaminati fuere ⁊ populi ⁊ natōes
Secundū qd pōt homines inducere ad aliqd
credendū vel operandū dicit rethoricata psua/
sio. Inquit enim Sen. ad Lucillū. Incredibi/
le est ꝙ facile magnos viros dulcedo oratiōis
abducat a vero: Et idē de cōsolatōe ad Pau/
linum ait. Pōt eloquētia ꝙ̄ parua sunt appro/
bare pro magnis: rursum magna attenuare ⁊
ad ima deducere. Et Tullius li. secundo d' ora
tore sic loquitur. Quid admirabilius ꝗ̄ꝫ res
splendore illustrata verboꝝ. Tātā vim hꝫ illa
que recte a bono poeta dicta est vox atqꝫ nimi/
rum regina rerū oratio: vt nō modo inclinan/
tem erigere: aut stantē inclinare: sꝫ etiā aduer/
santē atqꝫ repugnātē vt imperator bonus ac
fortis capere possit. hec ille. Sunt ad hoc pro/
positum exempla. Nā recitat Ualerius quan
ta sit vis eloquentie. Et Tullius in questioni
bus tuscul. ꝙ Egesias Cyrenaicus ph̄s qui/
dam cyrene ciuitatis egypti adeo copiose dis/
serebat de bono mortis in illa vite plenissime
demonstrando: ꝙ multi auditis illis sibi infe/
rebāt mortē: quapp a rege Ptolemeo phibi/
tus ē illa amplíꝰ edocere. Refert adhuc Ua/
lerius de studio ⁊ industria: ꝙ Cato censori/
nus tam eloquēs fuit ꝙ nūqꝫ ab aliquo grauā
tus p aliū defendi voluisset. Et vt Pliniꝰ dicit
in li. de viris illustribꝰ q̄dragesies quater accu
satus p se solū causam dixit: optimeqꝫ fuit abso
lutus. Et vt Tullius in. i. questionū tusculana
rū scribit: fuit in eo tāta eloquentia quāta illis
tpibus dici potuisset. De Tullio insuper sic ait
Lactā. li. v. di. insti. Tulliꝰ summus ph̄s secte
achademice pfectꝰ orator sua eloquentia corda
hoīum in manibus suis habuit: vt quod vsqꝫ
eloquij p latinoꝝ alueos fluxit: ab hoc fonte p
gressum ē. Quāta autē vis dicēdi fuerit in eo
aperte ponit Plutarchus vitā eius describēs
dicit enim. Cū Cicero venit Rhodū ad Ap/
polloniū Milonis clarissimū oratorē. ⁊ Pos
sidoniū ph̄m gloriosum: tradit Apolloniū cū
esset expers latine lingue rogasse Ciceronem
vt grece aliquid declararet. quod Cicero li/
bens fecit. Ex illa declaratione omnes in stu/
porem

porē versi nō poterāt saturari de laudibꝰ Cice
ronis. Sed ⁊ Appolloniꝰ venit in tāta admira
tione ꝙ velut ꝑ extasim tractus nō intelligebat.
⁊ ꝑ multā morā tacitus sedit. dixit tandē. Te
nempe Cicero laudo ⁊ admiror. Sȝ me fortu
na grecoꝝ misit vt videā eruditionē ⁊ eloquē
tiā ꝗ sola bonoꝝ nobis relicta eratꝑ te. Romā
accessisse. Subdit ⁊ idē Plutarchus de facū
dia Ciceronis ꝙ dū orauit apud Cesarem pro
Quinto ligario q ex aduersarijs cesaris erat.
tāta grā admirabilis fuit vt Cesar i plurimos
colores vultū vterit. manifestūqȝ fuit ꝙ aius
cesaris mutabat. Pharsalicā ɱ pugnā cū ora
tor attingeret cesar velut amēs corꝑe ac mente
alienatꝰ ē: quosdāqȝ e manibꝰ suis fluxisse libel
los dicūt. Quare cesar dulci oratōe victus cum
crimine liberauit. Tertiū qd pōt hoies indu
cere ad aliqd credendū vel oꝑandū dicit tꝑaliū
bonoꝝ ꝓmissio. Sic Maumeth demulsit au
res omniū eoꝝ q ipsum colunt ⁊ venerantur.
Promisit eis diuitias. cōcessit lasciuias. ⁊ ad
omnē voluptatē libere laxauit habenas. Quid
igit de apostolis ꝑdicātibꝰ euāgeliū tenēdū ē.
An ipsi dialetici aut rhetorici vel forte tēpalia
ꝓmittētes. Absit. de illis etenim ait Aug. lib.
xx. de ci. dei. c. 5. Ineruditos liberalibꝰ discipli
nis ⁊ oio ꝗtū ad eoꝝ doctrinas attinet ipolli
tos: nō ꝑitos grāmatica: nō armatos dialetica
nō rhetorica inflatos: piscatores xp̄s cū retibus
fidei ad mare huiꝰ seculi paucissimos misit: at
qȝ ita vt ex omni genere tā multos pisces ⁊ tā
to mirabiliores quāto rariores etiā phos cepit
h ille. Neqȝ insuꝑ tꝑale aliquid pollicebantur
apostoli predicādo: quādoquidē ⁊ ipsi asperna
bant temporalia cuncta: spernendaqȝ pro eter
na imortaliqȝ vita clamabāt. fuerūt igit ipsi tu
be spūs sancti suꝑno munere dei ad officiū ꝑdi
cationis deputati. Tertia excellentia vbi dei
⁊ officij ꝑdicādi dr miraculoꝝ corruscatio. Cō
comitat quippe sepenumero vbuȝ dei claritas
miraculoꝝ. nā fm Tho. 2. 2. q. 178. deus facit
miracula maxime ꝓpter tria. Primo ꝓpter
sanctitatis alicuius demonstrationē. Secūdo
ꝓpter fidei approbationē. Tertio ꝓpter veri
tatis ꝑdicate cōfirmationē. Primo fac deus
miracula ad ostendendā sanctitatē alicuiꝰ quē
pro merito vite vult ꝑponere alijs in exm virtu
tis: sicut fecit de magno Antonio Machario ⁊
alijs. Secūdo facit deꝰ miracula vt fidē ap
probet. vñ glo. suꝑ illud. ps. Vt det illis here
ditatē gētiū ait. Hec fuit intētio miraculoꝝ vt
crederent gētes. Tertio facit deus miracula
ad cōfirmādā vitatē ꝑdicatā. Et sic facta sunt
miracula ⁊ signa ꝑdicātibꝰ apostolis: apostoli
cisqȝ viris. Quisnā explicet quot signis clarūit
cōfessor dñi gloriosus sanctus Antoninꝰ d or
dine minoꝝ ꝑdicator egregiꝰ. Referā ex mul
tis ꝙ in eius legēda magna cōtinet. Dum. n.
quadā die in ciuitate Bituricensi populo ꝑdi
caret. tā ingens multitudo ad eū audiendū cō
uenit: ꝙ nullus locus ciuitatis illā capere posset:
vnde canonici ciuitatis ꝓcessionaliter ciuitatē
exeuntes cū populo ad quoddā pratū latissimū
ꝑuenerūt. Dum aūt beatus Antonius ꝑdica
re cepisset subito tp̄s surrexit ⁊ tēpestas valida
adeo ꝙ omnes timere ceperūt tā de pluuia fu
tura ꝗȝ de coruscationibꝰ ⁊ tonitruis: ⁊ sic cepe
runt fugere ⁊ velle abire. Qd cernēs beatus
Antonius dixit eis. Ego pro pte dñi nři iesu
xp̄i vobis dico ꝙ nullꝰ vestrū aliqd mali habe
bit. stetis firmi ⁊ nō timeatis. Qui eiꝰ verbis
fidētes imobiles ad audiendū ꝑdicationē eius
steterūt. Et cū grādo grossissima descēdisset su
per terrā circa audiētes nec grādo nec pluuia
descēdit: cū tñ grādo ex nimietate ad altitudinē
magnā oēs locū ambijsset. Quo viso miracu
lo cūcti grās deo dederūt. Et hoc miraculum
sculptū omni lapide i frontispicio ecclesie maio
ris bituricē. Quid dicā de scō Petro marty
re. qd de scō pře nřo Frācisco. Quid d sancto
Dñico. Quid deniqȝ d scō Bernardino. Lō
gū certe essȝ sigillatim eoꝝ miracula ꝓ cōfirma
tōe euāgelij diuinitꝰ facta enarrare. Quarta
excellētia diuini vbi ⁊ officij ꝑdicādi dicit ꝑdi
catoꝝ defensio. Defendit eqdē illos deꝰ q no
mē eiꝰ ꝑdicāt maxie a tribꝰ. Primo ab emulis
Scdo a diabolis. Tertio a ꝑiculis. Pri
mo defendit deꝰ ꝑdicatores ab emulis. Nā vt
scribit. 2. q. 3. i. c. Quicūqȝ. Quicūqȝ cōtrista
uerit doctorē vitatis peccat in xp̄m. ⁊ pre oē
niū exacerbat deū. ꝓp qd ⁊ vita carebit. Hinc
legit i vita beati Amādi epi ꝙ cū ꝑdicaret: qdā
ioculator irridebat eū q arreptꝰ a diabolo iiuriā
factā sancto ex verbis eius fatebat: ⁊ se discer
pens ⁊ lacerans vnguibꝰ ⁊ dentibꝰ expirauit.
Legit adhuc de bto Frācisco ꝙ dum ꝑdica
ret in castroCiterne quedā mulier suꝑueniēs
cum cymbalo pulsabat ⁊ eius predicationem
irridebat. ⁊ a scō Frācisco ꝑmonita vt d sisteret
noluit obedire. Tādē sanctꝰ Frācifcus dixit
Tolle tolle diabole ꝙ tuū ē. Et statī capta est
mulier misera ⁊ i aerē leuata: ac deinceps aū

ꝑtius nõ visa. Scd̃o defendit de⁹ p̃dicatores
verbi sui a diabolis. Legim⁹.n. de btõ Anto
nio de padua q̄ vltia quadragesima añ obitū
suū vacās p̃dicatõib⁹ ⁊ cõfessionib⁹ audiēdis
in pͥncipio ipsius q̃dragesime a diabolo tēpta
tus ē suffocari. Qui nomē ꝟginis Marie de
uote iuocās ⁊ crucis signū frõti ipͥmēs totā
cellā lumine diuino circūfusam cõspexit: ⁊ dia
bol⁹ statī aufugit. Tertio defendit de⁹ p̃dica
tores a piculis: sicͭ pȝ i Paulo q de seipso dicͭ
in epl̃a hodierna: q̄ fuit i piculis fluminū: pi/
culis latronū: piculis ex genere: piculis ex gēti
bus ⁊c̃. Quita excellētia ꝟbi dei ⁊ officij p̃di
cādi dr̃ ecclesie sublimatio. Sublimat.n. eccle
sia scā offm̃ p̃dicādi tripliciter. Pͥo mulierū
exceptõe. Scd̃o laicoꝝ ꝓhibitõe. 3° p̃latoꝝ obli
gatõe. Pͥo ecclesia excipit mulieres ab offi
cio p̃dicādi. iuxta illud.1. Cor.14. Mulieres
in ecclesia taceant. Et.1. Thimot.2. Docere
mulieri nõ pmitto. Et de cõ. di.4.c. mulier.
Mulier q̄uis docta ⁊ scā viros in cõuētu do
cere vel babtizare aliquos nõ p̃sumat. Ad idē
fac.c.mulierē.33. q.5. Et.c.mulier.23.dist.
Rõ aūt q̄re mulierib⁹ iterdicͭ act⁹ p̃dicādi s̄ȝ
Tho.2.2.q.177. põt eē triplex. Pͥa pp̄ ꝯdi
tionē sexus feminei cui pp̄ pctm̄ cõuenit subij
ci viro. Docere aūt publice nõ ptinet ad subdi
tos. sȝ magis ad p̃latos. Scd̃a rõ ē ne animi
hoīu allicianͭ ad libidinē: qm̄ vt ait sapiens
Ecc.9.c. Colloquiū mulieris q̄si ignis exar/
descit. ⁊ spēm ei⁹ admirati reprobi facti sunt.
Tertia rõ assignaͭ: q̄ vt cõiter mulieres sūt in
sipientes: ⁊ nõ sunt i sapiētia pfecte: vt eis pos
set cõuenienter publica doctrina cõmitti. Pri/
uate tñ pñt mulieres docē q̄ sciunt. Scd̃o ec
clesia magnificat offm̃ p̃dicādi laicoꝝ ꝓhibitõe
q̄ ꝓhibet laicis oīb⁹ publice p̃dicare. Unde
Greg. non⁹ archiep̃o mediolanēsi ait. illd̓ qd̓
notaͭ extra de here.c. sicͭ i vno. Cū nõnulli lai
ci p̃dicare p̃sumāt: ⁊ verēdū existat: ne vitia sub
spē ꝟtutū occulte subintrēt: Nos attēdētes q̄
doctoꝝ ordo ē q̄si p̃cipu⁹ i ecclesia dei: māda/
mus q̄ten⁹ cū alios dñs apl̃os dederit: alios
ꝓphas: alios ꝟo doctores: interdicim⁹ laicis
vniuersis cuiuscūqȝ ordinis cēseanͭ offm̃ p̃di/
cādi. Ad hͦ ꝓpositū diffuse loqͭ.c. cū ex iniū/
cto. extra.c. Rõ aūt assignaͭ i gl. sup. d.c. Cū
ex iniūcto. q̄ singula officia singulis dñt eē cõ
missa. sicͭ ēt apte pȝ.89.di.c. singula. Et nõ so
lū d̓ p̃dicatõe: sȝ ēt d̓ q̄buslibet alijs negocijs ec
clesiasticis se itromittē laici nõ dñt. sicͭ pȝ extra
de iudi.c. decernim⁹. ⁊ de reb⁹ ecc. nõ alie. ca.
Cū laicis. ⁊ de arbi.c. cõtingit. ⁊ de cõsti. ca.
Ecc.⁊.96. di.c. Bñ qdē. 3ͣ ecclesia magni/
ficat ꝟbū dei ⁊ sublimat illud p̃latoꝝ obligatõe
Obligat.n. p̃latos vt de p̃dicatõe sollicitā cu/
rā habeāt. Unñ extra de offi. iudi. ordi.c. iter
cetera. sic habeͭ. Inter cetera q̄ ad salutē spe/
ctāt ppl̃i xp̃iani pabulū ꝟbi dei pmaxie sibi no
scitͭ necessariū: q̄ sicͭ corp⁹ materiali. sic anima
spūali cibo nutriͭ. eo q̄ nõ i solo pane viuit hõ:
sȝ i oī ꝟbo qd̓ ꝓcedit d̓ ore dei. Unñ cū sepe cõ
tingat q̄ ep̃i pp̄ occupatõēs multiplices vel in
ualitudines corꝑales aut hostiles incursus seu
occasiõēs alias: ne dicam⁹ defectū scie qd̓ i eis
reprobādū ē oīo nec decetero tollerādū: p seip
sos nõ sufficiūt ministrare ꝟbū dei ppl̃o. maxi
me p āplas dyoceses ⁊ diffusas: generali cõsti
tutõe sancim⁹: vt ep̃i viros idoneos ad scē p̃di
catõis offm̃ salubriter exequēdū assumāt: potē
tes i ope ⁊ s̄mõe q plebes sibi cõmissas vice ip
soꝝ cū p se idē nequerit sollicite visitātes eas ꝟ
bo edificēt ⁊ exēplo: q̄b⁹ ip̃i idiguerit ꝯgrue ne
cessaria subministrēt: ne ꝓ necessarioꝝ defectu
cõpellāͭ desistē ab icepto. hͦ ibi in cleme. vero
dudū. d̓ sepultu. apl̃ica auctoritate cõcediͭ p̃di
catorib⁹ ⁊ minorib⁹ vt i coꝝ ecclesie locis ⁊ pla
S Ecundū mysteriū cōtemplandū de
potentia dei dicit̄ qualitas. In quo
notabunt̄ tres eius q̄litates seu cōdi
tiones. Prima dicit̄ incōmunicabi
litas. Secūda principalitas. Tertia dicit̄ dura
bilitas. Prima qualitas seu cōditio potētie
dei dicit̄ incōmutabilitas. Nā lz deus multa
dederit taz angelis q̄z hominibus: tamē nūq̄z
cōicauit omnipotentiā suā. Nā vt dicit. d. Bo
na. di. 14. tertij li. Omnipotentia cōicari non
pōt alicui creature: q̄r omnis creatura eoipso
q̄ ex nihilo est deficit a sua stabilitate: vnde nō
existit p̄ seipsam deficit a summa simplicitate:
vnde nō agit p̄ se totā deficit a summa imēsita-
te. vnde distare pōt in ipsa virtus a substantia
⁊ quoniā per se nō subsistit nec in se nisi susten
tetur a diuina potentia: quoniā nō potest seip-
sam sustinere: ideo impossibile est ipsam eē om
nipotentē. Rursus quoniā ex seipsa tota non
agit: nō pōt in totam rei substantiā: ⁊ ideo nō
pōt esse omnipotens cū nō possit totū p̄cedere
Postremo q̄r virtus eius distat a substātia: tā
tum pōt elongari q̄ oīo deficiet. vnde nō pōt i
omnia. Sicut ergo soli deo cōuenit summa sta
bilitas summa simplicitas summa imēsitas: sic
etiā omnipotētia q̄ necessario req̄rit h̄ tria. Sz
dubiū est de aīa xp̄i an ei cōicata fuerit oipotē-
tia: q̄m videret̄ q̄ sic ex v̄bis ei⁹ Math. vlti.
Data ē mihi igr̄ omnis potestas in celo ⁊ i ter-
ra. Vbi glo. h̄ nō de coeterna p̄ris deitate: sed
de assumpta dicitur humanitate. Et iterū glo.
sup illud Luc. primo. Hic erit magn⁹. d. Nō
q̄ ante partū virginis magnus nō fuerit: sed
q̄r potentiam quā dei filius naturaliter habet:
homo ex tempore erat accepturus. Verūtamē
Ric. de media villa in. 3. di. 14. cōcordans cū
Boñ. ceterisq̄z theologis dicit q̄ aīa xp̄i: nō ē
oipotens

omnipotens: q2 omnipotētia includit actiuam potentiam infinitā intensiue. In anima autez xp̄i cū sit creatura nō est nec esse potest actiua potentia infinita intensiue: q2 cuz vnūquodqz agat sm q̄ est in actu: ⁊ patiatur inq̄ztū est i potentia: q̄ztum res habet de actiua potentia tantum habet de actualitate. Ergo potētia actiua infinita includit actualitatem infinitā in habēte illam potentiā. Actualitas autē infinita i nulla creatura esse pōt: q2 omnis actualitas creature cū passibilitate permixta est. Possumus tamen dicere q̄ anime xp̄i cōicata sit omnipotētia eo modo quo cōicatur ei nomen ⁊ existētia deitatis: hoc est per cōicationem idiomatū: qa ortum habet ex personali vnione. Sicut enim possumus dicere q̄ homo est deus: ita possumus dicere q̄ homo est omnipotens. Et sic intelliguntur glose superius allegate: sm. s. illuz modū loquendi quo idiomata cōicantur. Secunda cōditio seu qualitas potentie dei dicitur principalitas. Ipsa. n. vna sola principalis et singularis est potētia q̄ a nullo depēdet: a qua sunt omnes alie. Unde xp̄s in euāgelio Jo. 19. dixit Pilato. Nō haberes in me potestatē nisi tibi datū esset desup. Et Paulus Ro. 13. Nō est inqt potestas nisi a deo. Que vba ponuntur. 23. q. i. c. Quid culpatur. Ideo nihil pōt creatura nisi quod deus iubet vel sinit. Et tam diu potuerunt homines ⁊ poterūt dominari q̄zdiu sibi placuerit. Tertia ꝯditio diuine potentie dicit̄ durabilitas. Ipsa quidē est q̄ semp durabit ⁊ nō deficiet. Unde Daniel. 7. Potestas ei9 potestas eterna q̄ nō auferet: ⁊ regnū eius q̄d nō corrumpet. Et reuera ita est quando omnia regna mundi que potentissima olim fuere ad nihilū deuenere: de quibus latius dicemus cū tractabimus de cōtemptu mūdi.

Quod potentia dei cognosci potest p creationem ⁊ conseruationem rerum ac per punitionem omniū maloꝝ tam angelorum q̄z hominum. Capitulum. .3.

tErtium mysteriū cōtemplandū de potentia dei dicitur claritas. Nā lz sit infinita: tamē magnitudo eius in triplici effectu nobis declaratur.

Primus dicitur creationis. Secūdus cōseruationis. Tertius punitiōis. Prim9 effectus in quo declaratur nobis potentie dei magnitudo dicitur creationis. Nā toti hunc mūdum cōstat eius virtute esse factū. Ipse enim deus potentia sua cuncta creauit de nihilo: in quo admirari cogimur ineffabilē potentiā ei9. Nā si omnes phi: omnes viri docti: oēs hui9 seculi sapientes: omnes deniqz reges ⁊ principes terre: quotquot fuerunt vsqz in hanc horā ⁊ quot sunt etiam ⁊ quot erunt vsqz ad consūmationē mundi congregarentur insimul: ⁊ deliberarentur siue cōtenderent de nouo in esse producere vnum minimū flosculum cāpi: aut minimū vermiculū terre vel pisciculū aque: aut auicula celi: pfecto laborarent inanū. Et qs ē qui creauit omnia: q fundauit terrā: q mari caz circundedit: q cōdidit celos: solē ⁊ lunā: ⁊ cūcta sidera q̄ sunt in eis: q angelos ⁊ hoies fecit ad beatitudinē ordinatos. Nempe dei potentia. O magne deus ibi nō imerito loqt̄ Dauid in p̄s. d. Potēs es tu ⁊ vitas tua in circuitu tuo. Tu dn̄aris ptāti maris: motū aūt fluctuum ei9 tu mitigas. Tui sunt celi: ⁊ tua est terra orbē terre ⁊ plenitudinē eius: tu fundasti aquilonem ⁊ mare tu creasti. Secūdus effect9 in quo relucet potētia dei dicit̄ cōseruatio. Nā vt inquit Greg. Cūcta in nihilum tenderent nisi manus cōditoris cōseruaret. Que vba ponuntur in tex. a magistro di. 37. 2. li. Et sicut creaturas in esse cōseruat: ita cū vult illaꝝ proprietates imutat. Ipsa equidē potētia dei diuisit mare rubruz in diuisiōes. Exo. 14. c. Ipsa fuit q̄ tot signa ōndit populo iudaico in dserto. vt patet Exo. in capitulis sequentib9. Ipsa tēperauit ignē vt nō vreret pueros positos i fornace babylonis. Daniel. 3. c. Ipsa deniqz superba potētia dei quoscūqz miraculosos effect9 supnaturaliter est opata. Tertius effectus in quo declaratur nobis magnitudo diuine potētie dicitur punitio. Puniuit semp equidē quādo voluit deus omnes inimicos suos ⁊ null9 vnq̄z inuentus est qui valuerit se ab illo defendere. Nō angeli: nō hoies q ꝯfidebāt ⁊ gloriabant̄ in virtute sua. Et qs angelos malos d celo empyreo ⁊ de illa deliciosa habitatione puatos omni beatitudine exire fecit. Potentia dei Quis a terrestri paradiso pimos homines q iperabāt auib9 celi: piscib9 maris: ⁊ bestijs terre: ad hanc vallē lachrymarum eiecit. Potētia dei. Quis gigātes potentissimos ⁊ robustos submersit in aquis diluuij. Potentia dei. Quis tot reges ⁊ tyrānos: tot malos homines crudeles ⁊ impios: quot in mundo sepius fuere vt Senacherib. Pharao. Holofernes. Anthiochus. Nero. Domitianus. Julianus. Antonius. Seuerus. Cesar. Pompeius: han

nibal: ⁊ reliquos exterminauit de terra. Po-tentia dei. Quis oēs hoīes mundi stare coget ante tribunal iudicātis: rationē de suis opib⁹ reddituros. Potētia dei. O miseri mortales o vmiculi: o p̄sumptuosi pctōres: an ꝯfiditis in virib⁹ vr̄is. At ignoratis q̄ȝ magna sit potē-tia dei nr̄i. Et cur illū cōtemnitis. Cur ei⁹ p̄ce-ptis nō obeditis. Cur eius monitis nō acqe-scitis. Cur a peccatis q̄ sibi displicent nō absti-netis. Humiliamini ingt Petrus. i. ep̄la. i. c. sub potēti manu dei vt vos exaltet: qm̄ q se hu-miliat exaltabit: ⁊ q se exaltat humiliabit. Er-go vt finis sit hui⁹ ꝯmonis id agere vnusqsqȝ dȝ: vt cōsiderata potētia dei reuertat ad pniaȝ ⁊ cū plebe collaudet illū q paratus est penitenti-bus liberaliter indulgere: cōcedens h̄ grām ⁊ in futuro gloriā: in qua vi. ⁊ re. d. ꝑ infinita se-cula seculoꝝ Amē.

Feria secūda post dn̄icā in qnquagesima de timore dei qui est efficacissima medicina ad cō-uertendū pctōres ad penitentiā. Ser. 16.

Omnis plebs vt vidit dedit lau-dem deo Luc. 18. h̄ vba scri-bunt. Que dicta sunt in p̄cedē-tibus mouere debent oīuȝ ho-minū corda ad deū omnipotē-tem vt illū timeāt ⁊ vereant. Quoniā aūt pau-cissimi sunt qui ei⁹ timorē hūc sanctū habeant. Idcirco in hoc ꝯmone de ipso erim⁹ tractaturi. Ipse eteniȝ deū optime laudat q eū vt decet ti-met ac colit. Nā vbi timor est ibi ⁊ fuga mali si-ue peccati: qr vt dicit Augusti. sup. 10. c. Ioh. Timor est fuga mali spiritualis ne ꝑdat hō qd̄ amat. Vt igit plenā de ipso habeam⁹ noticiaȝ tria principalia mysteria ꝓponim⁹ declarāda.

Primum dicitur ratio.

Secundum distinctio.

Tertium duratio.

Cur deus q summe bon⁹ est ac tot⁹ sua vis ⁊ dulcis timeri debeat ⁊ possit a nobis.

Cap. .i.

Primū mysterium decla-randū dicit ratio. In quo disputan-dum ē cur de⁹ timeri debeat. Naȝ videt qbusdā id nullo pacto coueni-re: eo ꝙ obiectū timoris est malū. Vnde Ar. 2. rhetori. Illa ingt timemus ex qbus nobis mala ꝓueniunt. Sed de⁹ est summū bonuȝ a quo nō egrediūtur nisi bona ꝯm Dionysiū in li. de di. no. ergo deus nō pōt esse timoris ob-iectū: ⁊ ꝑ cōsequēs nō erit timend⁹. Sȝ in cō-trariū est omnis scriptura q̄ vt deū timeamus amplissime cōmēdat ⁊ clamat. Vnde Deut. 4. dei viuentis hec sunt vba ad Moysen. Cō-grega ad me populū vt audiat ꝯmones meos ⁊ discat me timere omni tp̄e. Et ibidem. 6. ca. Dn̄m deuȝ tuū timebis ⁊ illi soli seruies. Et iosue. 23. Timete deuȝ ⁊ ꝯuite illi corde ꝑfecto Et. 1. Regū. 12. Timete dominū ⁊ ꝯuite illi so-li in vitate. Et Thobie. 4. Multa bona habe-bimus si timuerimus deum. Et Iudith. 16. Qui timent te magni erunt apud te ꝑ omnia. Et Dauid p̄s. 2. Seruite dn̄o in timore Et p̄s. 5. Adorabo ad tēplū sanctū tuum in timo-re tuo. Et p̄s. 118. Cōfige timore tuo carnes meas. Et sapiēs Ecc. primo. Timor dn̄i glo-ria: ⁊ gloriatio ⁊ leticia ⁊ corona exultationis. Et ibidē Timēti deū bene erit in extremis: ⁊ i die defunctionis sue benedicet. Et iteꝝ ibi ini-tium sapiētie timor domini. Et. 2. c. Fili: acce-dens ad ꝯuitutē dei: sta i iusticia ⁊ timore. Et c. x. Gloria diuitū honoratorū ⁊ pauperuȝ ti-mor dei ē. Et. 9. Da locū timori altissimi: quia omnis sapientia timor dn̄i Et. 23. Nihil meli⁹ q̄ȝ timor dei. Et. 25. Beatus vir cui datuȝ est habere timorē domini. Et Prouer. 14. Ti-mor domini fons vite vt declinet quis a ruina mortis. Et. 24. Time deum fili mi ⁊ regē. Et Malachie. primo. Si ego dn̄s vbi timor me⁹ Et Nee. 5. Quare nō ambulatis i timore dn̄i Et Hiere. x. Nō est similis tui domine: ma-gnus tu ⁊ magnū nomē tuū in fortitudine: qs nō timebit te o rex gētiū. Et Michee. 6. salus erit omnib⁹ timentibus nomē tuū. Et. 2. Cor. 5. Scientes timorē domini hominib⁹ suade-mus. Et xp̄s Math. x. Eum timete q habet ptāteȝ corpus ⁊ animā ꝑdere in gehennā. Et ꝓpter hec omnia Io. Apoc. 14. ait. Vidi alte-rum angelū volantē per mediū celū habentem euāgeliū eternū vt euāgelizaret sedentib⁹ sup terrā ⁊ sup omnē gentē tribū ⁊ linguā ⁊ popu-lum dicens magna voce. Timete deū ⁊ date il-li gloriā ⁊ honorē. Ex his auctoritatib⁹ appa-ret ꝙ de⁹ est timend⁹. Et pro solutōe obiectio-nis facte notandū est ꝯm Tho. 2. 2. q. 16. ꝙ ti-mor duplex obiectū habere pōt: quorū vnū est ipsum malū qd̄ homo refugit. Aliud autē est il-lud a quo malū prouenire pōt. Primo mō deus qui est ipsa bonitas obiectū timoris eē nō pōt. Secūdo autē modo pōt esse obiectū ti-moris inq̄ȝtū ab ipso vel ꝑ cōparationē ad ipm nobis pōt aliqd malū imminere. Ab ipso qdem

potest

pōt iminere malum pene: quod nō eſt ſimplici
ter: ſed ſcōm qd. bonum aūt ſimpliciter: cū bo/
num dicatur in ordine ad finem: malum aūt i
portat huiꝰ ordinis priuatiōem. Illud aūt eſt
malum ſimpliciter quod excludit ordinem a fi
ne vltimo: quod ē malum culpe. malum aūt pe
ne eſt qdem malum inqztum priuat aliqd par
ticulariter: eſt tñ bonum ſimpliciter inqztuʒ de
pendet ab ordine vltimi finis. Per compara
tionem aūt ad deum pōt nobis malum culpe
ꝓuenire ſi ab eo ſeparemur. Ideo dicere poſ/
ſumuſ ꝙ triplici rōne deus merito ſit timēdus
a nobis ⁊ ab oibꝰ hoibus. Primo rōne ſe/
parationis. Scdo rōne flagellationis. Ter
tio rōe dānationis. Primo timēdus ē deus
rōe ſeparationis: qꝛ lʒ ipſe ſit bonuſ: grande tñ
malum eſt ipſi anime cum pp ſuam culpam ab
illo ſeparatur: maius etenim malum eſt p cul/
pam ſeparari a deo quaʒ ſine illa omnes atro
ciſſimas penas ſuſtinere. Vnde Anſel. in li.
de ſilitudinibꝰ ait. Si hic cernereʒ peccati pu
dorem: ⁊ ibi iſerni horrorem: ⁊ neceſſario vni
eoꝝ haberem imergi: prius me in iſernū mer
gerem qz in me peccatum dimitterem: mallem
enim purus ⁊ inocens gehēnam itrare: qz ſor
de idutus celeſtia regna tenere. hec ille. Et ni/
mirum ita ē quod omne dānum icomparabi/
le eſt ſeparationi ab iōo deo. Quod cōſiderās
Dauid poſt cōmiſſionem peccati dicebat. Fu
erūt mihi lachrime mee panes die ac nocte dū
dicitur mihi quotidie vbi ē deus tuus. Cogno
ſcebat ſe qppe a deo ſeparatum ⁊ dolebat: cōſi
derabat dānum ⁊ triſtabať: audiebat ſuam cō
ſciam ſibi dicēteʒ. Vbi eſt deus. Vbi fōs ois
boni. Vbi qui te creauit vt ſui pticipeʒ in eter
na glīa faceret: ⁊ tunc amariſſime flebat. Heu
me qꝛ pdidi illum: pdidi inquam qñ p peccatu
ab illo diſceſſi: ⁊ me ſponte ſua grā priuaui.
O flendum malum: o dolēdū dānum pdidiſſe
deum. O peccatrix. o vana creatura cur pecca
re nō times: qñ certiſſima eſſe potes p pecca/
tum priuari deo. Times pdere tpalia hec ⁊ ca
duca bona: cur nō times pdere deum celi. Ti
mēdus ē itaqʒ vt dictum ē deus ne p peccatū
aia ſepareť ab illo. Scdo timēdus eſt deus
rōe flagellationis. Ipē eqdē eſt q ⁊ ſepe ⁊ mul
tipliciter pp peccata peccatores flagellat. Mul
ta inqt pš. flagella pctōris. Ab illis aūt nullus
vt in ſuperiori ſermone tractatuʒ ē ſe defende
re valet. Nō valuit ſe defendere Sēnacherib
cum cētum octuagintaqnqʒ milibus armatoꝝ
qñ vna nocte angelus dñi omnes illos inter/
emit: ⁊ filij ipſius Sēnacherib iudicio dei per/
cuſſerunt eum gladio: ⁊ iterfecerūt in templo:
vt dř. 4. Regū. 19. c. Nō valuit ſe defendere
Antiochus cum omni potentatu ſuo quem ſu
pbia repletum ignem ſpirātem in iudeos ma
nus dei horribili plaga percuſſit ⁊ de curru ce/
cidit. Iſqʒ q ſibi videbať etiam fluctibus ma
ris impare: ſupra humanuʒ modum ſuperbia
repletus: ⁊ mōtium altitudines in ſtatera ap/
pēdere: humiliatus ad terraʒ i geſtatorio por
tabať: manifeſtam dei vtutem in ſemetipſo cō
teſtans: ita vt de corpore impij vermes ſcatu/
rirent: ac viuentes in doloribus carnes eiꝰ
effluerent: odore etiam illius ac fetore exerci/
tus grauareť. Et q paulo ante ſidera celi tāge/
re arbitrabať: eum nemo poterat ꝓpter itol
lerātiam fetoris portare. In doloribꝰ etiam ſu
is dicebat. Iuſtum ē ſubdituʒ eſſe deo: ⁊ mor
talem nō paria ſentire de deo. Igiť homicida
⁊ blaſphemus peſſime pcuſſus: ⁊ vt ipſe alios
tractauerat peregre in mōtibus miſerabili obi
tu vitam defunctus ē: vt habeť. 2. Machab.
9. Nō valuit ſe defendere ꝯ deum Herodes
agrippa cum ſuis delitijs: de quo refert Euſe
bius in. 2. eccle. hiſtorie li. ⁊ Ioſephus. 9. lib.
antiqtatum: ꝙ cum regnaſſet tribus annis in
imperio iudeoꝝ: venit Ceſareā ciuitateʒ q̄ pri
us Turris ſtrabonis appellabať: vbi in hono
rem Ceſaris ſpectacula oibus edidit. Ad quā
ciuitatem maxima nobilium ciuiūqʒ multitu/
do cōuenerat. Scda vero ſpectaculorum die i
dutus veſte ſu genti mirabiliter auro ⁊ argen
to cōtexta: icipiente die ꝓcedit ad theatrū: vbi
cum primos ſolis radios argentee veſtis gre/
mio ſuſcepiſſet: repcuſſio ſplēdoris duplicitam
ſpectātibus lucem fulgor metalli vibrātis effu
dit: ita vt ituentibus pſtringeret aciem terro/
ris aſpectus: ⁊ p hoc plus aliquid de eo qz hu/
mana natura ē artifex arrogātia mētireť. Illi/
co ergo adulātis vulgi cōcrepant voces hono
rem ſonātes hinc atqʒ illinc deum acclāmant.
Poſt paululum vero mortiferaʒ corde paſſio
nem ſuſcipiēs ⁊ vehementer vteri dolore pcuſ/
ſus cum feſtinatione a ſuis ad regalia portatur
quos ipſe reſpiciens dicebat. Heu ego veſter
deus ducor ad mortem. Poſt qnqʒ vero dies
nimio vētris dolore cōfectus vita priuatus ē.
Quid dicam de Herode aſcalonita. Quid de
Diocletiano ⁊ Maximiano. Quid de Domi
ciano. Quid de Herode. Quid dniqʒ de oi/

bus ꝑsumptuosis ⁊ arrogātib⁹ peccatorib⁹ q̊s dei man⁹ humiliauit. Logū certe eēt singuloꝝ exēpla recēsere. Idcirco null⁹ i seipso ꝯfidere dz: ñ i delicijs: nō i pulchritudie: nō i fortitudie ñ i dñio: ñ vtiq3 i quocūq3 tpali ꝑsidio. Ab oi b⁹ timñd⁹ ē de⁹: q2 pōt oēs ēt tpaliter aspa disci plina castigare. Tertia rō q̄re timēd⁹ ē de⁹ dr̄ dānatiōis. Ipse nāq3 vt dixim⁹ in supioribus dānabit iniquos etnis ignib⁹ cruciādos. Et lz dānatio iniquoꝝ mala sit eis quos affligit: veꝝ tñ bōa ē iq3tū ꝓuenit a iusticia dei ordinata ad malos puniēdos. Iō vt rōes ꝑtacte bñ cōclu/ dūt: deus merito ē a nobis timēd⁹. De multi plici tiore ⁊ sue efficētia ei⁹: ⁊ q̄lr pōt hō i tiore de ficere aut proficere peccare vel mereri. Cap. 2.

S Ecundū mysteriū declarādū dr̄ distin ctio. Vt. n. colligr̄ ex dictis magri in 3. di. 34. triplex timor pōt distingui. Prim⁹ dr̄ naturalis. Scd̄s vitiosus. Terti⁹ dr̄ ꝟtuosus. Prim⁹ timor dr̄ naturalis: q orit ab ipa natura: q̊ qlibet timet naturaliter q̄libet ꝯtria atq3 nociua. Qui timor nō est meritorius nec demeritorius. Hic timor fuit in xp̄o. de q̊ dr̄ Math. 26. Cepit ih̄s pauere ⁊ tedere ⁊ me stus esse. Scd̄s timor dr̄ vitiosus: q nascit̄ a cōcupiscētia: ⁊ hoc dupliciter: q2 aut a cōcupi/ scētia sui: aut a cōcupiscētia suoꝝ. Si a cōcupi/ scētia sui: dr̄ timor humanus si a cōcupiscētia suoꝝ: vocat̄ timor mūdanus. Timor human⁹ ē cum aliqs timet plus debito corpori suo: hic ꝓhibet̄ Math. 10. ex verbo xp̄i. d. Nolite ti/ mere eos q occidūt corp⁹. ⁊ Io. 12. Qui amat aīam suā pdet eā. Et sumit̄ ibi aīa ꝓ vita: sicut ēt sumit̄ Math. 2. Ioh. 10. ⁊ in plerisq3 scrip/ ture sacre locis. Pro hoc timore cohibēdo. d. Io. Criso⁹. xi. q. 3. c. Nolite timere. Nolite ti mere eos q occidūt corp⁹: nec forte pp timorē mortis nō libere dicatis q̄ audistis. Ideo nō excusant̄ q veritatem quā ꝑdicare tenent̄ tacēt timore deuicti. Non excusat̄ Petrus q tali ti/ more negauit dñm xp̄m. Nō excusant̄ deniq3 q peccāt pp timorem alicui⁹ ꝑsonalis nocumē ti: q2 dicit Aug. in li. de ci. dei. ⁊ ponit̄. 32. q. 5 c. ita ne. Poti⁹ debet qs quelibet mala tollera re q̄z malo consentire. Et de hoc dr̄. 31. q. 2. c. Lotari⁹. Nec ēt occisores corporis sūt timēdi ꝯ iusticiam hoies ipellētes. Sunt de hoc exē/ pla martyꝝ ⁊ ꝟginum aliorūq3 amicoꝝ dei q poti⁹ mori elegerūt q̄z negare xp̄m aut facere ꝯ bonos mores. Sic Susāna passa ē poti⁹ falso crimine accusari: cōdēnariq3 ad morte: q̄z lib.

dinosis senib⁹ in adulterio cōsentire: vt hēt̄ Daniel. 13. c. Sic sancta illa vidua tpe Antio chi ꝑel git cum septē filijs quos ipa ad marty rium monuit ⁊ iduxit crudeliter vitā finire: q̄z ꝯ legem carnes mādūcare porcinas. Sic Ca/ therina: sic Lucia: sic Cecilia: sic Agnes: sic reliq̄ tñ ꝟgines magis elegerūt ad mortē tē dere: q̄z a suo spōso xp̄o viuētes discedere. O ne quā ⁊ subdola excusatio coꝝ q mortaliter pec/ cāt asserētes id facere pp humanū timorē. Nū qd cum dei adiutorio nō pōt a volētibus supe rari. Eiusdem qppe nature cui⁹ ⁊ nos sumus fuerūt sancti ⁊ scē in qbus humanus timor lo/ cum non habuit. Est alius timor q dr̄ mūda nus: q nascit̄ a cōcupiscētia suoꝝ. Et ē qñ ali/ qs nimis timet de rebus suis quo fit vt magis qs velit pdere deū q̄z hec mūdi alia bona. Iste timor fuit in iudeis cum occiderūt xp̄m. Dice bant. n. vt scribit̄. Io. 12. Si dimittimus eum sic oēs credēt in eum ⁊ venient romani ⁊ tollent locum nr̄m ⁊ gētem. Tertius timor dr̄ vir/ tuosus: q nascit̄ a gr̄a. Et si a gr̄a gratis data dr̄ timor ꝟuilis. Si a gr̄a ichoata: dr̄ timor ini tialis. Si a gr̄a cōsūmata: dr̄ timor filialis. Ti mor ꝟuilis ē vt ait Aug. cum pp timorē ge/ hēne homo abstinet a pctō. Et ꝯ hoc timore di cit. d. Bon̄. di. 34. tertij li. q ē donū spūs san cti: q2 vt dicit Aug. quē allegat magister i lr̄a. Bonus ē timor seruilis ⁊ vtilis p quē fit pau latim cōsuetudo iusticie. Insup sicut donū dei ē nosse siue credere penas futuras: ꝓ eo q est ibi q̄dam cordis illuminatio ⁊ directio: sic do num dei ē illas penas eternas refugere ⁊ time re: ꝓ eo q ex tali dono ē q̄dā cordis illumina tio: ⁊ fluxus cōcupiscētialis restrictio: ⁊ in hoc q̄dam rectificatio. Sed posset aliqs ꝯ h̄ obij cere sic. Omne donum spūs sancti non repu gnat suis donis: sed qñ spūs sanctus īfundit̄: tūc timor seruilis expellit̄: sicut dicit Aug. quē magister allegat in textu. Ergo timor seruilis nō ē donū spūs sancti. Rñdet. d. Bon̄. q do na spūs sancti sūt in multiplici differētia. Q̄ ꝯ dam nāq3 donum ē a spū sctō: sed nō cum spū sancto: q2 ꝑparat ad spiritū salutis: ⁊ tale donū ē timor seruilis. Quoddā donū ē a spū sctō: ⁊ cū spū scō: q2 p ipm cōsecrat̄ habitaculum spūs sancti: sicut ē donū charitatis. Quoddam ꝟo ē donū qd ē a spū sancto: ⁊ aliqñ cū spū sancto: ⁊ aliqñ sine spū sancto: sicut donū qd ē ad spi/ ritus sancti manifestationē: ⁊ ē ordinatum nō solum ad ꝓpriam: sed ēt ad alienam vtilitatem

sicut

sicut donum p̄phetie ⁊ donū scientie: q̄ aliqñ in bonis: aliqñ in malis reperiri habēt. Cum ergo dr̄ q̄ donum spūs sancti cōpatit̄ secū spiritum scm̄: dicēdum q̄ istud h̄ʒ istantiam in secūdo dono: quod ordinat̄ ad habitationem spiritui sancto p̄parādum. Est ali⁹ timor p̄uceniēs a gr̄a icho ata qui dr̄ initialis: q̄ ē cum p̄fecta charitate: q̄r p̄ hunc timorem timet puniri aliqs ⁊ timet a deo separari quem iam amat: s; timor separationis principalior ē. Alius est timor filialis q̄ ē cum charitate p̄fecta: quo q̄s cauet offensa patris celestis: sicut bonus fili⁹: ēt si sciret ex illa offensa nihil mali sibi accidere. Sed vtinam hoīes mūdano ⁊ humano timore postposito modicum de illo s̄uili timore tenerēt. Sed veh mūdo a scādalis: q̄r nō est timor dei ante oculos hoīum: nō filialis: nō initialis: nō vtiq; seruilis. Perpetrāt q̄ppe mala letātes ⁊ gloriātes: ridentes ⁊ p̄uipēdētes terribilia iudicia dei. Quis aiūt hodie populi p̄ctōres poterit nos offēdere. Quid nobis mali aut nocumēti pōt euenire. Et si qñ audiunt peccatores cōminātem iram ⁊ indignationem dei: videt̄ eis audire isomnium aut fabulā. O fatuitas reprehensibilis: o presumptio detestabilis nō timere deū. Nā in diluuio periere gigantes: eo q̄ deum timere noluerunt.

De vsu timoris q̄ est in p̄ria: q̄ dr̄ timor reuerentialis. Capitulum 3.

Ertium mysterium declarandum dr̄ duratio. Vidēdum nāq; ē si in p̄ria vbi sancti viuūt in p̄petua pace q̄ete securitate ⁊ leticia: erit aliqs timor dei. Et hoc p̄p v̄ba p̄phe. d. Timor dn̄i scūs p̄manet i. s. s. Et omissis obiectionibus audiēda ē snia. d. Bon. q̄ p̄fata. 24. di. 3. li. dicit q̄ timoris ē facere tria. videl; Penā vt fugiat. Offensiōe; vt ipam caueat. Maiestatē summā vt illi subiaceat: exhibeat debitā reuerentia;. Et s̄m hoc triplex ē doni timoris d̄ria. Vnus timor est q̄ principaliter respicit penam: ⁊ iste ē s̄uilis: vt superius dcm̄ ē. Alius vero q̄ vnum oculum h̄ʒ ad penam: sed tñ principaliorē h̄ʒ ad offensam vitādam. Et hic ē initialis. Tertius aūt q̄ vnum oculū h̄ʒ respectu offense vitāde: alium respectu reuerētie exhibende. Et hic ē filialis. Cuius etsi vsus sit in refugiēdo vt separet̄: a deo: excellētior tñ ⁊ magis p̄cipuus vsus ē in reuerēdo deū: ⁊ in resiliēdo a sūma maiestate p̄ p̄priā; prauitatem. Et hic q̄dem vsus fuit in xp̄o: de quo dr̄ Esa. xi. Requiescit sup̄ eū spūs timoris dn̄i. Et ē in scīs angelis: ⁊ erit oībus beatis: q̄ ēt noīari pōt timor reuerentialis. Et q̄ztum ad istum oculū; ⁊ vsum manet donum timoris in p̄ria. Quātum vero ad alios iferiores tollit̄: q̄r isti competūt ei s̄m statum impfectiōis: q̄r v̄o remanet ei vsus principalis: hinc ē q̄ nō dr̄ euacuari: sed magis p̄fici ⁊ saluari: s̄m Bon. Ergo vt inq̄t p̄s. Beatus vir q̄ timet dn̄m: q̄r timor dn̄i expellit pec̄m. Ecc. p̄. c. Et q̄ timēt dn̄m p̄parabūt corda sua: ⁊ in cōspectu illius sanctificabūt animas suas. Ecc. 2. c. Et q̄ timet deū faciet bona. Ecc. 15. c. Et vt Hiero. inq̄t in ep̄lis. Timor v̄tutum custos ē: securitas ad lapsum facilis. Ergo p̄curet vnusq̄sq; timere deū: vt sic illum collaudet ⁊ b̄ndicat q̄ timētib⁹ se largit̄ in p̄nti grām ⁊ in futuro gl̄iam: in qua oēs scī exhibebūt ei cum gaudio timorem ⁊ reuerētiam p̄ ifinita secula seculorum. Amen.

Feria tertia post dn̄icam in quinquagesima de ieiunio: ad quod penitentes debent animari. Sermo. 17.

Conuertimini ad me i toto corde vestro in ieiunio ⁊ fletu ⁊ plāctu. Dei viuētis ad peccatores v̄ba sūt istas originaliter Johe. 2. c. Prope iam est sancte quadragesime deuotissimum tempus: in quo sancta mater ecclesia cunctos fideles iducit ad penitētiam: hortaturq; maxime vt cōmissas culpas ieiunando abluant ⁊ expurgent. Verūtamen vt Hiero. d. ad palmachium ⁊ Oceanum. Quoru; deus venter est cultum nolunt amare ieiunium. Sunt nōnulli qui ieiunia spernūt: ieiunare nolunt: irrident ieiunantes: ⁊ quod his deterius ē de ieiunio falsa predicāt ⁊ loquuntur. Aiunt enim ad nihil fore vtile ieiunium: neq; deo gratum stomachum affligere fame: abstinereq; a cibis quos deus creauit ad vtēdum: neq; sapiētis ē: aut boni viri esse dicūt: vt se fame macerādo corp⁹ velit perimere ante tp̄s. Quapropter in hoc s̄mone de ieiunij laudib⁹ v̄ba facere arbitratus sum p̄utile ac necessarium. Nam ad illud p̄ os p̄phe Johelis iuitat nos spiritus sanctus: vt patet in v̄bis p̄missis in themathe. In q̄bus de ieiunio tria mysteria p̄ponimus cōtemplanda.

Primo dicitur distinctio.
Secundum istitutio.
Tertium cōmendatio.

De multiplici ieiunio: ꝛ quid est ieiunium: prout est pars penitentie siue actus satisfactio/nis. Capitulum primum.

p Rimum mysterium cõtẽplãdum de ieiunio dicit distinctio. Ut enim põt colligi ex dictis Alex. in. 4. volumi/ne sũme. ꝛ Ric. in. 4. di. 15. triplex ẽ ieiuniũ. Primũ dr naturale. Scdm generale. Tertiũ spãle. Primum ẽ ieiuniũ naturale: cum qs nõ comedit in nocte nec mane cum statim sur git de lecto: nec in loco aut tpe quo edere nõ lꝫ nisi vrgẽte necessitate. Tale ieiuniũ nõ ẽ me/ritorium: qꝛ in his q̃ sunt a natura nec lauda/mur nec vituperamur: vt pꝫ ex. 2. ethi. Se/cũdum ẽ ieiuniũ generale: qñ. s. abstinemus a pctis ꝛ ab offensiõe dei. Et de h̃ inqt Aug. su p Joh. ꝛ ponit de cõse. di. 5. c. Jeiuniuꝫ. Je iuniũ magnum ꝛ generale ẽ abstinere ab iniq/tatibus et ab illicitis voluptatibꝰ seculi. Et de hoc loqtur Pius papa: de conse. di. 5. c. nihil d. Nihil ꝓdest hoi ieiunare ꝛ orare ꝛ alia bona religionis agere nisi mẽs ab iniqtate: ꝛ ab ob/trectatiõibꝰ lingua cohibeat. Glo. vo sup. d. c. in vbo ꝓdest. dicit ad vitam eternaꝫ: vt de pe. di. 2. c. Oppõit. c. Si qs aũt. Tñ ꝛ nos de clarauimus ad qd valẽt bona opera in peccato mortali fcã. De ieiunio ẽt isto generali Am/bro. in omel. di. 86. sic loqtur. Quid ꝓdest ie/iunare viscéribꝰ ꝛ luxuriari venatibꝰ: abstine re a cibis ꝛ errare pctis. An putaris illum ie/iunare frẽs q primo diluculo nõ ad eccl'iam vi gilat: nõ beatoꝝ martyꝝ scã loca ꝑquirit: sꝫ sur gẽs cõuocat seruulos: disponit retia: canes cõ/ducit: saltus siluasqꝫ ꝑlustrat. De h̃ siqdem sic loqt Greg. in omel. q̃dragesime. Incassum caro atterit: si a prauis voluptatibꝰ animus nõ refrenat. Hiero. ẽt de hoc sic scribit: tũc p̃cla/ra ẽ apud deum abstinentia corpis: cum aiꝰs ieiunat a vitijs. Tertiuꝫ ẽ ieiunium spãle: qd̃ sic Alex. diffinit in. 4. sũme. Jeiuniũ ẽ absti/nẽtia a cibo ꝛ potu: ſm formã eccl'ie ĩtuitu satis faciẽdi vel vitãdi pctm̃: vel acqrẽdi vitã eter/nam. Ex q̃ diffinitione habet ꝙ materiale ĩ ie/iunio ẽ abstinere a cibo ꝛ potu: ſm formaꝫ ec/clesie. Formale vo vt id bono aio ꝛ recta iten tione fiat. Propterea ieiunãtes cum ĩtẽtione corrupta ꝛ vitiosa ꝛ deprauata dãnant a xp̃o q ait Math. 6. c. cũ ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes: exterminant. n. facies suas vt ap. ho. ie. Amẽ dico vobis: qꝛ receperũt mer cedem suã. Tu. a. cũ ie. vn. ca. tu. ꝛ. f. t. la. ne. vi. ho. ie. sed. p. t. q est in ab. ꝛ. p. t. q. vi. in ab red. Jeiunium ergo hypocritaꝝ ĩfructuosuꝫ ẽ qꝛ deficit in eo rõ formalis vtuosi ieiunij. Je iunãtes vero cum ĩtentione recta ad reprimẽ/da vitia carnis: ꝛ ad satisfaciẽdum deo vtuose facere comprobant: qm̃ ſm Tho. 2. 2. q. 147. Abstinẽtia hoc mõ cõsiderata ẽ pars subiecti/ua tẽperantie: habet ꝛ rõnem timoris.

De institutione ieiunij quadragesimalis: ꝛ quattuor tẽporum aliorũqꝫ ieiunioꝝ. Cap. 2.

s Ecũdum mysterium principale dr ĩ/stitutio. Possumꝰ. n. distinguere tri plex ieiunium ab ecclesia institutum. Primum dr quadragesimale. Scdm tẽ porale. Tertium ꝑticulare. Primum est ieiuniuꝫ q̃dragesimale quod cõgrue ĩstitutum ẽ adhuc triplici rõne. Primo rõe tẽporis. Se cũdo numeri. Tertio termini. Primo qdẽ rõne tẽporis quadragesimale ieiunium ẽ con uenĩẽter tempore veris ĩstitutum. Primo rõe transgressionis primorum parẽtum qui pecca uerunt in vere ſm Alex. in. 2. volumine sum/me. Et si diceret vnde ꝓbari posset ꝙ tp̃s ve/ris fuit illud in quo peccauit Adã. Ego respõ deo ꝙ hoc colligi põt ex quadam historia quaꝫ memini me legisse Rome in quodam Ysi/dori eth. lib. 8. exñte in bibliotheca de ara celi. Qd̃ ideo dico qꝛ in alijs libris eiusdem Ysi dori hoc nõ viderim. Dr ergo ibi ꝙ post ascẽ sionem dñi saluatoris apostoli occupati in pre dicatione euãgelij nihil de obseruãtia pasce. q̃ s. die celebrari deberet tradere potuerũt. Cum vero ipsi ex hoc mũdo transissent ꝑ vniuersuꝫ orbem diuersa introducta fuere ieiunia: ꝛ ois Gallia vnum diem anni. i. octauo cal'. aprilis pasca tenebat. Orientales vero sicut historia. Eusebij cesariensis narrat: quecũqꝫ die men sis martij luna. 14. venisset pasca celebrabãt. In italia aũt alij plenos quadraginta dies ie/iunabãt. Alij viginti. Alij dicebant octo dies in qbus mundus cõcludit sibi sufficere ieiuna re. Alij qꝛ dñs q̃draginta dies ieiunasset. alij quadraginta horas abstinere deberent. Cum he tales obseruationes ꝑ singulas ꝓuincias te nerent: Rome meror erat sacerdotibꝰ: vt vbi erat vna fides dissonarent ieiunia. Tunc papa victor Romane vrbis ep̃s direxit vt daret au ctoritatem ad Theophilum Cesaree Palesti ne ep̃m: qꝛ tunc in hierosolyma ecclesia metro polis dicebatur: vt inde pascalis ordinatio ꝓ/ueniret: vbi xp̃s in carne fuisset versatus. Ac

cepta

cepta itaq3 auctoritate Theophilus tñ opus si
bi iniunctum cõsiderãs nõ solum sue patrie: s3
τ aliaꝝ ꝓuinciaꝝ q̃3plures ep̃os τ viros sapi/
entes ad cõcilium cõuocauit. Cũq3 grãdis il/
la multitudo eruditissimoꝝ viroꝝ fuisset i vnũ
collecta ꝓtulit Theophilus ep̃s auctoritatẽ ad
se directã: τ qđ erat sibi iniunctũ patefec̃. Tũc
pariter oẽs illi viri docti dixerũt. Primũ no/
bis dic qd a nobis petis. Theophilus dixit eis
Quẽ diem primũ creditis in mũdo creatũ. Et
cõcordarũt oẽs de dñico. Theophilus ep̃s di
xit. Quõ hoc ꝓbare potestis. Rñderunt illi.
Ex auctoritate diuine scripture q̃ ait. Factum
ẽ mane τ vespere dies primus. deinde .4.5.
6. τ septim⁹ in quo qeuit de⁹ ab omni ope suo:
quẽ diem sabbatũ appellauit. Cu3 ergo sabba/
tum dies sit nouissimus: qs põt esse prior nisi
dñicus. At Theophilus acceptauit. Sed iteꝝ
interrogauit. De tp̃e qd vobis vĩ. Quatuor
enim tp̃a in anno accipiunt̃. Ver estas autũ/
nus τ hyems. Qđ ergo tp̃s credim⁹ primum
scm̃. Ep̃i rñderũt. Ver. Theophilus. d. ꝓba
te qđ dicitis. Et illi. Habemus scripturã que
ait. Germinet terra herbam virẽte τ afferen
tẽ semẽ ẜm gen⁹ suũ: lignũq3 pomiferꝝ faciẽs
fructũ: τ hoc tp̃e veris videmus fieri. Theo/
philus dixit. Verꝝ ẽ: tñ qm̃ trib⁹ mẽsib⁹ veris
tp̃s accipit̃. quo loco mũdus cepit esse: in prin
cipio medio vel i fine. Ep̃i rñderũt. In eqno
ctio. i. octauo cal̃. april̃. Theo. dixit: ꝓbate qđ
dicitis. At illi. Ex scriptura dicẽte. Fecit deus
lucẽ τ vocauit diẽ: fecit tenebras: τ vocauit no
ctẽ: τ diuisit deus lucẽ a tenebris. Theo. dicit
Ecce de die τ tp̃e ꝓbastis: đ luna qd vobis vĩ.
Quõ dicitis fuisse creatã: crescẽtem: an plenã
an minuẽtem. Ep̃i rñderũt: plenam. d. scrip/
tura. Fecit deus duo luminaria magna: τ po
suit ea i firmamẽto celi: vt lucerẽt sup terram.
Luminare maius vt p̃esset diei: τ luminare mi
nus vt p̃esset nocti. Et cum tali inuestigatiõe
in illo cõcilio statuerũt pasca nõ debere celebra
ri añ. xi. cal̃. aprilis. Multaq3 alia ordinaue/
rũt ad pasce celebritatẽ ptinentia. Quare clare
patet ꝙ primi parentes tp̃e veris in principio
mũdi quo in paradiso terrestri fuerãt collocati
diuinũ cõtẽpserũt p̃ceptũ. Et ideo tali tp̃e xp̃s
mortuus ẽ: τ in carne cũ hoibus cõuersatus.
Scđo. tp̃s veris cõueniẽs fuit quadragesi
mali ieiunio: qr tũc maxime isurgũt τ inualescũt
motus carnales. Tertia rõ est pp̃ memoria3
dñice passionis que celebrat̃ in vere. Nam vt
inqt Aug. 18. li. đ ci. dei. c. 55. Mortu⁹ ẽ xp̃s
8. cal̃. april̃. Scđo ieiuniũ q̃dragesimale ẽ cõ
ueniẽter istitutum rõe numeri dieꝝ. Nam nu
mero q̃dragenario istitutu3 ẽ: qr deo tenemur
reddere decimas: τ decima ps dieꝝ anni sunt
36. dies: τ qr tenemur satisfacere ꝓ trãsgressio
ne decalogi ẜm iordinationem quattuor affec/
tionũ: supaddunt̃. 4. dies ad designãdũ ieiu/
niũ purgatiuũ esse iordinationis q̃ttuor affecti
onũ. Et oia h̃ colligunt̃ ex dictis Greg. in. c.
quadragesima. de cõse. di. 5. Propterea nu/
merus ille quadragenari⁹ ẽ penalitatis τ affli/
ctionis. Quadraginta. n. diebus τ quadragi/
ta noctib⁹ pluuit deus aq̃s diluuij in penã mũ
dane corruptionis: vt p3 Geñ. 7. c. Quadra
ginta annis p desertũ vagauerũt filij israel: vbi
mali afflicti sunt τ mortui: τ alij p illa3 pegri/
nationẽ meruerũt: vt patet in li. Numeroru3.
Quadraginta dieb⁹ ieiunauit Moyses vt le/
gẽ dñi mereret̃ accipe: sicut scribit̃ Exodi. 24.
Quadraginta dies dati sunt Niniuitis ad pe
nitẽdũ: sicut notat̃ Jone. 3. Quadraginta die
b⁹ Helias pegrinat⁹ ẽ vsq3 ad mõtẽ dĩ Oreb.
3. Reg. 19. Quadraginta dieb⁹ xp̃s ieiunauit
in deserto. Math. 4. Quadraginta dieb⁹ stetit
post resurrectionem anteq̃3 celos ascenderet.
Act. i. c. Ideo scđm hũc numeꝝ q̃dragenari/
um dieꝝ: q̃dragesimale ieiuniũ ẽ istitutũ. De
quo sic cãtat ecclesia. Lex τ ꝓph̃e primit⁹ hoc
ꝓtulerũt postmodũ xp̃s sacrauit oiu3 rex atq3
factor tẽpoꝝ. Tertio ieiunium q̃dragesimale
fuit cõueniẽter istitutum rõe termini: qr iterpo
latim nõ cõtinuũ determinatũ ad tp̃s nõ ppe/
tuum. Qđ scm̃ ẽ ẜm Alex. in. 4. tũ pp̃ huma/
ne ifirmitatis debilitatiõem: tum pp̃ fastidiu3
cõtinue afflictionis: tũ pp̃ annihilationẽ deuo
tionis: na3 cõtinuũ ieiuniũ τ ppetuũ debilitas
hois sustinere nõ posset: sed illũ discrimini di/
sponeret. Fastidiũ afflictiõis nimis fatigaret
τ ipatiẽtiam iduceret: τ deuotio ieiunãdi peri
ret. Si aũt q̃reret̃ q̃re die dñica nõ ieiunamus
Rñdet Alex. ꝙ hoc fit i memoriã leticie dñi/
ce resurrectionis. Dr̃. n. in decreto. c. Ieiuni
um. de cõse. di. 3. Ieiuniũ dñice diei τ quinte
ferie nemo celebrare d3: vt iter ieiuniũ xp̃iano
rum τ gẽtilium τ veraciter credẽtium τ ifide/
liu3 atq3 hereticoꝝ vera τ nõ falsa discretio ha
beat̃. h̃ ibi. Tẽpore tñ quadragesimali diebus
dñicis abstinemus a carnib⁹ τ lacticinijs vt ie
iunium nostrum cõforme sit ieiunio xp̃i: q̃3ũ
cõgruit. Scđo principaliter istitutu3 fuit ie/
iunium tp̃ale. s. quattuor tẽpoꝝ ab ecclesia. De
quo sic dicit Calistus papa. 77. di. 1. c. Ieiu

niūm. Q̄ter in anno apud nos celebrare di/
dicisti cōuenictius nūc p q̄ttuor tpa fieri decer
nimus: vt sicut annus p q̄ttuor voluit tpa: sic
nos q̄ternū solēne agamus ieiunium p q̄ttuor
anni tpa. Assignat̄ vero a doctoribꝰ rō q̄re in
istis q̄ttuor tpibus ieiunamꝰ. videlʒ vt emen/
demus q̄ in istis q̄ttuor tēporibus pctā cōmisi
mus. Et fiūt p tres dies: vt satisfaciamꝰ in die
qd̄ deliquimus i mēse: ⁊ fiunt i feria q̄rta: qꝛ tūc
dn̄s a Juda traditꝰ fuit. In sexta: qꝛ crucifixꝰ.
In sabbato: qꝛ iacuit in sepulchro: ⁊ tristes fu/
erūt apostoli de nece dn̄i. Tertio istitutū ē ab
eccl'ia ieiunium pticulare. s. in vigilijs q̄rūdaʒ
festiuitatū. Nā vt scribit Joh. Beleth. Mos
fuit antiqtus vt in p̄cipuis festiuitatibꝰ sanctoꝝ
hoies cum vxoribꝰ ⁊ filiabus ad eccl'iam veni
rent: ⁊ ibi cum luminaribꝰ pnoctarent: sed qꝛ
multa adulteria in his vigilijs fiebāt: statutuʒ
fuit vt vigilie in ieiunia cōuerterent̄. Nomen
tn̄ antiquum retētum ē: qꝛ nō ieiunia: sed vigi
lie appellantur.

De laudibus ieiunij: quod verbis ⁊ exem/
plis cōmēdatur ab oibus scis tam veteris q̄ʒ
noui testamēti. Capitulum tertium.

Tertiuʒ mysteriū cōtēplādum de ieiu
nio dr̄ cōmēdatio. Naʒ lʒ multa sint
qbus ieiuniū ⁊ abstinētia cōmēdari
posset: tn̄ laudes eius accipiemꝰ a tribꝰ. Pri
mo a gētilibꝰ ⁊ phis. Scdō a prībus ⁊ pphe
tis. Tertio a doctoribus ⁊ scis. Primo ac
cipimus laudes ieiunij ⁊ abstinētie a gētilibus
⁊ phis. Ipsi etenim suo mō abstinētiā magni
ficare studuerūt. Vn̄ Valerius maximus cō/
mēdat mulieres romanas q̄ abstinebāt a vino
Inqt. n. li. 2. Fuit antiquoꝝ illa simplicitas in
cibo capiēdo humanitatis simul ⁊ cōtinentie i
dex certissima. Nā maximis viris prādere ⁊
cenare in ppatulo nō erat verecūdie: qꝛ nec il/
las epulas hēbant q̄s oculis ppl'i subijcere eru
bescerent: Vini vsus olim romanis feminis
ignotꝰ fuit. ne. s. in aliqd̄ dedecus plaberentur
qꝛ primus a libero prē itēperātie gradus ad i
cōcessam venerē esse cōsueuit. Dicearchus vt
ait Hiero. ꝯ Jouinianū in li. antiqtatū laudat
aurea secula saturni: qn̄ cū tunc oia humus fun
deret nullus comedebat carnes: sed vniuersi
viuebāt pomis ⁊ herbis q̄ terra spōte gigne/
bat. Xenocrates phs de Triptolemi legibus
tria tn̄ p̄cepta in tēplo Eleusine residere scri/
bit. Venerādos deos: honorādos parentes:
carnibꝰ nō vtēdum. Tulliꝰ in. q. tus. cōmemo
rat q̄ Lacedemonij magis psymonia delectā/
tur: Huiꝰ rei xenophon Theophrastus: ⁊ pene
oēs greci scriptores testes sūt: Cherimō histo/
ricus vir eloquentissimus narrat de vita anti/
quoꝝ egypti sacerdotū q oibꝰ mūdi curis post
posit' sp dū in tēplo fuerūt ⁊ reꝝ nās cāsqʒ ac
rōes sideꝝ ꝯtēplati st: nūq̄ʒ se mlieribꝰ miscue
rūt: nūq̄ʒ cog̃tos seu ppinq̄s ac libos qdē vide
rūt ex eo tpe q̄ cepissēt dino cultui d'uir̄: ⁊ car
nibꝰ ⁊ vino sp abstinuerūt. Pane raro vesce/
bant̄ ne onerarēt stomachū: ⁊ si qn̄ comedāt tō
suʒ piter hisopū sumebāt i cibo: vt escā g̃uiorē
illiꝰ calore dcoq̄rēt. Eubolꝰ q̄qʒ q historiā Mi
tridat' mlt' volumibꝰ explicauit narrat apd̄ p/
sas tria cē magoꝝ gn̄a: q̄ꝝ p̄mi q sūt doctissi/
mi ⁊ eloq̄ntissimi: excepta farina ⁊ olere nihil
ampliꝰ i cibo sumebāt. Euripides i creta Jo/
uis pph̄as n̄ solū carnibꝰ sʒ coct' cib̄ abstinuis/
se refert. Barzafrines vir babiloniꝰ i duo ge
nera apd̄ idos ginosophistas diuidit: q̄ꝝ vnū
appellat Bragmanas: alteꝝ samaneos: q tāte
cōtinētie sūt vt pomis arboꝝ iux̄ gāgē fluuiuʒ
alant̄: de bragmanis ēt scribit Didimꝰ i epl'a
ad Alex. q̄ pura ⁊ simplici vita viuūt: null' reꝝ
capiunt̄ illecebris: nihil appetūt ampliꝰ q̄ʒ nāe rō
flagitat. Nulla apud eos morboꝝ gn̄a: nullus
medicie vsus: qꝛ psymonia ē ill' medicina: si g̊
tn̄ gētiles hoies abstinebāt vt mūdanā sapiaʒ
acq̄rerēt: qd nos agere debemꝰ vt i v̄a sapia p
ficiamꝰ. Audiuimꝰ. n. q̄ʒ̃ti apd̄ illos hita sit ab
stinētia. 2° accipimꝰ laudes ieiunij a prībꝰ ⁊
pph̄is vetis testi: apud quos n̄ paꝝ celebre ē
reputatū. Vn̄ ps. 34. Dauit ait. Humiliabā
in ieiunio aiaʒ meā. Et Johel. i. Scificate ie/
iuniū. Et Thobie. 12. Bōa ē orō cū ieiunio.
Et Judith. 4. dr̄ de filijs israel qn̄ timebāt i/
petū Holofernis. Hūiliauerūt aias suas i ie/
iunijs ipsi ⁊ mlieres eoꝝ. Et de Judith. 8. c.
dr̄. Ieiunabat oibꝰ diebꝰ vite sue p̄t sabbata ⁊
neomenias ⁊ festa domꝰ isrl'. Et. i. Reg. 7. qn̄
filij isrl' pliaturi erāt cū philisteis: ieiunauerūt i
qt scriptura i die illa ⁊ dixerūt. Tibi peccauimꝰ
dn̄e. 3° accipimꝰ laudes ieiunij ⁊ abstinētie a
doctoribꝰ ⁊ scis. Oēs nāqʒ doctores eccl'ie ab
stinētiā ⁊ ieiuniū miris extulerūt laudibꝰ q̄ꝝ dcā
elegātissima adducēt̄ i seq̄nti s'mōe cū dicet̄ de
fructibꝰ ieiunij. Nūc v̄o tn̄ cōtēplari sufficiat
scōꝝ exēpla: q ieiunādo ⁊ orādo carnē suā cru
cifixerūt cū vitijs ⁊ ꝯcupiscētijs. Refert eusebiꝰ
i. 4. li. ecc. historie. q̄ int scōs egyptios q̄s euā
gelista marcus istituit vinū aut carnes nemo gu
stat tn̄ aq̄ ē eis potꝰ ⁊ pāis cū sale ⁊ hisopo cibꝰ
vē Hiero. ad eusebiū. cū vitā ꝯmēdasset ceno

bitaꝝ: ꝙ apd̄ eos viuit pāc leguminib⁹ ꝛ oleri b⁹ subiūxit. Ad tītiū gen⁹ veniā q̄s anachoritas vocāt: q d̄ cenobijs exeūtes excepto pāe ꝛ sale āpli⁹ ad deserta nihil ꝓferūt. Hu⁹ vite auctor pau lus: illustrator antoni⁹: ꝛ ad supiora cōscēdaꝫ. Priceps Joh. babtista fuit. Et idē scribēs vi tā pauli pmi hēmite sic ingt d̄ illo. Q ēꝫ i orōni b⁹ i solitudine durit etatē. Cibū ꝛ vestimētū ei palma pbebat. Q d̄ ne cui ipossibile videat iōꝫ testor ꝛ scōs āgelos vidisse me mōachos: e qb⁹ vn⁹ p. 30. ānos pane ordeaceo ꝛ aq̄ lutulēta vi xit. Quid dicem⁹ d̄ abstinētia oiuꝫ ꝯfessoꝝ xp̄i Jlariōis. Agathōis. amonis. Serapiōis. Ba silij. Bñdci. Frācisci. oiumqꝫ alioꝝ. Mull⁹ et eni iuēt⁹ ē q i d̄litijs fuierit d̄o. Jō pꝫ p oia exē pla tā xp̄iāoꝝ q̄ꝫ iudeoꝝ siue ēt gētiliū ꝙ absti nētia sublunāda ē ꝛ ñ spnēda. Habem⁹ exē/ pla auiū q̄ fame ꝛ abstinētia amicabiles fiūt hoi b⁹ ꝛ familiares. Ergo fm itētiōeꝫ spūs sci san ctā eccl'iaꝫ diligēt' disponam⁹ mētē ꝛ aiuꝫ: vt ichoem⁹ h̄ sacratissimū q̄dragesimale ieiuniū q̄ mediāte obtinebim⁹ h̄ grām ꝛ in futuro gl'iam quā nobis largiat clemētissimus deus cui est honor ꝛ gl'ia p ifinita secula seculoꝝ. Amen.

Feria q̄rta cineꝝ de ieiunio: ad qd̄ marie ta li die eccl'ia cōuocat ꝛ iuitat fideles. Ser. 18.

Thesaurizate vobis thesau/ ros i celo. Verba sūt saluator' nr̄i originalr̄ Math. 6. ꝛ i euāgelio hodierno. ecce adue nerūt dies pnie ad redimēda pctā ad saluādas aias. Hodie nāqꝫ initiū ē sacri q̄ dragesimal' ieiunij de q̄ cātat eccl'ia. Paradisi pōtas ieiunii tps nob̄ apuit: idcirco cū oi sollici tudie ꝛ d̄uotōe vigilare d̄bem⁹ ad ieiunia vene rāda: qm̄ p ip̄a acqrim⁹ thesauros regni celoꝝ. Et qm̄ sapiētissim⁹ oiuꝫ mgr̄ i v̄bis allegat' i themate ꝯuocat nos vt d̄ futura vita nobis ꝓui deam⁹. iō i h̄ s̄mōe fideles xp̄i ad ieiunii reue rētiā p̄cipuā merito iducem⁹. Videbim⁹ autē d̄ ip̄o ieiunio adhuc tria mysteria principalia. Primū dr̄ ꝯditionis. Scd̄ꝫ obligationis. Tertium fructificationis.

De cibis a qbus abstinēduꝫ ē ieiunio: ꝛ de tpe siue hora comedēdi diebus ieiunioꝝ: ꝛ q̄ re nō ē determinata q̄ꝫtitas cibi sicut vicissitu do comedendi. Cap. .i.

Primū mysteriū vidēdū de ieiunio dr̄ ꝯditio. Scd̄ꝫ. n. eccl'ie ordinatiōeꝫ tri plex ꝯditio ponit d̄ ieiunio. Prima dr̄ q̄litas Scd̄a tpalitas. Tertia q̄ꝫtitas. Prima ꝯditio dr̄ q̄litas: qꝛ i ieiunio fm formā eccl'ie abstinē dū ē ab aliqb⁹ cibis: vtputa carnib⁹ ouis ꝛ lacti ciniis. Q ua v̄o ꝛ lacticinia intdicunt ieiunā/ tib⁹ inq̄ꝫtū sūt orta ab aialib⁹ carnes hñtib⁹. sic pꝫ di. 4. c. d̄niqꝫ. Notādū tñ ꝙ i ieiunio q̄dra gesime iterdicunt vniuarsal'r oia supdcā: sicut notat d̄ ꝯse. di. 5. c. Nō oꝫ. Piscium tñ esus vt sit ifirmitat' solaciū ñ vt luxurie pariat icētiuū ꝯcedit. Et lꝫ esset a marinis beluis abstinēdū tñ d̄ ꝯsuetudine ē tollerādū: qm̄ q nimis cimū git elicit sāguinē: vt pꝫ i. d. c. deniqꝫ. Jn aliis v̄o ieiuniis abstinētia a carnib⁹ sp p̄cipit. Ab ouis āt ꝛ lacticiniis ñ nisi fm ꝯsuetudinē p̄rie Nā dic Hiero. 76. di. c. Vtinā. ꝛ ex. d̄ sepul turis. c. Certificari. Vnaq̄qꝫ p̄ria abundat in suo sēsu. Cōcordat his Ric. i. 4. ꝛ. Tho. 2. 2. q. 147. ar. 8. in rñsiōe ad. 3. ar. Sꝫ dubitari pōt cur ieiunioꝝ tpe ñ p̄cipit abstinētia ab vsu vini: cū d̄ illo tot mala dicant. Nā sapiēs pro/ uer. 20. ait. Luxuriosa res vinuꝫ. Et Ecc. 31. Multos exterminauit vinū. Et paulus Eph. 5 Nolite iebriari vino in q̄ ē luxuria. Et hiero. ad Eustoch. h̄ moneo h̄ obtestor vt spōsa xp̄i vinū fugiat ꝓ veneno. Et idē ad Furiā. Q ñ lia si apl'us castigauit corp⁹ suū ꝛ in s̄uitutē rede git quō tu iuuēcula adhuc in feruore iuuētutis posita dapib⁹ ꝛ vino plena poter' eē d̄ castitate secura. Jdeꝫ isup iter ceteras scē Paule lau/ les hāc ip̄e enumerat singularem: qꝛ. s. a vino abstinētissima fuit. Jngt. n. in descriptōe eius vite. Sic referā qd̄ exptus suꝫ. Mēse iulio fer uētissimis estib⁹ icidit in ardorē febris: ꝛ post desperationē cū dei misericordia respirasset ꝛ me/ dici suaderēt ob refectionē corporis vino esse opus tenui ꝛ paruo: ne aquā bibēs in hydro/ pē verteret: ꝛ ego clā btm̄ Epiphaniū papā ro garē vt eā moneret: imo cōpelleret vinū bibe re: vt erat prudēs ꝛ solert' igenii stati sēsit isidi as ꝛ subridēs inimicū eē qd̄ ille dicēt itimauit Quid pl'ra. Cū btūs pōtifex p⁹ mlt̄a hortamē ta exiisset foras q̄rēti mihi qd egisset: rñdit. Tm̄ ꝓfeci vt seni hoi pene ꝑsuaseriꝫ ne bibat vinuꝫ. Sil'r ad laudē abstinētie multoꝝ scōꝝ vita idu cit ꝙ vinū ñ gustauerint. Ergo si tā celebris ē illa abstinētia: videret q. salubrit fuisset p̄ceptū vt ieiunātes vinū ñ biberēt. Rñdet ad h̄ Ale. i 4. sūme. ꝛ Ric. di. 15. q̄rti. ꝙ esus carniū ma g' ꝯmouet ꝯcupiscētiā q̄ꝫ vini pot⁹: qꝛ cū ad ici tatōeꝫ ꝯcupiscētie ꝯcurrāt tria. s. abūdātia calo r' : ꝛ spūꝫ: ꝛ scis: ex esu carniū mltiplicat semē qꝛ i eis ē mltū d̄ nutrimēto: ꝛ iō ex caꝝ esu ma/

xie ml'tiplicaᷓ supfluitas ītie digestōis q̄ semis
ē mā. Ex esu vētosoꝝ ml'tiplicaᷓ abūdātia gros
soꝝ spūū: ex potu vini abūdātia calorꝭ. Et abū
dātia semis magꝭ ē icētiua cōcupiscētie q̄ꝫ abū
dātia calorꝭ: maxie cāti ex potu vini: qꝛ illa cito
euanescit: ꝛ calor i semine manet. Lꝫ ḡ vinū ꝓ
uocatiuū sit ad libidinē: nō tn̄ sic carnes. Jō ec
clesia iniūxit abstinētiā a carnibꝰ ꝛ nō a vino.
Et si adhuc q̄raᷓ q̄re nō a vino. dic̄ Alex. ꝙ h̄
scm̄ ē pp īfirmoꝝ renuitionē: qꝛ multi fuissent
obediētie cōtēptores: cū tolerabiliꝰ sint a carni
bꝰ q̄ꝫ a vino abstinē. Etiā sic īstitutū ē pp neces
sitatē digestōis. Multi eteniꝫ habēt debilē sto
machū qbꝰ necessarius est vsus vini pp dige/
gestionē pficiēdā. Secūda cōditio ieiunij dr̄
tpalitas. Nā fm̄ Tho. 2. 2. vbi supra Jeiunā
tibus assignatur tp̄s comedendi. s. hora none.
Cum. n. ieiuniū ordineᷓ ad deletiōeꝫ ꝛ cohi/
bitiōem culpe: oꝫ ꝙ aliqd addaᷓ supra cōem cō
suetudinē: ita tamen ꝙ ex hoc nō multum na/
tura grauetur. Est aūt debita ꝛ cōis cōsuetu/
do hoibus comedēdi circa horā sextam: tuꝫ qꝛ
iam vr̄ esse cōpleta digestio nocturno tp̄e natu
rali calore iteriꝰ reuocato pp frigus noctis cir
cunstātis: tū ēt qꝛ cum natura corporis humani
idiget iuuari. Vt ergo ieiunātes aliquā afflic/
tionem sentiāt: cōueniēter eis taxaᷓ hora nona
que cōueniēs ē mysterio passionis xp̄i que cō
pleta fuit hora nona: qn̄ iclinato capite tradi/
dit sp̄ ritū: hora aūt illa determinaᷓ fm̄ grossaꝫ
estimationē. Si vero diceretᷓ ꝙ status veteris
testamēti ē pfectior q̄ꝫ noui. Sꝫ in veteri testō
ieiunabāt a vespe diei p̄cedentis vsqꝫ ad vespe
raꝫ diei sequētis: vt pꝫ Leui. 23. Ergo sic dꝫ
fieri in nouo testamēto. Rn̄det Tho. ꝙ status
veteris testamēti cōpatur nocti. status x̄o no/
ui compaᷓ dei: fm̄ illud Ro. 13. Nox p̄cessit
dies aūt appropinquauit. Jdeo in veteri testō
ieiunabāt vsqꝫ ad noctē: nō aūt in nouo. No/
tādum tn̄ fm̄ Alex. ꝙ hora nona nō ē in p̄cep
to: vel si sit in p̄cepto: qꝛ hꝫ magnā latitudineꝫ
nō ē determinata: iō si qn̄qꝫ p̄ueniaᷓ vel ꝓlō/
geᷓ cā necessaria vel rōnabili nō ex hoc ieiunās
peccat mortaliter: vnde qn̄qꝫ religiosi possent
ita mane surgere ꝛ tm̄ fatigari ante horā sex/
tā ꝙ ex dispēsatiōe ordinis possent anticipare
horā nonā: de ꝓlōgatione aūt hore: qꝛ ex come
stione post horā nonam nō auferᷓ pena: sꝫ po/
tius augeᷓ ꝛ ē magis superogare q̄ꝫ a debito
deficere. Silr̄ q nulla hora comedit nō deficit
sed magis superogat. hec Alex. Tertia cō/
ditio ieiunij dr̄ quātitas. Ordinauit. n. eccl'ia

q: semel comedaᷓ in die: nō aūt pluries: ꝛ q̄li/
bet vice parum: qꝛ nō potuit determinare i ie/
iunio quātitatem pōderis: cū vnus scd̄m natu
re sue qualitatem magis cibo idigeat q̄ꝫ alius:
sed bene q̄ꝫtitatem vicissitudinis. Excessus āt
in quātitate lꝫ minuat meritum: nō tn̄ soluit ie/
iuniuꝫ nisi esset nimius ꝛ imoderatus: vt si ali
qs excederet in quātitate cibi notabiliter multi
plicādo fercula comedēdo varia cibaria deuo/
rādo: vsqꝫ ad sūmū vētris: vt detineat tp̄s ne
affligaᷓ. Talis inquā soluit ieiuniū ꝛ decipit se
ip̄m. Vnde Aug. in ſmone d̄ quadragesima
ait. Sunt qdam obſuatores q̄dragesime deli
ciosi potius q̄ꝫ religiosi: qꝛ vasa in qbus cocte
sunt carnes tanq̄ꝫ imūda horrētes deuitant: ꝛ
in sua carne vētris aut gutturis luxuriā nō for
midāt. Jeiunāt aūt vt n̄ solitā ieiunādo minu
ant edacitatē: sed vt imoderate i deferēdo auge
ant auiditatē. Artificiosis ꝛ peregrinis cōdi/
mētoꝝ diuersitatibus gulam irritāt: tn̄qꝫ ca/
piunt manducādo q̄ꝫtum digerere possunt nō
ieiunādo. Et Hiero. ad Furiam ait. Nōnul
li vitam pudicā appetētes in itinere medio cor
ruūt dum carnium abstinētiā ieiunium putāt
ꝛ stomachum leguminibꝰ onerant. Oia tn̄ in/
telligēda sunt cum discretione: qꝛ vt scribiᷓ. i.
q. 5. c. penitētium. Discretio mater est oiuꝫ v̄
tutuꝫ. Qd̄ ideo dixerim: qꝛ multi idiscretas ie
iunoꝝ regulas cōsiderātes qn̄qꝫ nimis arcta
imo eis ipossibilia sumūt ieiunia: pro qbus qe
tandis stat snia illa Hiero. ad rusticum mona
chum. d. Balneaꝝ fomēta nō q̄ras q calorem
corporis ieiunoꝝ frigore cupis extinguere: q̄
ꝛ ip̄a moderata sint ne nimia debilitēt stoma/
chū ꝛ refectionem maiorem poscentia crūpant
in cruditatē q̄ parens libidinuꝫ ē. Et idem ad
nepotianum de vita clericoꝝ ait. Tm̄ tibi ipo
ne ieiunioꝝ q̄ꝫtū ferre potes. Sint pura: casta
simplicia: moderata ꝛ non supstitiosa ieiunia.
Et idem ad Demetriadē. v̄. inqt. Neqꝫ vero
imoderata tibi impamus ieiunia ꝛ enormē ci/
boꝝ abstinētiam: qbus statim corpora delica/
ta franguntᷓ: ꝛ ante egrotare icipiunt quā san/
cte cōuersationis possint iacere fundamenta.
Philosophorum quoqꝫ sententia ē modera/
tas esse virtutes. Et idem ad Rusticum mo/
nachum ita scribit. Sunt qui humore cellula/
rum imoderatisqꝫ ieiunijs tedio solitudinis ac
nimia lectione dum diebus ac noctibus auri/
bus suis psonant: vertunᷓ in melancoliam vt
Hypocratis magis fomētis q̄ꝫ nostris indi/
geant monitis. Jdcirco seruāda ē regula Ful

gētij q ita scribit ad ꝑbum. Jeiunijs sic ē adhi
bēda tēperies vt corp⁹ nr̄m neq̄ȝ saturitas ex/
cutet nec iedia imoderata debilitet. Saturitas
facit vt incassuȝ ieiunemus. debilitas vo nec
ieiunare possimus. h̄ ille.

Qđ obligant hoies ad ieiuniuȝ: vel pp p̄/
ceptum ecclie: vel pp ipositam pniam: vel pp
idictionem epoꝝ. Cap. .2.

Secūdum mysterium vidēduȝ de ie/
iunio dr̄ obligatio. Obligant siqdeȝ
hoies ad ieiunia sub pena peccati ma
xime pp tria. Primo pp ecclesie p̄ceptiōem.
Scđo pp pnie ac voti ipletionem. Tertio
pp epalcȝ idictiōeȝ. Primo obligant ad ie/
iuniū pp ecclie p̄ceptionem: qꝛ. s. ecclia p̄cepit
vt aliq̄ ieiunia a fidelibus obƀuent: qꝛ vt scri/
bit. 14. q. 1. c. qsqs. Quisqs preceptis nō ob/
temperat reus ē ꝛ debitor pene. Et paruȝ post
iferius. Quod p̄cipitur imperat: ꝛ qđ iperat
necesse est fieri. Et di. 12. c. p̄ceptis dicit. p̄ce/
ptis apostolicis nō dura superbia resistat: sȝ p
obedientiā q̄ a sancta romana ecclesia ꝛ aposto
lica auctoritate iussa sunt salutifere impleantur
Et eadē di. c. non decet. Calixt⁹ papa ait. Sic
fili⁹ dei venit facere voluntatē patris: sic ꝛ vos
implete voluntatē matris vr̄e: q̄ ē ecclesia. Ad
idē est. c. Sic oēs. 19. di. vbi sic dicit. Sic oēs
apostolice sedis sanctiones accipiēde sunt tāq̄ȝ
ipsius diuina voce Petri formate. ꝛ idē hr̄ in
c. in memoriā in. c. eniuero. ꝛ in. c. nulli phas
eadē di. ꝛ h̄ colligit ex vbo xp̄i. d. Math. 18.
q ecclesiā nō audierit sit tibi sicut ethnicus ꝛ pu
blicanus. Scā ergo mater ecclesia istituit ieiu
nia q̄dā sub p̄cepto fidelibus obseruāda. Et p̄
Secundũ mysteriũ declarandũ de discordia dr̃ distinctio. Distinguit̃. n. triplex discordia dãnabilis ⁊ piculosa: vz. Prima ẽ scismatice prauitatis. Secunda ciuilis ptialitatis. Tertia iportabilis. societatis. Prima discordia ẽ scismatice prauitatis. Est autẽ scisma vitiũ quo qs sũmo põtifici subesse recusat ⁊ mẽbris ecclesie subiectis cõicare nõ vult. Scisma siquidẽ grecũ est nomen qḋ latine scissurã sonat: vt dicit̃. 24. q. i. c. scisma. Est aũt pctm̃ mortale: q2 cõtrariat̃ charitati ecclesiastice vnitatis. Est aũt differẽtia inter heresim ⁊ scisma: q2 heresis opponit̃ directe ⁊ p se fidei. vt dic̃ Tho. 2. 2. q. 29. ⁊ scisma p se opponit̃ ecclesiastice vnitatis charitati. Vñ Hiero. 23. q. i. ca. inter scisma. Inter scisma. ⁊ heresim h arbitror interesse q heresis puersuz dogma hz: scisma aũt ab ecclesia sepat. Cõtra scismaticos dicit̃ i. c. i. de summa tri. ⁊ fide catho. Vna est fideliũ vniuersalis ecclesia extra quã nullus oĩo saluat̃. Et. 24. q. i. ca. loqt̃. Cyprianꝰ ait. Loquit̃ dñs ad Petrũ. Ego dico tibi q2 tu es Petrꝰ ⁊ sup hãc petrã edificabo ecclesiã meã. Sup vnũ edificat ecclesiã. Et q̃uis apostolis oĩbꝰ post resurrectionẽ suã parez potestatẽ tribuat ⁊ dicat. Sicut misit me pr̃ ⁊ ego mitto vos. Accipite spiritũ sanctũ: tamẽ vt vnitatẽ manifestaret vnitatis eiusdẽ originez ab vno incipientẽ sua auctoritate disposuit Ad idẽ ẽ. c. alienus. c. oĩbꝰ. c. quoniã vetus. pfata cã ⁊ q̃stione. Sed hic orit̃ vnũ dubium. Quid cũ duo vel plures sunt in ecclesia gerẽtes se ꝓ papa ⁊ qlibet hoꝝ hz suã seq̃lã. Quis coꝝ dicet̃ scismaticus cũ suis sequacibus. Rñdeo: aut cõstat aut cõiter tenet̃ q qlz coꝝ intrusus ẽ. i. nõ canonice electꝰ. Aut cõstat vnũ coruz canonice ⁊ rite electũ: videlicet a duabꝰ ptibus cardinaliũ ⁊ sine violentia: ⁊ postea aliꝰ sup inductus. Aut dubitat̃ qs illoꝝ sit canonice vl' rite electꝰ vnꝰ vel alter. Et i pmo casu nullꝰ eorũ ẽ papa: sz qlz coꝝ ẽ scismaticus cũ his q sciẽter sequunt̃ ipsuz: ⁊ excõicati sunt ipso facto. extra de elect. c. lz. Et de h loquit̃. ca. si duo. 79. di. vbi dr̃. Si duo forte cõtra fas temeritate cõcertãtiũ fuerint ordinati i sũmos põtifices nullũ ex eis futuꝝ sacerdotẽ. i. summũ pontificẽ pmittimꝰ. Sz illũ solũ in sede apostolica pmãsurũ censurus: quẽ ex numero clericoꝝ. i. cardinaliũ noua ordinatõe diuinũ iudiciũ ⁊ vniuersitatis cõsensus elegerint. Nec obstat q h statuit Honoriꝰ augustus: ⁊ ad ipatorẽ nõ spectat statuere aliqd de electionibꝰ ecclesie: sicut nec de rebꝰ alijs ecclesiasticis. vt. 96. di. c. bñ. q2 vt dr̃ in glo. i pfato. c. Si duo. Honoriꝰ fecit illḋ rogatu ecclesie: ⁊ ecclesia approbauit: iõ rõne approbatõis statutũ illud valet q̃ si fecisset ecclesia Quãdo ergo cõstat nullũ coꝝ canonice electũ: vt q2 nõ a cardinalibꝰ: sz ab alijs i quo casu loqtur. c. si qs ex epis. ⁊. c. si qs pecunia. 99. dis. Vel si a cardinalibꝰ: nõ tñ a duabꝰ ptibꝰ cardinaliũ: vt in. c. lz. de electi. q tali adheret vere scismaticus est: ⁊ p cõciliũ ꝓuidendũ eẽt cũ cardinales huiusmodi cẽnt. Alias si ipsi cardinales alium eligerent ille esset verus apostolicus. Et nota q ex hoc q electio pape symoniace facta esset a cardinalibus: dummodo alias rite cessat nõ potest nec tollit quin sit verus papa. Et similiter quãtũcunq3 criminosus ⁊ irregularis esset electus: vt. d. glo. in. c. si qs pecunia In secũdo casu. s. cũ constat vnũ canonice electuz ⁊ postea alius se intrudit: sicut corneliꝰ papa qui Fabiano successit: ⁊ post eum canonice

creatũ

creatū Nouatianus quidā papā se fecit: vt dr̄ 7.q.i.c.sanctus ē.⁊.c.nouatianus. Tūc p̄mꝰ ē verus papa: ⁊ secūdus apostaticus ⁊ scisma ticus cū sequacibꝰ eiꝰ. Sic sub Eugenio 3° fa/ ctū ē scisma tp̄e beati Berñ. Nā ip̄o eugenio rite electo aliꝰ intrusus ē: sꝫ meritis ⁊ labore sā cti Berñ. scisma illud ablatum fuit remanēte Eugenio in apostolica sede. Deinde sub Jo. 22. factum est aliud scisma. Nā cū ipse declara ret fore hereticos qui assererent christum nihil habuisse in cōi ēt mobile: quidam fraticelli nū cupati de opinione: dixerunt ipsuꝫ papā Jo. hereticum cum successoribus ⁊ sequacibus eiꝰ ⁊ fecerunt alium papam Pisis. Greci auteꝫ circa annum domini nongentisimū scisma fa/ cientes in heresim inciderunt de spiritu sancto damnatam de summa trinitate ⁊ fide catholica c.i.li.6. Sed reducti fuere ad ecclesie vnitateꝫ tempore Eugenii quarti. In tertio vero ca su cum dubium est quis hoꝝ duorum sit cano nice electus: puta q2 electio primi dr̄ facta per metum qui cadit in constantem virum: ꝗ̄uis a duobus partibus cardinalium: postmodum ab eis fit electio sine violentia ⁊ metu quocun qꝫ sicut accidit casus circa annos domini .1380. nam mortuo Grego. xi. cardinales debētes ꝓcedere ad electionem successoris: vt dicitur fuerunt a romanis comminati ꝙ occiderētur si non eligerent italicum aliquem. Elegerunt igitur archiepiscopum barensem qui tunc erat rome: exprimentes ei ꝙ eligebant eum ad vi/ tandum periculum se fingebant eligere. Ele/ cto ergo ille qui vrbanus .6. dictus est: ille vt fertur dixit: ꝙ si volebant eum eligere volun/ tarie eligerent quia intendebat esse papa. Pu blicato igitur Vrbano papa ⁊ a cardinalibus ipsis adorato ⁊ consecrato de consensu eoruꝫ ac principibus christianitatis: ac per eos signi ficato ꝙ canonice esset electus: inde ad aliquot menses ipsi recesserunt ab eo: ⁊ fugientes ad ciuitatem fundensem q̄ est in principio regni: ibi elegerunt alium qui dictus est Clemēs .6. qui transtulit curiam suam in Auinione. illū/ qꝫ venerata est pro papa tota frācia ⁊ hispania ⁊ cathalonia. Alteri vo. s. vrbano adhesit ita lia alemania ⁊ vngaria: perseuerauitqꝫ h̄ pes/ simū scisma vltra .30. annos. Cū ergo h̄ esset dubiuꝫ ex ignorantia facti: q2 exceptis cardina libus ⁊ paucis aliis tunc p̄ntibꝰ: ceteri scire n̄ poterāt si talia sic processerunt vel aliter cuꝫ di uersi diuersimode referrent: ⁊ partim etiam

ignorantia iuris: q2 dubium erat apud perit[is] simos: vtruꝫ fuerit talis metus qui cadere pos set in constantem viꝝ vel non: vel ēt q2 pꝰ ele ctionem habuerunt tempus ad recedendum: ⁊ non fecerunt: imo p̄ signa expressa ostēderūt voluntarie ⁊ libere factam electionē. In illo ḡ scismate illi proprie erant scismatici: qui scien/ tes factum ꝯ̄ iura vel contra cōsciam faciebant ducti amore vel odio vel cupiditate vel ambiti one. Alii vero excusabantur ēt adherēdo ei q non erat verus papa: quem inde ipsi credebāt verum. Et quāuis vna pars excōicaret alterā tñ qui simpliciter inherebāt excusari videban/ tur. Durante vero illo scismate post Vrbanū: successit ex altera parte Bonifacius nonus. Bonifacio successit Inno. 6. Inno. Greg. 12. ex alia parte Clementi successit Benedictꝰ 12. Sub his aūt. s. Grego. 12. ex vna parte: ⁊ Benedicto ex altera factum ē aliud scisma an/ no dñi .1410. Nam recedentibus cardinalibꝰ ab vtroqꝫ papa: ⁊ conuenientibus Pisis cō cilium celebrantibus depositis illis duobꝰ. s. Greg. ⁊ bene. sub eadem videlicet ratione: q2 dicebantur scandalizare facto suo publico totā ecclesiam: cum non vellent conuenire insimul in aliquo vno loco vt promiserāt ⁊ iurauerāt: demū creatus est Pisis Alexander papa qui fuit Petrus de candia ordinis minorum: cui successit Jo. 23. bononie electus. Et cuꝫ pene omnes reges ⁊ p̄cipes christianitatis dimis sis Greg. ⁊ Bene. obediētiā dedissent Ale xandro ⁊ successori suo: tñ adhuc maximū du/ bium erat vtruꝫ cā ꝑ quā creatus fuit Alex. videlꝫ. q2 Greg. ⁊ Bene. scādalizabāt ecclesi am eēt v̄a: nihilominꝰ ex q̄cūqꝫ triū ꝑtiū crede bat simpliciter suum verū papā: ⁊ nō alios mo tus conscie dictamine: paratus ēt adherere al teri si hoc sibi constaret excusatus creditur a vi tio scismatis ⁊ sententiis eius: cuius signum ē ꝙ in qualibet obedientia erant multi peritissi mi ⁊ sancti viri. nam sub Vrbano ⁊ Bonifa cio fuit sancta Brigida ⁊ sancta chaterina de senis. Sub Clemente ⁊ benedicto ex alia par te fuit beatus Petrus de lucimburgo clarus miraculis. Sub benedicto etiam fuit sanctus Vincentius de ordine predicatorum. Tandē congregato concilio constantie: Greg. prefa/ tus sponte renunciauit per Carolum de mala testis suum in hoc procuratorem. Jo. 23. fu/ gam arripuit: sed captus per imperatorē redi it: ⁊ tandem depositus fuit. Benedictus etiā

q nec venire nec mittere voluit: depositꝰ fuit: vbi creatus fuit dn̄s Oldo de columna cardina-lis qui fuit Martinus papa. 5. Secunda est discordia ciuilis partialitatis: quādo ciues relicto amore cōmunis boni: cōuertentesqꝫ omnia ad ꝓpriū cōmodū discordant ad inuicem. Nā vt inqt Ar. 2. politi. Ciuilitas quedaꝫ cōmunicatio est. Et ibidē. Politica est ordo quidaꝫ inhabitantiū ciuitatē. Quādo ergo ciues nō reguntur ſm ordinē nec sunt cōcatiui: ad dissensiones veniunt. Tales sunt hodie quasi in omnibꝰ ciuitatibus italie tyrāni qdā de qbꝰ dici pōt q̄ sapiens ait ꝓuer. 29. Omnes homines pestilentes dissipant ciuitatē. Et vt ideꝫ ait. xi. c. In benedictione iustoꝝ exaltabitur ciuitas: ⁊ ore impiorum subuertetur. Impij eqdem ⁊ partiales nō reipublice: sed proprie vtilitati semꝑ inuigilant. Contra quos ait. Cassiodorus li. 3. epistolaꝝ. Nobilissimi ciuis est patrie sue augmenta cogitare. Et Tullius in primo de officijs. Omnino q reipublice presunt seruent duo precepta Platonis. Vnuꝫ vt vtilitatem ciuiū sic tueantur vt quecunqꝫ agūt ad eaꝫ referāt obliti cōmodoꝝ suoꝝ. Alteruꝫ vt totum corpus reipublice curent ne dum partem aliquā tueantur reliquas deserant. Vt eniꝫ tutela sic procuratio reipublice ad eorum vtilitatē qui commissi sunt: nō ad eorum quibus cōmissa est: gerenda est. Qui autē parti ciuiū consulunt partem negligunt: rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt seditionē atqꝫ discordiā Hinc apud athenienses magne discordie orte ⁊ in nostra republica non soluꝫ seditiones: sed etiam pestifera bella ciuilia: que grauis ⁊ fortis ciuis in republica dignus principatu fugiet atqꝫ oderit: tradetqꝫ se totū reipublice: neqꝫ opes aut potentiā cōsectabitur: totāqꝫ eā sic tuebitur: vt omnibus consulat nec nō criminibus falsis in odiuꝫ aut inuidiā vocabit: omninoqꝫ ita iusticie honestatiqꝫ adherescet: vt ea ꝯseruet q̄uis grauiter offendat: mortēqꝫ appetat potius q̄ꝫ deserat illa q̄ dixi. Miseria oīno ē ambitio honorūqꝫ cōtentio: de qua preclare ē apd̓ eūdē Platonē. hec ille. Nā ⁊ antiqui romani etiā ꝑꝑ rempublicā domesticas iniurias dissimulabāt. Vn̄ Valerius ma. li. 4. rubrica de moderatōe. Stagippꝰ teciates hortantibꝰ amicis: vt grauē i administratōe reipublice ⁊ emuluꝫ sibi vehementer aduersariū: sed alioquin ꝓbuꝫ ⁊ ornatum viruꝫ qualꝫ rōne vel tolleret vel submoueret: negauit se facturū ne quē in tutelam patrie bonuꝫ ciuis locū obtineret malus ⁊ improbus occuparet: seqꝫ vehementi aduersario vrgeri q̄ꝫ patriā egregio aduocato carere ꝑ optauit. In eodē libro Valeriꝰ rubrica. Qui ex inimicis iuncti sunt amicitia: aliud refert exē pluꝫ. Emilius inquit lepidus bis consul ⁊ pōtifex maximus splendoreqꝫ hoꝝ par vite grauitate diutinas inimicitias cū Fuluio flacco eiusdeꝫ amplitudinis viro gessit: quas simu ut cē sores renunciati sunt in campo deposuit existimans eos nō oportere priuatis inimicitijs dissidere: qui publice summa iuncti essent ꝑtāte. O dānosum virus in ciuibus italie a diabolo disseminatū. Iā iā vbiqꝫ ꝑtialitates abundant propter quas omne bonū publicū penitus destructū est ⁊ euersum: omnisqꝫ iusticia cōculcata ⁊ abiecta. Tertia est discordia importabilis societatis eorum qui insimul cōueniūt aut in vna domo aut in vicinia aut in religione aut in aula principis aut in quocunqꝫ collegio qui discordant: nec vnus aliū recto oculo respicere vident: eo q̄ nesciunt seruare regulaꝫ Pauli dicentis ad Eph. 4. Cū omni hūilitate ⁊ mā-suetudine cū patientia supportantes inuiceꝫ in charitate solliciti seruare vnitatē spiritus i vinculo pacis. O infelix tꝑis hmōi conditio in q̄ ad modicū tollerare socius nescit sociuꝫ: frater fratrem: ꝓximus ꝓximū suum. Vix domꝰ reperitur in qua nō regnet diabolus discordie: vix etiā vt sic dicam aliqua cōgregatio eoꝝ qui vocanť iusti. Vbiqꝫ secte vbiqꝫ dissensiones vbiqꝫ voluntatū ⁊ aīoꝝ cōtrarietates. O quātos decipit ꝑsumptio ꝓꝑria ⁊ suiꝑꝰ elata opinio: qui dū suas discordias imo ⁊ odia ignita cōsiderāt formā sibi cōsciētiā: dicūtqꝫ zelo ⁊ charitate odire ad discordare. Taceo qd̓ scio qd̓ vidi quodue quotidie de multis q sancti reputantur expior. Vnū dico q̄ vbi cōcordia nō ē: nō habitat ipse xp̄s. Dixit. n. Math. 18. Vbi fuerint duo vel tres cōgregati in nomine meo: in medio eorū sum. Et Ecc. 25. sapiens notabiliter est locutus. In tribꝰ inquit beneplacitū est spiritui meo que sunt grata corā deo ⁊ hominibus. Cōcordia fratrum: amor proximorū: vir ⁊ vxor bene sibi consentientes.

Qd̓ discordia offendit omne bonuꝫ hominis: spirituale. s. corporale ⁊ tpale. Cap. 5.

Ertiū mysteriū declarādū de discordia dr̄ offensio. Offendit nāqꝫ discordia tria desiderāda bona. Primum bonū spirituale. Secūdū bonū corporale. Tertium

tium bonū temporale. Primū bonū quod offendit discordia dicitur spirituale bonū. s. anime: nā nullū est peccatū adeo graue qd discordantibus nō fiat facile. Ex illa siquidē, puenerunt ire: rixe: odia: inimicitie: et lites: cōtentiones: mendacia: periuria: blasphemie: homicidia: obstinationes: et cōtemptus sacramentorum ecclesie. Propter illā pleriqꝫ p annos et ānos nec confiteri nec cōmunicari curant. Propterea figurata est discordia p bestiam de q̄ Ioh. Apo. 13. ait. Vidi de mari. i. de amaro corde discordātiū: bestiā ascendentē. i. discordiā habentē capita septē. i. septē capitalia vitia: et cornua decē. i. transgressionē decē pceptorum: et super cornua eius diademata decē. i. gloriaꝫ de malo: quoniā discordātes et ptiales letantur in malis suis. Secundū bonum qd offendit discordia dicit corporale. Facit namqꝫ discordia cor discordātiū triste. Et vt dicit, pūer. 17. Animus gaudens etatē floridā facit. Spiritus tristis exsiccat ossa. Et Ecc. 30. Iocūditas cordis hec ē vita hoīs: et iterum ibi. Ante tps senectam adducit cogitatus. Tertiū bonuꝫ qd offendit discordia dicit tpale. Vt eniꝫ Salustius ait i iugurtino. Cōcordia pue res crescunt: discordia maxime dilabunt. Et Tulli⁹ d amicitia. Que dom⁹ tā stabilis q̄ ciuitas tā firma q̄ nō odijs et dissidijs fundit⁹ possit euerti. Patet h p expiētiaꝫ i romane reipublice desolatōe. Cur distructa: cur desoluta: cur ad nihilū deducta romanorum gloria atqꝫ potentia. Fatua certe falsaqꝫ fuit opinio eorum q dixerūt romā defecisse eo q ibi acceptat⁹ sit cultus xpi: ob qd indignati ipsorum dij ciuitatē ipsam odio graui sunt psecuti. Et hꝫ Aug. satis copiose cōtra sic dicentes disputet in li. de ci. dei. Tamē nō desunt poete et historiographi q dicūt romanorum regnū āplissimū fore depditū, pptr ciuilia bella. Praeterea Lucan⁹ in pncipio primi sui libri sic ait. Bella p ematbios plusqꝫ ciuilia campos. Iusqꝫ datū sceleri canim⁹ populūqꝫ potentē. In sua victrici cōuersum viscera dextra. Cognatasqꝫ acies et rupto federe regni. Certatuꝫ totis cōcussi virib⁹ orbis. In cōe nefas i festis obuia signis. Signa pares aqlas et pila minātia pilis. Quis furor o ciues q̄ tāta licētia ferri Gentib⁹ inuisis latiū pbere cruorē. Cūqꝫ superba foret babylon spoliāda tropheis. Ausonijs vmbraqꝫ erraret crassus inulta. Bella geri placuit nullos habitura triūphos. Heu q̄tuꝫ terre potuit pelagiqꝫ parari. Hoc quē ciuiles hasuerunt sanguine dextre. Unde venit titā: et nos vbi sidera fundit. Quaqꝫ dies medius flagrātib⁹ estuant horis. Et q̄ bruma rigēs et nescia vere remitti. Astringit scythicū glaciali frigore pontū. Sub iuga iaꝫ seres iā barbar⁹ isset araxes. Et in. 2. li. ait. Sūmuꝫ brute nephas ciuilia bella fatemur. Quāti igit cōsiderat romane vrbis interitū de qua dicitur. Roma quāta fuit ipsa ruina docet. Facile cognoscere poterit quāta sit discordie vis ad nocenduꝫ ad perdēdū ad destruēdū: et annihilādū omne regnū. Sꝫ adhuc nobis se offerūt exēpla tot florentissimarum ciuitatū italie: in qb⁹ vident palatiorum ruine desolationes viarum et platearum: pauci tas pplorum et pristine dignitatis ac felicitatis antique oīmoda diminutio. O Bononia studiorum mater. o Ianua regina maris. o Parma o Esculū. o Placētia. o Assisiū. o Viterbiuꝫ O alie ciuitates et terre q̄ discordijs et ptialitatibus locū dedistis. Vbi est gloria vra: vbi populi multitudo: vbi antique diuitie. O discordia maligna. o discordia detestāda. Propter illā nepe ciuis insurrexit in ciuē: frater i fratrē amicus in amicū: et platee ciuitatū humāo sanguine sunt madefacte: atqꝫ, in dies ciuitatū cōditōes deteriorate ex eo q omne regnū vt dicitur est in principio in se ipsum diuisum desolabit a qua desolatione liberet nos xps iesus dei filius qui cū patre et spiritu sancto viuit et regnat per infinita secula seculorum. Amen.

Feria secunda tertie hebdomade in quadragesima: de diuitijs a quarum cupiditate: amoreqꝫ inordinato retrahendi sunt penitentes q cupiunt eternas et celestes diuitias possidere.

Sermo. .40.

Iecerunt illum extra ciuitatem. Scribuntur hec verba originaliter. Luc. 4. ca. et in euangelio hodierno. Horribile satis est audire q nazareni eiecerunt christum foras materialem ciuitatem: sed multo magis detestabile est q christiani ipsum de suo corde repellant. Et licet multa sint vitia atqꝫ peccata propter que christus a multis contemnitur: verūtamen vnum est satis generale auaricia. s. propter quā pauci sunt hodie qui christum velint habere. Vt eniꝫ dicit Hiere. 2. ca. A maiore vsqꝫ ad minorē omnes student auaricie: et a propheta vsqꝫ ad sacerdotem cuncti faci-

unt dolum. Est autem auaricia immoderatus amor pecunie: vt dicit Aug. ꝑ pecuniā intel/ ligendo quecūqꝫ tꝑalia bona que possideri pos sunt. Nam. i. q. 3. c. totum. dicit. Totum quic quid homines habent in terra: omnia quorū domini sūt pecūia ē. Propterea vt homines ad veram pniam per diuitiarum cōtemptum proueniāt i pñti i sermōe d diuitiis erimꝰ lo- quturi: i quo tria mysteria erūt declaranda

Primū dr damnatio.
Secundum conditio.
Tertium malignatio.

Q d amor inordinatus diuitiarū reprehendit ⁊ damnat vbo ⁊ exemplo tā a scis qꝫ a philo/ sophis moralibus. Capitulum. .i.

Rimū mysteriū declarādū de diuitiis dr dānatio. Dānat siquidē non solū a scis: verū etiā gētilibꝰ ⁊ moralibꝰ philosophis. Et vt clarius hēat qritur vtrū diuites diuitias hñtes aut hre volētes possint eternā salutē acq rere Et q nō arguitur. Primo ꝑ testionia scārum scripturarum. Deide ꝑ dicta ⁊ exēpla philosophoꝝ. Ingt sapiēs Ecc. 5. c. Si diues fueris nō eris imunis a delicto. Et puer. 28. Qui festinat ditari ñ erit inocens. Et Dauid ps. 33. Diuites eguerūt ⁊ esurierūt. Et. 1. Thi. 6. Qui volūt diuites fieri icidūt i tēptationē ⁊ lāqueos diaboli ⁊ desideria mlta stulta ⁊ noxia q̄ dmergūt hoies i iteritū ⁊ ꝑditōꝫ. Et Iac. 6. c. Agite nūc diuites plorate vlulātes i miseriis vestris q̄ aduenient vobis. Diuitie vestre pu/ trefacte sūt: ⁊ vestimēta vestra tineis cōesta sūt. Aurū ⁊ argentū vestrū erugiauit: ⁊ erugo eoꝝ i testimonium vobis erit ⁊ manducabit carnes vestras sicut ignis. Et Agu. in. li. 83. q. Eha ritatis venenū ē spes adipiscēdoꝝ. E Hier. ad Eustochiū. Diuinis euāgeliū vocibus in/ toriat. Nēo pōt duobꝰ dñis seruire. Et audeat qsquā xp̄ꝫ mēdacē facere do ⁊ mānone fuien do. Vociferat ille sepe. Qui vult venire post me abneget semetipsū ⁊ tollat crucē suaꝫ ⁊ seqt me. Et ego onustꝰ auro arbitror me xp̄ꝫ seq. ⁊ idē ad Iulianū ait. Diuitē purpuratū gehē ne suscepit flāma. Lazarus pauꝑ plenꝰ vlceri bus carnes putridas lābebāt canes: ⁊ vix de micis mēse diuitis miserā sustinebat aiam: in sinu Abrahe recipit: ⁊ tanto patriarcha parēte letat. Difficille imo impossibile est vt pñtibus qs ⁊ futuris fruat bonis: ⁊ hic vētrē. ⁊ illic mē tē ipleat: vt d diuitiis trāseat ad diuitias: vt in vtroqꝫ seculo primꝰ sit: vt ⁊ i celo ⁊ in terra ap pareat gloriosus. hec ille. Et scūs scōrū xp̄s Luc. 6. c. ait. Veh vobis diuitibus q hētis cō solationē vestrā. et idē Math. 5. Beati iquit pauperes spū qm̄ ipsoꝝ est regnum celoꝝ. Et Math. 16. Facilꝰ est camelū itrare ꝑ foramen acꝰ: qꝫ diuitem itrare i regnū celoꝝ. Genitrix vo eiꝰ vgo scissima. Lu. 2. c. sic cecinit. Esu rientes ipleuit bōis ⁊ diuites dimisit innanes. Satis ēt dānabiles fore diuitias xp̄s ⁊ sci exē plo pariter ⁊ ope demōstrarūt. Pauꝑ siqdeꝫ xp̄s ex paupere mrē natus vsqꝫ ad patibulum crucis pauꝑeꝫ vitā duxit. Vñ Ber. i fmone quodā ait. O iuꝫ bonoꝝ eterna i celis affluētia suppetebat: sed pauꝑtas non iueniebat in eis Hāc itaqꝫ dei filius cōcupiscēs descēdit vt eā sibi assumeret ⁊ sua estimatione illā faceret pre ciosā. De pauꝑtate aūt xp̄i dixi i fmone de na tiuitate. Pauperes adhuc ipse voluit eē aplos suos: ꝓ quibus dicit Crisogo. sup Math. Si bonū eēt aurū h vtiqꝫ dedissꝫ aplis xp̄s: q eis ineffabilia cōtulit bona. Nūc aūt nō solū nō de dit sꝫ etiā hre prohibuit. Vñ ⁊ Petrꝰ i pau/ ꝑtate gloriat dicēs. Aurū ⁊ argentū nō ē mi/ hi. Phi insuꝑ atqꝫ gētiles suo modo dānabi/ les ⁊ ꝑiculosas eē ꝑdicāt diuitias tꝑales: ⁊ illas fatētur noxias. Vñ Tulliꝰ in p de officiis ait. Pecunie fugiēda cupiditas ē. Nihil ē eni tā angusti animi tāqꝫ ꝑui qꝫ amat diuitias. nihil honestiꝰ magnificentiusqꝫ qꝫ pecuniā cōtēnere. Et Seneca ad Lucillū. Aude hospes ꝯtēnere opes: ⁊ te quoqꝫ dignū finge do. Nemo alius est deo dignor qꝫ q opes ꝯtēp sit. Et idē i libro de trāquillitate animi iducit exēplum de verba Zenonis. zeno iquit noster cū omnia sua audis set submersa. Iubet me dixit fortuna expedi/ tius philosophari. Et Valeriꝰ maximꝰ d Ana xagora dixit: q cū pꝰ lōgā ꝑegrinationē rediis set in patriā: oiaqꝫ sua dissipata vidisset retulit. Nō eēꝫ ego saluꝰ nisi ista ꝑiisset. Et d Crate thebano dicit Hier. ad Paulinū. Et ponitur 12. q. 2. c. glia epi. Crates ille thebanꝰ hō quō dā ditissimꝰ cū ad phādū athenas ꝑgeret ma/ gnū auri Pōdus abiecit: nec putauit se posse ⁊ virtutes simul ⁊ diuitias possidere. Et con tra Iouinianum idem sic loquitur. Leguntur plurimi philosophorum diuitias non tantum contempsisse: sed etiam abiecisse: quasi impe/ dimentū sapiētie ⁊ virtutis. Fecit h Socrates quem omniū phoꝝ secte tanqꝫ sapientie ⁊ vir tutis vnicū fontem venerantur. Et Lact. li. i. di. isti. ait. Nā ⁊ abiecisse quosdā res familia res suas

reſ suas renunciaſſe vniuerſis voluptatibus
cōſtat vt ſolā nudāq; vtutē nudi expeditiq; ſe
quererent. Cōcludimus ergo ꝑ oia dicta ꝙ di/
uites cū quibus virtutes ſtare nō poſſūt eternā
ſalutē nō hēbūt. Sʒ ꝯ obiici pōt. Dicit̃ enim
ꝓuer. 13. redemptio aie viri diuitie ꝓprie. Et
ꝓuer. 27. Propter inopiā multi deliquerūt.
Et Saluſtius in catilinario. Semꝑ in ciuita
tate qbus opes nulle ſunt bonis inuident: ma/
los extollūt: vetera odere: noua exoptāt: odio
ſuaꝝ reꝝ mutari oia ſtudēt. Et Ar. 4. Ethi.
Diuitie ſunt vtiliū. Et. 2. rheto. Vnū aliquid
neceſſarioꝝ ē ſubſtātia. Et idē. O is indigētia
mala eſt. Et. 1. politice. Res poſſeſſa organuʒ
eſt ad vitā. Et. 2. politice. Confert multitudo
ſubſtātie. Et in euangelio Luc. 19. de Zacheo
diuite ⁊ ꝑncipe publicanoꝝ xp̄s dixit. Hodie
huic domui ſalus a deo facta eſt. Et Math. 8.
c. Centurionē ſub ſe milites habētē nō dāna/
uit: ſʒ potius approbauit fidē eius. d. Nō iue
ni tātā fidē in iſrael. Rūdeo ad hāc q̃ſtionē ꝙ
diuitie poſſunt haberi cū peccato: ⁊ abſq; pctō.
Cū pctō habent̃ triplici rōne. Prima dicit̃ in
ordinate affectionis. Secunda impie iniuſtifi/
cationis. Tertia indebite diſpenſatōis. Pri/
ma rō q̃re dānabiles ſunt diuitie dicit̃ inordi/
nate affectiōis: cū qs ad illas inordinate afficit̃
cōſtituens in eis beatitudinis finē. Et ſic itelli
gunt̃ oēs auctoritates q̄ videntur cōcludere ꝙ
diuites ſaluari non poſſunt. ſ. qū diuitias dili/
gunt tāq̄ʒ ſummū bonū ꝑuipendentes deum.
Vnde in p̄s. Diuitie ſi affluant nolite cor ap/
ponere. Et Seneca ad Lucillū. Diuitiaꝝ tibi
poſſeſſionē nō interdico: ſed efficere volo vt il/
las intrepide poſſideas. Quod vno cōſeq̄ris
mō ſi te etiā ſine illis beate victuꝝ pſuaſeris tibi
ꝓpterea Aug. li. 1. de ci. dei. c. 10. ait. Cū apo/
ſtolus dicit. Qui volūt diuites fieri incidūt in
tēptationē ⁊c. ꝑfecto in diuitijs cupiditatē re/
prehēdit: nō facultatē: quā p̄cipit alibi dicens.
P̄cipe diuitibꝰ huiꝰ mūdi nō ſuꝑbe ſaꝑe neq;
ſperare in incerto diuitiaꝝ: ſed i deo viuo qui p̄
ſtat nobis oia abundāter ad fruēdū. Et Hie.
ad Saluinā de Nebridio ⁊ viduitate. Nec di/
uiti obſunt opes ſi eis bn̄ vtat̃: nec pauperem
egeſtas cōmendabiliorē facit ſi inter ſordes ⁊
inopiā peccata nō caueat. Vtrūq; nobis teſti/
moniū ⁊ Abrahā patriarcha ⁊ quottidiana exē
pla ſuppeditāt quoꝝ alter i ſūmis diuitijs ami/
cus dei fuit. Alij quottidie in ſceleribus depre
henſi penas legibus ſoluunt. De Abrahā in/
ſuꝑ idē ad Pamachiū ita ſcribit. Diues erat
Abrahā auro argēto pecore poſſeſſione: multā
q; familiā habebat ita vt ad ſubitū nunciū arma
re poſſet exercitū iuuenibus electis. Et q̄ttuor
reges qui fugerant in Helan ſecutus occide
rat: tū̃ poſt crebrum hoſpitalitatis officiuʒ dū
homines non recuſat ſuſcipere meruit deum.
hec ille. Damnatur ergo non diuitiarum poſ/
ſeſſio: ſed illarum nimius ſuperfluuſq; amor.
Sunt aūt hec amoris vitioſi tria principalia ſi
gna. Primum cū quis ſine rerum indigē
tia plus debito i diuitiis acquirendis ſe occu/
pat ⁊ affligit. De quo dicitur. Eccleſiaſtes. 4.
c. Vnus ē ⁊ ſecūdū nō hʒ: nō fratrē non filiū
⁊ tamen laborare non ceſſat nec ſatiantur ocu
li eius diuitiis: nec recogitat. d. Cui laboro ⁊
fraudo animam meā bonis. In hoc quoq; va
nitas eſt ⁊ afflictio peſſima. Secundū ſignuʒ
ꝙ quis inordinate diligit diuitias eſt cum illaſ
quibus ipſe non egit pp deum pauperibus di
ſpēſare recuſat. Et de hoc diffuſius loquemur
in ſermone de elemoſyna. Tertiū ſignuʒ ē
cum quis ſe diuitiarum ſeruum facit. Nā ſūt
nonnulli qui diuitias etiam ad proprium cō/
modū neceſſitate vrgēte exponere nolūt. No
ui ⁊ ego Joh. fuſco venerabil' eccl'ie ſcē Marie
maioris de vrbe canonicū ditiſſimuʒ q̄ʒplura
beneficia habenteʒ: eratq; ei ſubſtantia multa:
abundabat vino frumēto armentis ⁊ pecunijs
Remanſerant etiā ei argentea vaſcula idumē
ta pāni libri ⁊ alia plurima bōa quōdā fratris
eius cardinalis ſancti Marci. Ipſe tū̃ miſer
⁊ miſerior ceteris: auaricia victus panē ⁊ aquā
ſepius comedebat. Mulam cui inſedebat ne
famulū precio detineret ipſe ſolus gubernabat
ad dormiendū ſine lumine accedebat: calciatꝰ
incultum lectū intrabat. Dum infirmabat̃ vix
poſt multos dies cuʒ mori iam temere incipe/
ret medicum aduocabat. Veſtēs antiquas et
laceratas deferebat: nec caloribus aut frigore
a labore poterat detineri: pro vno denario
pauperes ſuffocabat. Semper diſcurrebat
ſemper circuibat anxius ⁊ ſitibundus ad the/
ſaurizandum. Crudelis aliis crudelior ſibi ini
miciſſimus deo. O reprobanda conditio. o fe
ralis natura. o deniq; reprehenſibile malum:
amare plus diuitias q̄ʒ deum q̄ʒ proximuʒ q̄ʒ
propriam animam: q̄ʒ etiā ⁊ corporalem vitā.
Propterea Seneca in li. de beata vita ait. Di
uitie apud ſapientem virum in ſeruitute ſunt:
apud ſtultum in imperio. Secunda rō q̃re

dãnabiles sũt diuitie dicit ipie iiustificatiõis.
qñ aũt iniuste acquirũtur: aut iniuste possident
Tertia rõ dicitur indebite dispẽsationis: qñ
dispensantur aut his qb⁹ dispensari nõ debent
⁊ de hoc dicem⁹ i sermone de elemosyna. aut
qñ expẽdũtur ꝓdigaliter in his i qbus expẽdi
nõ debẽt vt in sup̄fluis edificiis cõuiuiis ⁊ in
dumentis ⁊ silib⁹. Absq̃ pectõ hñtur diuitie
cũ retinẽtur in vsum: nec ꝑꝑ illas offẽdit deus
aut ꝓxim⁹: s; hñtur aut per iusta lucra acq̃site:
aut p̄ hereditariã successionẽ: illisq̃ hõ vtitur
moderate nõ cõstituẽdo in eis finem vltimu;.

Quod diuitie affligũt eos q illas imodera
te amãt labore timore atq̃ dolore: q̃re potius
sunt contẽdẽde q̃ diligẽde. Capitu. .2.

Ecũdũ mysteriũ de diuitiis declarãdũ
dr cõditio. Repiuntur siquidẽ in diui
tiis cũ plus debito diligũtur tres pessi
me conditiones. Prima dr laboris. Scda dr
timoris. Tertia dr doloris. Prima cõditio
dr laboris. Affligũt. n. diuitie se diligẽtes tri/
plici labore. Prim⁹ dr mẽtalis. Scds corpo
ralis. Tertius cõsciẽtialis. Primus dr la
bor mẽtalis: qr mẽs co⁊ qui diuitias amant:
nũq̃ põt eẽ quieta: eo q cũ in diuitiis facietatẽ
querãt illã in eis nũq̃ inueniunt. Propterea
dicit sapiẽs Ecclesiastes. 5. Auarus nõ iplebi
tur pecunia. Et Hiero. ad Demetriadẽ vir/
ginẽ. Diuitiarũ amor insatiabilis ẽ. Et Am/
bro. 47. di. c. sicut hi. Nec facietas vnq̃ nec
finis adheret cupiditati. Et boetius in. 2. Si
quãtas rapidis flatib⁹ icitus põtus versat are
nas. Aut quot stelliferis edita noctibus celo si
dera fulgent. Tãtas fundat opes nec retrahat
manum pleno copia cornu. Humanum mise
ras haud ideo genus cessat flere querelas. Et
Seneca ad Lucillũ Vidisti aliqñ canẽ missa a
dño frusta panis aut carnis apto ore captãte;.
Quicqd excipit ꝓtinus itegr⁊ deuorat ⁊ ad spẽ
venturi hiat. Idẽ euenit nobis qcqd expectan
tib⁹ fortuna ꝓicit id sine vlla voluptate dimit
tim⁹ statĩ; ad rapinã alterius attoniti ⁊ erecti.
Et idẽ ad eũdẽ. Cõgerãtur i te qcqd multi lo
cupletes possidẽt: ⁊ vltra priuatũ pecunie mo
dum fortuna te prouehat: auro tegat: purpura
vestiat: ⁊ ad hoc modus deliciarum ⁊ opu; te
perducat: vt terram marmoribus abscondas:
non tñ habere sed calcare diuitias liceat. Ac/
cedant statue ⁊ picture: ⁊ quicquid ars vlla lu/
xurie elaborauerit maiora cupere ab his disces
Naturalia enim desideria infinita sunt ⁊ falsa
opinione nascentia: vbi desinãt non habent
Et Iuuenalis. Crescit amor nummi: quan/
tum ipsa pecunia crescit. Quid igitur prodest
ei qui multas habet diuitias si non quiescat vt
contentatur. Inquit enim Cicero in parado/
xis. Contentu; esse suis pactus maxime sunt
certissimeq̃ diuitie. propterea magis diues ẽ
qui scit cõtentari in paucis q̃ qui in multis sp
animo angustiantur ⁊ eget. Vnde seneca ad
Lucillum. Breuissima ad diuitias per contẽ
ptum diuitiarum via est. Et iterum ad eũde;
Qui cum paupertate bene conuenit diues est.
Et iterum ibi de contentu pecunie multa dicũ
tur ⁊ longissimis orationibus hoc precipitur
vt homines in animo non in patrimonio pu/
tent eẽ diuitias: cumq̃ locuplete; esse q paup
tati sue coaptatus est. Et iterum ibi. Quid mi
raris: quid stupes: pompa est. Ostenduntur
iste res non possidentur. Ad veras potius cõ
uerte diuitias. Disce paruo esse cõtentus ⁊ il
lam vocem magnus atq̃ animosus exclama.
Habeamus aquam habeamus polentam.

Secundus labor quo diuitie se diligentes
affligunt est corporalis. Propterea ait Orati
us. Impiger extremos mercator currit ad in
dos. Per mare pauperiẽ fugiens per saxa per
ignes. Et sapiẽs Ecclesiastes. 2. c. Cuncti di
es eius pleni sunt laboribus ⁊ erũnis. Ter
tius labor dicitur conscientialis: de quo Au/
gustinus in sermone de innocentibus. Lucrũ
inquit in archa: damnu; in conscientia. Quis
nam quot peccatis oneratur auarorum consci
entia misera. Ob cupiditatem namq̃ fiunt ra
pine furta symonie violentie depredatões vsu
re fraudes proditiones iniustitie: ⁊ vt sic dicã
omnia mala atq̃ facinora. Vnde Virgilius i
i. Eneidos ait. Quid non mortalia pectora co
gis auri sacra fames. quasi dicat. ad omnia ma
la. O voratrix animarum auaricia. o ardens
ignis cupiditatis. O pestiferum venenum sa
lutis. Magna siquidem incredibilisq̃ multi/
tudo gentium propter auaritiam demergitur
in infernum. Secunda conditio pessima di
uitiarum dicitur timoris. Cruciant nempe se
diligentes timore continuo. Nam qui nimis
ad diuitias afficitur semper est pauidus: ti/
met inimicos: non minus formidat amicos:
non confidit in vxore: non i filiis nec in fortis
simis seris. Abscondit sepe aut in terra aut in
ter muros p̄ timore pecunias. Terretur ad so
nitum venti: ad motum fenestre: ad saltu; mu

ris ſuſpicando ſemper omnia latrones eē. In itineribus ei arborum vmbre terrorem incu/tiunt: ⁊ vbiqꝫ ſemper viuit ſuſpectꝰ. Propte/rea exclamat Boetius in. 2. de conſolatiōe di cens. O preclara opū mortalium beatitudo: quā cū adeptus fueris ſecurus eē deſiſtis. Et Iuuenalis dicebat. Cantabit vacuus coram latrone viator. Propterea beatus franciſcus paupertatem cōplexus latrones non timuit dū irruerūt i eū qn̄ ibat in ꝑncipio cōuerſiōis ſue de Aſſiſio verſus Eugubiū. ꝓpterea de illo dn̄s Bon̄. ſicut dicit i rn̄ſorio. Dum feminu do corpore laudes decātat gallice zelator noue legis latronibꝰ in nemore rn̄det ſic ꝓphetice. Preco ſū magni regis. Audit i niuis frigore ꝓiectus iace ruſtice futurus paſtor gregis.

Tertia conditio diuitiarū dr̄ dolor. Afficiūt nēpe dolore incredibili ſe diligētes cum dimit tuntur aut relinquūtur in morte. Nam morie tes nihil de illis ſecū ferre pn̄t. Vn̄ Dauid in ps̄. Dormierūt ſomnū ſuū: ⁊ nihil inuenerūt oēs viri diuitiarū i manibꝰ ſuis. Et Io. 17. c. Diues cum dormierit nihil ſecum affert: ape/riet oculos ſuos ⁊ nihil inueniet. Appreben/det eum quaſi aqua inopia. Et vt Greg. inqt 5. moraliū. Nūqꝫ ſine dolore perdit qd̄ cum amor poſſidet. Propterea q diuitias eſtimāt ſicut debēt ſi illas aut viuētes ꝑdāt: aut morie tes deſerāt nō cōtriſtātur. Propterea Tulliꝰ in paradoxis ait de Biante penneo. Necnon illum laudo ſepe ſapientem qui nominatur vt opinor iter ſeptē cuius cū priam priēnē cepiſ/ſet hoſtis ceteriqꝫ ita fugerēt vt multa de ſuis rebus ſecum aſportarent: cū eēt admonitus a quodam vt idem ipſe faceret. ego inquit facio. Nam omnia mea mecum porto. Ille hec ludi bria fortune: nec ſua putauit que nos etiāꝫ bo na appellamus.

Quod maligni ſūt diuitiarū amatores eo ꝙ ſubiiciūt ſe terre viliſſime: ⁊ deueniāt a regu la oīs creature: efficiunturqꝫ ſimiles idolatris

Capitulum. .3.

Ertium myſteriū declarandū de diui tiiſ dr̄ malignatio. ē quidē peccati ma lignū diuitias inordinate diligere: qr auaritia ab auri cupiditate nūcupat̄. Grauitaſ aūt eius apparet ex triplici rōne. Primo rō ne ſubiectionis. 2° rōne deordinatiōis. 3° rōe idolatratiōis. Prio apparet grauitas aua ritie rōne ſubiectionis. Vt. n. inquit Tho. 2. 2. q. 118. Omne peccatū ex hoc ipſo ꝙ ē malūꝫ in aliqua corruptiōe ſeu priuatione alicuiꝰ bōi cōſiſtit. Inquātū aūt ē voluntariū conſiſtit in appetitu alicuius boni. Dupliciter ergo ordo peccatorꝝ pōt attēdi. Vnoº ex parte boni qd̄ ꝑ peccatū cōtēnitur vel corrūpitur: qd̄ quāto ma ius ē tanto peccatū grauius eſt. Et ſm̄ h̄ pec/catum qd̄ ē ꝯ deum eſt grauiſſimūꝫ. Alio mō pōt attendi grauitas peccatorū ex pte boni: cui inordinate ſubditur humanus appetitꝰ: quod quanto minus ē ac vilius tanto peccatū deior/mius. Inter oia aūt bona exteriora minimūꝫ ē ⁊ īfimū quod ſpectat ad tp̄ales diuitias. Nā ſi recte cōſideremus quid ſit argētū. quid aurꝝ quid gemme. qd iocalia q̄libet precioſa: qd do mꝰ. quid alta palatia. quid famulorꝝ turba. qd greges. quid armenta. qd deniqꝫ omnia que diuitie vocari ſolent: profecto inueniemus nō aliud eē preter terraꝫ. Terra aūt i ordine crea turarū infimum hꝫ locum atqꝫ viliſſimum eā/qꝫ calcādā deus pedibꝰ hominū dedit. Vnde Hierony. ad Demetriadē virginem ait. In actibus apoſtolorū qn̄ dn̄i nr̄i ieſu xp̄i ſeruebat cruor. ⁊ recens erat i credētibꝰ fides: vēdebāt oēs poſſeſſiones ſuas ⁊ ponebāt precia ad pe des apoſtolorū: vt docerēt pecunias eē calcan das. propter hoc inſuper Seneca ad Lucillūꝫ ait. Nihil natura quo auariciam noſtram irri/taret poſuit in aperto. pedibus aurum calcan/dum ac premendum dedit. ⁊ quicquid eſt pro pter quod calcamur ac premimur. Illa vul/tus noſtros erexit ad ſuperos ⁊ quicquid ma/gnificum mirūqꝫ fecerat videri a ſuſpicientibꝰ voluit ortus occaſuſqꝫ ⁊ properantis mundi volubilem curſum tardos ſiderum inceſſus ſi compares toti citatiſſimos ſi cogites quanta ſpacia nunquam intermiſſa velocitate circuime ant. Alia deinceps digna miratu ſiue per or/dinem ſubeunt: ſiue ſubitis cauſis mota proſi liunt: vt nocturni ignium tractus cali pateſcen tes colūnas ac trabes defectꝰ ſolis ac lune inui cē obſtātiū: hec ſupra nos itura diſpoſuit. Au rum quidē ⁊ argētū q̄ſi male nobis ꝯmitterēt abſcōdit. Nos fortune mala noſtra tradidimꝰ nos in lucē per que pugnaremꝰ extulimꝰ nec erubeſcimꝰ ſumma apud nos haberi: que fue rūt ima terrarum. hec ille. Secundo apparet grauitas auaricie ratione deordinationis. De ordinat ſiquideꝫ auaricia homines vt peiores fiant qualibet alia creatura. Nam vt dicit Au guſtinus. Iudicium maximum diuine bo/nitatis eſt quod quelibet creatura cogitur dare

ſeipſam

scipsum. Auari vero omnia vellent appropiare sibi. Cōtra quoꝝ parcitatē ⁊ crudelitatē ad proximos dicemus in s̄mo ne de elemosyna.

3° apparet grauitas auaricie ratione idolatrationis. Unde Paulus Eph. 5. d. q̄ auaricia est idoloꝝ seruitus. Quod s̄m Nicolauꝫ de lira intelligendū est per quandā cōformitatē: q̄r ita se habet auarus ad nūmū sicut ad idola idolatra: ꝑpterea q̄r auari omnē spem suā ⁊ confidentiā ponunt in diuitijs. Hec ē itaqꝫ illa auaricia nequissima perditiōis mater: pietatis inimica: corruptrix animaꝝ: esca diaboli: ⁊ materia oīs pc̄ti: quā q̄ sequit̄ eijcit a se xp̄m: q̄ nobis sit ꝓpitius vt valeamus sua gratia terrena omnia conculcare atqꝫ ad regna properare celestia: vbi sanctis associati benediceмus xp̄m gloriosum ⁊ laudabilem per infinita secula seculorum. Amen.

Feria tertia tertie hebdomade in quadragesima: de execrando ⁊ periculosissimo peccato symonie: propter quod nō parum damnificatur atqꝫ confunditur ordo ecclesiastice hierarchie.

Sermo. .41.

q Uecunqꝫ solueritꝭ sup terram erūt soluta ⁊ in celo. Uerba sunt redēptoris nostri originaliter Math. 18. c. ⁊ in euāgelio hodierno. Cōtulit saluator noster ministris ecclesie ⁊ sacerdotibus suis inestimabilē dignitatē cuꝫ fecit eos spiritualiū dispensatores. Ideo tāto grauiꝰ estimatur si quādo peccant eoꝝ delictū: q̄n plura donoꝝ dei incremēta sumpserūt. Maxime autē dānat̄ in illis vitiū symonie qd̄ ex auaricia ꝓcedere noscit̄. Illud siqdē ē cā multoꝝ maloꝝ ⁊ cōfusionis damnosissime in ecclesiastica hierarchia: ob eā cām in p̄senti s̄mone cōtra vitiū symonie nō nulla erimus disceptaturi: de quo cōtemplamur tria mysteria p̄ncipalia.

Primum dicitur diffinitio.
Secundū inductio.
Tertium punitio.

Quid sit symonia ⁊ vnde denominat̄: ⁊ q̄re est peccatū graue: ⁊ qd intelligitur p̱ spirituale aut spiritualibus annexum. Capitulū. .1.

p Rimū mysteriū cōtēplādū de symonia dicit̄ diffinitio: ⁊ Rica. in. 4. di. 25. ⁊ Tho. 2. 2. diffiniunt illā sic. Symōia est studiosa volūtas emendi vel vendēdi aliquid spirituale vel spirituali annexuꝫ. Que diffinitio cōtinetur implicite in. c. q̄ studēt. i. q. i. Pro clariorē aūt declaratōe notabimus tria primo denominationē. 2° rōnē. 3° determinationē. Primo cōsideremꝰ denominationē. Nā symonia denominat̄ a symone: de quo h̄r act. 8. c. q̄ cū vidisset q̄r p impositionē manꝰ apostoloꝝ dare⁊ spūs scūs: obtulit eis pecuniā. d. Date mihi hāc p̄tātē vt cuicūqꝫ imposuero manus accipiat spm̄ sanctū. Petrꝰ aūt dixit ad eū Pecunia tua tecū sit i ꝑditōe ⁊c̄. Sꝫ nō vr̄ q̄ sit cōueniēs ista denominatio: eo q̄ Simō noluit vēdere spūalia: sꝫ emere. Et vt h̄r. 4. Reg. 5. Giezi spūalia vendidit Naamā syro: ergo nō magis debet dici symonia q̄ȝ gezia. Rn̄det Ric. vbi supra: q̄ cōuenientiꝰ nominat̄ symonia q̄ȝ gezia: q̄r vitiū tā emptiōis q̄ȝ venditiōis q̄ɫtū ad voluntatē fuit i Symone mago. Ad h̄ eniꝫ voluit emere pecunia donū spūs sancti: vt postea alijs venderet. Si tn̄ distincte loq̄ volumus possumꝰ vendētes spūalia appellare geꝫitas ⁊ ementes symoniacos. 2° cōsideremus rōnē quare spūaliū emptio siue vēditio sit illicita. prima est ex p̱te vendētis. Scd̄a ex p̱te emētis. Tertia ex p̱te venditōis. Pria rō est ex p̱te vendētis: q̄r ille q̄ vendit supra spūalia nō ē illoꝝ dn̄s sꝫ dispensator. Un̄. 1. Cor. 3. c. ap̄ls dixit: sic nos existimet hō vt ministros xp̄i ⁊ dispensatores ministerioꝝ dei. Scd̄a rō ē ex p̱te emētis. Ille q̄ emit reꝫ multo minore p̄cio q̄ȝ valeat iniuste emit. Sꝫ spiritualia sunt tante nobilitatis ⁊ p̱fectōis: ⁊ p̱ cōsequēs valoris q̄ nulli p̄cio temporaliū rerum possent adequari. Unde ⁊ de sapientia que est res spūalis: dicit̄ Sap̄. 8. c. Preciosior est cunctis opibꝰ ⁊ omnia que desiderātur huic nō valent comparari.

Tertia ratio est ex p̱te venditōis: q̄r q̄ vtitur aliquo actu ad illud: seu alio modo q̄ȝ ordinauerit deus inique facit: ⁊ tanto peius quanto illud est in se dignius. Ordinauit autem deus spiritualia gratis conferri debere hominibus per ministros eius: quod christus declarauit dicens. Mathe. x. c. Gratis accepistis gratis date: scilicet sacramenta: ⁊ alia spiritualia. Unde in concilio Tolletano. i. q. i. c. quicq̄d dicit̄. Quicquid inuisibilis gratie consolatione tribuit nunquaꝫ questibus vel quibuslꝫ premijs venundari penitꝰ debet dicēte domino. Gratis accepistis gratis date. Et sic colligitur q̄ symonia p̱p̱ dicta pctm̄ est mortale. Et supadditur rō q̄ nullꝰ dꝫ excōicari nisi ꝓ mortali peccato: vt dictuꝫ est in sermone de inobedientia. Sꝫ pro symonia debet̄ quis excommunicari. Unde. I. q.

Unde.i.q.i.c.quicũq3 sacros dr̃. Annathe/
ma danti.i.fiat ſm gloſam anathema accipien
ti ſymonia. Tertio cõſideremus determina/
tionem: quid intelligitur per ſpũalia aut ſpiri/
tualibus annexa. Et ſm doctores ſpũalia dicũ
tur ſacramẽta.ſ.baptiſmus: chriſma: euchari/
ſtia: ordo: penitẽtia: extrema vnctio: ꝛ bñdictio
nuptiarũ: ꝓ quibꝰ dare pecuniã vel recipere
vt preciũ eorũ eſt prohibitũ: qꝛ ſymonia. An/
nexa vo ſpũalibus dicũtur dedicatio eccleſiaꝝ
conſecratio virginũ: ꝛ aliarum reꝝ pertinẽtiũ
ad cultum diuinũ: benedictio abbatu3: abſolu
tio ab excõicatiõe vel aliis cenſuris eccleſiaſti/
cis: electio prelatorum eccleſiaſticoꝝ: cõfirma
tio eoꝝ: renunciatio: viſitatio ipſoꝝ prelatoꝝ:
correctio criminũ vel deſiſtere a correctione in
iudicio eccleſie: cura aiarũ: ingreſſus religiõis
ſeu monaſterii: eccleſia ſeu beneficiu3 ſimplex
vel curatũ prebenda: dignitas eccleſiaſtica. vt
archidiaconatus.prepoſitura epãtus ꝛ huiuſ/
modi.offiñ ſepulture vel locus eccleſie cõſecra
tus ad ſepulturã: vel vbi iã eſt ſepultus aliqs:
capelle: ius pr̃onatus: ius ꝑcipiendi decimas.
Officia eccleſiaſtica vbi ẽ aliquid iuriſdictiõis
ſpiritualis vt economus. Vicedominꝰ ꝛ hu/
iuſmodi: ferre ſñiam in iudicio eccleſiaſtico.ꝑ/
mutatio dignitatis eccleſiaſtice vel beneficii ꝛ
ſilia. Paciſci ergo ꝓ his ſymonia eſt. Uñ dr̃
i.q.2.c.quã pio. Ceſſet ois pactio ceſſet ois cõ
uentio.ſ.emptiõis aut vẽditiõis. Notãdu3 tñ
ꝙ ſi quis ſine pactione exꝑſſa vel exactione cõ
ferat aliquid ſpũale ſpũaliter hac intẽtione vt
ꝑꝑ illud recipiat tꝑale: puta audit cõfeſſionem:
vel dicit miſſam: vel confert ordinem ſiue bñ/
ficium ꝛ ſilia principaliter: qꝛ ſperat ꝑꝑ hoc ſe
habiturũ pecuniã: vel aliud preciũ. Et ſilr qui
dat tꝑale principaliter vt recipiat ſpũale. puta
eucharistiã ordinẽ ſacrũ bñficium ꝛ huiuſmõi
ſymoniã cõmittit mẽtalẽ q̃ mortale ẽ ſ3 Ric.
Tho. Ray. Hoſti. ꝛ Inno. S3 tal' ſymonia
mentalis tollit̃ ꝑ pniam. ex̃ de ſymonia.c.man
dato. Ubi aũt nõ fit pactio vel exactio vel prin
cipalis intentio ad tꝑalia i collatiõe ſpũaliũ vel
receptiõe: ſed gratis ꝛ elemoſynaliter det̃ ali
quid ꝛ accipiatur ad ſuſtentationem nature vl'
reuerentiam ſacramentoꝝ vel ad ſeruandum
laudabilẽ cõſuetudinem: licite ꝛ ſine ſymonia
dari ꝛ accipi põt. Uñ Gre.i.q.2.c.ſicut ep̃3.
ait. Eius oblatio nullã culpe macula3 igerit q̃
nõ ex ambientis petitiõe ꝓceſſit. Nec ſymonia
ci ſũt tñ q ſpũalia vẽdũt vel emũt. ſed ẽt illi qui
i his mediatores ſũt: quos eccleſia grauiter pu
nit: ſicut p3.i.q.2.c.ſicut ep̃m.

Qꝺ pecunia ẽ mã inductiua peccati ſymo
nie: quõ pecunia accipitur multipliciter ꝛ mul
tiplici munere. Capitulũ. 2.

S Ecũdũ myſteriũ ↄtẽplãdum de ſymo
nia dr̃ inductio. Eſt nãq3 huiuſmod i
ſceleris mã iductiua pecunia: ſumẽdo
pecuniã large. vt in ſermone precedẽti dictum
ẽ pro oi eo ꝙ põt tꝑaliter poſſideri. Põt ẽt pe
cunia dici quicqd precio tꝑali eſtimari poteſt
ſeu mẽſurari. Nõ ſolum pecunia numerata i
monetis auri argenti ꝛ eris: vel ea q̃ cõiter cõ
ſueuerũt emi vel vendi vt vaſa aurea: vl' argẽ
tea aialia agri ꝛ huiuſmõi: ſed ẽt ꝑces ex qbuſ
acqrit̃ fauor popularis ꝛ obſeqa tꝑaliter ꝑſtita
Unde dicit Greg.i.q.i.c.ſũt nõnulli. Cum
virũ iuſtũ ꝓpha deſcriberet ait. Beatus q ex/
cutit manus ſuas ab oi munere. Qꝛ aliud eſt
munus ab obſequio: aliud a manu: aliud a lin
gua. Munꝰ ab obſequio: aliud a manu: aliud
a lingua. Munus ab obſequio ẽ ſeruitus ide/
bite ipenſa. Munus a manu pecunia ẽ. Mu
nus a lingua fauor.ſ. mũdanus. Et ꝑ quodli
bet hoꝝ munerũ cũ interuenit i ſpũalibꝰ com/
mittitur ſymonia vt ibidẽ Greg.d. Et ad idẽ
i.q.3.c.ſaluator. Urbanus ait. Quiſqs res ec
cleſiaſticas.i.ſpũalia q̃ dei dona ſũt: nõ ad hoc
ad qꝺ inſtitute ſũt: ſ3 ad propria lucra munere
lingue. vel indebiti obſequii: vel pecunie largia
tur vel adipiſcitur ſymoniacus ẽ. Et q̃tu3 ad
munus a lingua ſciẽdũ ꝙ ſi qs ꝑlatus confert
bñficiũ eccl'iaſticũ ſeu dignitatẽ eccl'iaſticã: vel
aliqꝺ ſacr̃m ad preces alicuiꝰ hac intentiõe ꝑn
cipali vt eius precibꝰ cõferenti laus vel fama
acquirat̃: vel vt ↄriũ euitetur ſymõiã cõmittit.
Et ſi ꝑces porrigũt̃ ab alio ꝓ idigno ꝺ bñficio
curato vl' ſimplici: ꝛ ille q porrigit ꝛ q exaudit
ſymõia3 ↄmittit: ſi ad ꝑces factas pricipaliter.
Si aũt ꝑces porrigũt̃ ꝓ digno: ꝛ ad idoneitatẽ
reſpicit̃. nõ ad preces principaliter: nec rogãs
nec conferens male facit nec ſymoniam com/
mittit. Si vo quis pro ſe preces porrigat de
beneficio ſimplici nõ reputatur ſymonia ſi al's
ẽ dignus. Nã ſi indignus ſymoniacus repu
tatur. Et ſimiliter ſymoniam inducunt preceſ
ꝓ ſe porrecte de beneficio curato. ẽt ſi alias ſit
dignus: quia ratione ambitionis ꝛ preſumpti
onis reputatur eoipſo indignus ſm beatum
Tho.in.4.di.25.ꝛ.2.2.q.cẽteſima. ꝛ Ray.
in ſumma ſua. q̃tũ ad munus ab obſequio re

putatur symonia qñ quis seruiret alicui prela/
to obsequio inhonesto. Sed quo ad obsequia
honesta videlicet ordinata vel ad vtilitatē ec/
clesie vel prelati rõnabilē nõ reputatur symo
nia: ita tamen q non principaliter seruiens fa
ciat propter illud consequēdũ. Unde Greg.
ait. Ecclesiasticis vtilitatib⁹ deseruiētē ecclesia
stica oꝫ remuneratiōe gaudere. 12.q.2.c.eccle
siasticis. Munus a manu ē cū daꝛ pecunia ꝛ
huiusmodi. Ubi tñ notãdũ q pecunia pōt da/
ri ꝛ recipi licite ꝓ spūali ꝛ sine symōia qnqꝫ rō
nibus. p̄ rōne permutatiōis. 2° rōne sustētatio
nis. 3° rōne ꝓuocatiōis. 4° rōne punitiōis. 5°
rōne vitãde vexatiōis. Prīo rōne pmutati
onis. ꝓbaꝛ sic. Qui vult remissionē peccatoꝝ
cōseq̄ dꝫ si pōt elemosynas facere. Unde Danie
lis.4. Pctã tua elemosynis redime. Et Am
brosius de pe.di.i.c.medicina. Peccatis tuis
venũdatus es redime te pecunia tua. Dꝫ etiã
qs ꝓ adeptōe eterne vite tpalia cũcta daꝛ. iuxta
illud Math.6. facite vobis amicos de mãmo
na iniquitatis. Scdo pōt dari pecunia rōne
sustētatiōis: sicut sacerdos ꝓ missa quã dicit ac
cipit pecuniã vel p̄bēdã: nõ qꝛ illã accipiat ꝓ cō
secratione eucharistie. vel ꝓ orōnib⁹ ꝛ h⁹i. qñ
p̄ciũ: sꝫ vt stipēdiũ sue sustētatiōis. Unde Aug.
i.q.i.in.c.iudices. ait. Accipiãt necessitatis su
stētationē a pplo: mercedē ministratiōis a deo
sic ꝛ ꝓphe antiq testi si aliqñ recipiebãt aliqd i
ꝓphetando accipiebãt in modũ elemosyne ad
sustētationē nõ ad preciũ ꝓphetie. Tertio
pōt dari pecunia ꝛ accipi rōne ꝓuocatiōis. Et
sic danꝛ elemosyne paupib⁹ ad iducēdũ eos ꝛ
excitãdũ vt orēt ꝓ benefactorib⁹ suis: nõ loco
p̄cii: qꝛ orō spūalis ē ꝛ appreciari nõ pōt. 4°
rōne punitionis. Exigiꝛ qñqꝫ ab eo q absoluiꝛ
ab excōicatiōe pecunia nõ ꝓ ipsa absolutiōe: qꝛ
hoc eēt symonia sed i punitionē. 5° rōne re
dimēde vexationis. Nã anteq̄ ius acqratur
alicui in bñficio vel dignitate nõ lꝫ dare ad re/
dimēdã vexationē suã: qꝛ eēt symonia: sꝫ post
quã fuerit adept⁹: ꝛ ius sibi acq̄situ vexationē
sibi iniuste factã super beneficio vel dignitate
licet pecunia redimere: sed non iustam vexati
onem vt si iuste accusaretur ꝛ huiusmodi.

Qualiter puniũtur symoniaci: tū per priua
tionē gratie diuine: tū p suspensionē ordinis
ꝛ bñficii symoniace susceptoꝝ: tū et p obligatio
nē ad restituendum. Caplm.3.

Ertiũ mysteriũ cōtēplãdũ de symonia
dꝛ punitio. Puniꝛ ꝛ.n. hoc pctm̄ mul
tiplici pena. prīma dꝛ grē dei perditio. Scda
iusta suspensio. Tertia restitutionis obligatio.

Prima pena dꝛ gratie dei pditio. Unde
i.d.i.c.q studet. Greg. nazãzenus ait. Iudas
oīum redēptorē vēdidit: mox laqueo suspēsus
eãdē redēptionis grãm non obtinuit ꝛ merito
qꝛ nemo pōt retinere qd vēdidit. Symon etiã
magus cũ eãdē grãm spūs sci emere vellet: dã
natiōis sue sniam audiuit a Petro. dicit etiaꝫ
Aug.i.q.i.c. Sicut. q ignis sacrificii qui per
70. annos babilonice captiuitatis sub aq̄ vere
rat extinctus ē antiocho. Iasoni vendente sa/
cerdotium q significauit ignē.i. grãm spūs sci
nõ lucere i symoniacis sacris. Scda pena q̄
puniũtur symoniaci ē iusta suspēsio. Sũt enim
notorii symoniaci suspēsi ab ordinib⁹ ꝛ benefi
ciis symoniace susceptis. vt.i.q.i.c. statuimus
ꝛ.c. quisqs. Et hãc suspēsionē vꝛ Amb⁹ voca
re excōicationē i.c. reperiũtur.i.q.i. fm glo.
Et tales. s. cōferentes ordines vel bñficia ꝛ of
ficia eccl'iastica ꝛ ista ēt recipiētes p symoniã si
sunt clerici debēt deponi ꝛ priuari oī offō ꝛ be
neficio simplr si conuincãtur de hoc in iudicio
ecclesie. Si sũt laici ꝛ mediatores symonie de/
bent excōicari.i.q.2.c.si qs. Efficiũtur ēt isa/
mes: ꝛ qlibet criminosus admittiꝛ ad accusatio
nē eorum. ex̄ de symonia. c. tanta. ꝛ.c. si dñs.

Tertia pena symoniacoꝝ ē restitutionis ob
ligatio. Nã fm Tho. pecunia recepta p symo
niã retineri nõ pōt sed restitui dꝫ: nõ cōferenti
qꝛ turpiter dedit: sꝫ dꝫ pauperib⁹ erogari: vel
illi ecclesie in cuius iniuriã data ē applicari: ꝛ
h in oī symonia. Et fm Tho. ꝛ Innocētiũ ꝛ
Ray. symoniacus q̊ ad beneficia simplicia vl'
curata per symoniam recepta perdit fruct⁹: qꝛ
nõ pōt illos recipere: ꝛ receptos tenetur restitu
ere: deductis expensis factis in vtilitatē ecclie
ꝛ grã fructuum colligendoꝝ: ꝛ hoc qꝛ fur est ꝛ
latro in illo bñficio: in veteri aũt testō: vt habe
tur.4. Reg.5.c. Giezi pp symoniã quã cõmi
sit accipiēdo pecuniã a naam syro quē Helise
us propheta curauerat: lepra percussus ē cũ oī
bus posteris eius. Sed qd dicã. Quo me ver
tam. Qualiter vba cōcludã. Audiuim⁹ ex his
que dicta sũt q̄ꝫ graue sit vitiũ symonie: ꝛ tamē
hodie vbiqꝫ regnat: vbiqꝫ sua tela proiicit. O
ecclesia dei. o sponsa decora agni immaculati xp̄i
iesu: quis in te preficit tot ignaros indoctos in
habiles ad curam animarum. Quis ordines
dignitates ꝛ beneficia tua tã multis indignis
tribuit. Audeo dicere q pessima illa ꝛ trucul e
ta belua

ta belua symonia mala hec omnia fecerit. Et ne descendamus ad particularia tm̄ vnum tenere firmiter possumus: q̄ si symonia cessaret a ministris ecclesie cūcta bene optimeq̄ disponerent: et aias in peccatis alligatas absoluerēt ac de diaboli laqueis liberarent: se vero non illaquearent: sed potius velut ministri digni adipiscerentur in hoc seculo dei gratiam: et in futuro sempiternā gloriam: in qua christus viuit regnatq̄ per infinita secula seculorū. Amen.

P Rimum mysterium de indulgentiis declarandum dicitur diffinitio. in quo quid sit indulgentia videamus. Et respondet Franciscus de maro. in tractatu de indulgentiis. ꝙ indulgentia est remissio peccatorum. Quod intelligendum est de remissione pene temporalis: ad quam peccator remanet obligatus post remissionem culpe ꝛ pene eterne. Ipsa nanqꝫ pena ꝛ culpa eterna remittantur in contritione cum peccator iustificatur. Et quia vt tactum est sermone septimo huius operis. c. i. licet in baptismo omnis pena que pro peccato debetur: penitus relaxetur merito passionis christi: tamen cum homo peccata iterat reddit se indignum tanto beneficio. Ideo in contritione nisi esset multum feruentissima nō remittitur ei tota pena sꝫ minoratur: vt dicit magister sen. di. 19. tertii. q̄ꝫtuꝫ decet ꝛ expedit salua diuina iusticia. Remanet itaqꝫ vt in pluribus obligatus peccator ad temporaliter satisfaciendum penāqꝫ tp̄alē exoluendam. Hāc vero taxare habet sacerdos in confessione: qui vt dictum est in sermone pro arbitrio pnias pōt iniungere. Et quia raro cōtigit vt quis totam penā tp̄alē debitā excipe possit ꝛ adimplere: ideo q eam in hac vita nō soluūt: i purgatorio acriter punient̄. Sed cū quis facit illud ꝓ quo indulgentie concedunt̄: a dicta pena liberat̄ plus ꝛ minus s̄m indulgentie qualitatē. Notandum tn̄ s̄m Ric. ꝛ Bon. di. 20. quarti. ꝙ fuerūt quidam qui voluerunt distinguere foruꝫ dei ꝛ foruꝫ ecclesie. Et hi dixerūt indulgētias valere q̄ꝫtū ad foruꝫ ecclesie: non q̄ꝫtū ad forū dei. Ratio aūt ipsorū erat: q2 null⁹ inferior pōt absoluere a pena ad quā ligat superior. Sꝫ deus remittēdo culpā ligat ad aliquā penam tp̄aleꝫ: ergo videtur ꝙ nullus possit de illa aliqd dimittere. Et ꝓpterea dicūt indulgētias valere i foro ecclesie: remittēdo penas taxatas a iure vel a iudice: non tamē aliqd remittēdo ꝺ pēa taxata a deo. Verūtn̄ ista opinio satis impia est et contraria rōni quia si sic esset tunc ecclesia absoluendo a penis satisfactoriis transmutaret ad penas purgatorii: ꝛ ad grauiora supplicia. Ideo simpliciter dicendum est ꝙ relaxatio satisfactionis que fit in indulgentiis valet etiam in foro dei: quia deus habet pro condonato quod sic condonatur. Modus autem intelligendi qualiter fieri potest talis est. Presupponendum nanqꝫ est ꝙ bonū obtinem⁹ ex triplici merito. scilicet ex merito proprio: ꝛ ex merito capitis: ꝛ ex merito ecclesiastice vnitatis. Et ꝙ ita sit in se manifestuꝫ est: q2 quilibet merēt sibi ꝑ gratiā quā habet. Q ꝺ xp̄s meruerit nobis nemo dubitat: nisi q fide caret. ꝙ eccl'ia merear̄ nobis: ꝛ ei⁹ merita patēt ꝑ v̄ba Augu. d. in li. de pnia. Credēdū est ꝙ oēs orationes ꝛ elemosyne ecclesie ꝛ opera iusticie succurrūt recognoscēti mortalitatē suā ꝑ hūc modū: sicut triplex ē meritū obtinēdi bonū: sic ꝛ meritū liberādi a malo. Meritū. s. ꝓpriū. Et hoc ē meritū nostre cōtritiōis: ꝛ per h̓ meremur liberari a pena eterna: ita q̄ simul sūt h̓ duo: sicut i angelis gratia ꝛ gloria. Secūdo ē meritū christi ꝛ hoc opat̄ in sacramētis ꝛ ptāte clauium: ꝛ ꝑ hoc remittitur pars pene.

Tertio est meritū ecclesiastice vnitatis: ⁊ per il
lud adhuc fit remissio. Et sic secūdū triplex me
ritum fit triplex pene condonatio vt sic currat
misericordia cum iusticia: ⁊ in qualibet est mu
tatio maioris in minus. Unde pena eterna ꝑ
mo mutatur in temporalē cū remittitur culpa.
Scđo temporalis magna ⁊ supra vires cōmu
tatur in penā competentē viribus in sacerdotꝭ
absolutione ⁊ quod residuū ē reseruatur i pur
gatorio. Tertio vero pena illa: ad quam quis
tenetur mutatꝛ i minorē in indulgentiis. Hoc
aūt pōt facere ecclesia ex diuina auctate. The/
saurum enim meritorum. s. christi martyrum
confessorum ac virginū recōmendauit ecclesie
dispensandū cū ecclesie in prelatis tradidit cla/
ues regni celorum. Et per hoc solui pōt rō eo
rū qui dicūt q inferior nō pōt absoluere a pēa
imposita a superiore. Nam licet non possit au
ctoritate ꝓpria: pōt tñ auctoritate ipsius superi
oris. Uel potest dici q prelatus dans indulgē
tias nō absoluit oio cōdemnādo: sed soluēdo đ
thesauro ecclesie. Sȝ aliquis posset obiicere q
ecclesie non sunt date claues: qꝛ claues aut sūt
ad claudendum: aut ad aperiendū. Sed dicitꝛ
Apoc. 3° xp̄s aperit ⁊ nemo claudit: claudit ⁊
nemo aperit ergo ecclesie nō sunt date claues.
Uerūtamen in ꝯtrarium ē quod xp̄s dixit Pe/
tro Mathei. 16. Tibi dabo claues regni celoꝝ
Ex quibus verbis pȝ q mediante Petro ec/
clesia claues accepit. Quod notatur. 24. q. i. c.
m[illegible]ct. c. quodcūqȝ. c. oibus consideratis. Re
sp[illegible]ndet ergo. Ric. di. 18. q̄rti. q claues regni
celorum date sunt ecclesie. Et accipiūtur h̄ cla
ues ad similitudinem clauium materialium ꝑ
quas hostiū claudit ⁊ apperitur. Claues. n. ec
clesie sunt quedā potestas data ecclesie in prela
tis suis ad aperiendū ⁊ ad claudendū hoibus
regnum celorum: qđ clauditur homini ꝑ pecca
tum vel per obligationē ad penā ꝓ peccato: ⁊
aperitur per remotionem vtriusqȝ. Est autē
potestas triplex aperiendi celum ⁊ claudendi.
Prima est auctoritas que est in solo deo: q so
lus aperit effectiue per infusionē gratie ⁊ clau
dit permissiue permittendo iusto iudicio hoiē
ruere in peccatum gratiam non cōferēdo. Se/
cunda est clauis excellentie que est in xp̄o rōne
humane nature: q celum aperit per meritū paf
sionis sue: ⁊ claudit per potestatē iudicialē sibi
traditam. Tertia est clauis ministerii. s. in p̄la/
tis ecclesie qui celū aperiunt ministrando sacra
menta q̄ operantur in merito passionis christi
⁊ virtute. Ad auctoritatem ergo Apoc. dicen/
dum. q clausura regni celorum potest triplicitꝛ
accipi. vel pro illa qua erat clausum generi hu/
mano pp peccatum primorum parentū. vel ꝓ
illa qua claudetur oibus reprobis in iudicio ꝑ
sententiam diffinitiuam. vel pro illa qua clau/
ditur interim homini per culpam ⁊ penam re/
mittendas. ꝑma clausura fuit vniuersalis ⁊ nō
perpetua: ⁊ hanc xp̄s aꝑuit merito passionis
sue. Et de hac dr̄. apit ⁊ nemo claudit. Alia si
militer clausura erit perpetua. de q̄ Math. 25.
Clausa ē ianua. ⁊ de hac dicitur. claudit ⁊ ne/
mo aperit. Alia clausura est particularis ⁊ nō
perpetua: ⁊ hanc prelati ecclesie possunt mini
sterialiter aperire. Propterea nō mediocriter
errant hi qui dicūt indulgentias nō valere: cū
tota ecclesia rationabiliter contrarium asserat ⁊
affirmet.

De auctoritate concedendi indulgentias: ⁊
illarum varia concessione: ⁊ de causis ꝓ qbus
conceduntur. Capitulum. 2.

Secundū mysterium de indulgētiis de
clarandū dicitur concessio. in quo de
ipsaꝝ concessione tria consideremus.
primo auctoritatē. secūdo varietatē. tertio cau/
salitatē. Primo cōsiderem⁹ auctoritatē: qs
s. habet auctoritatem indulgentias concedēdi.
Et rn̄dent doc. s. Boñ. ⁊ Ric. vbi. s̄. q illi so
li pn̄t indulgentias dare: quib⁹ dispensatio the
sauri ecclesie cōmissa ē: ⁊ fm mensurā ꝯmissio
nis sue. Et qꝛ xp̄i vicario commissa ē plenitu/
do potestatis ab ipso xp̄o: vt patet ex̄ de peni. ⁊
re. c. cū ex eo. Jō potest dare indulgentias per
totam ecclesiam militantē: ⁊ tantas quantas si
bi dare placuerit si adsit rōnabilis causa. Alii
autē habent tantū de hac ptāte quātū eis a xp̄i
vicario concessum ē. Ipse aūt per ius cōe h̄ nō
concessit nisi episcopis vel electis in ep̄os ⁊ su
is legatis. Et ideo nulli alij pn̄t indulgentias
dare nisi ex spāli cōmissione. nec possunt lega
ti dare indulgentias nisi in prouincia sua: nec
ep̄i nisi in suo ep̄atu. Archiep̄i tñ pn̄t eas dare
in ep̄atibus suffraganeorum suoꝝ. vt pȝ extra
de pe. ⁊ re. c. nostros. in textu. et in glo. Isti
tñ in dedicatiōe basilice siue dedicetur ab vno
siue a plurib⁹ non debent extendere indulgen
tias vltra annū nec in anniuersario dedicatiōis
vltra. 40. dies. Limitata est enī eis ptās a pa/
pa: ne per immoderatas remissiōes claues ec/
clesie cōtemnerētur: ⁊ pn̄ialis satisfactio ener/
uaretur. ex̄ de pe. ⁊ re. c. cū ex eo. Et si diceretꝛ

ꝙ omnis sacerdos habet claues. Ergo potest indulgẽtias cõcedere. Respondet Boñ. ꝙ clauis nõ est tota ratio virtutis indulgẽtias faciẽdi: sed potestas clauis cũ iurisditione ꝛ auctoritate thesauri dispensãdi: q̃ ordinarie solis competit ep̃is ꝛ sacerdotibus si eis ab episcopis cõmittatur. 2° cõsiderem⁹ circa cõcessiones indulgentiarũ varietatẽ. Secũdũ eniꝫ ꝙ apparet ex usu ecclesie solẽt idulgẽtie variari tripliciter. Conceduntᷣ nanqꝫ aut secũdũ numerũ dieruꝫ vel annoꝝ. aut ꝭꝫ partẽ peccatorũ. aut ꝭm plenariã remissionẽ. Quãdo cõceduntᷣ ꝭꝫ numerũ dierũ vel annoruꝫ: vtputa qꝛ dantᷣ centum dies vel centũ anni de indulgẽtia: tũc qui illã lucrantᷣ absoluuntᷣ a p̃nia quã facere debuissẽt pro peccatis suis per centũ dies: vel ꝑ centum annos: siue i hac vita siue i purgatorio. Quãdo vo cõceduntᷣ indulgẽtie ꝭm partẽ pctõruꝫ vt puta qꝛ cõcediᷣ tertie vl' quarte partis remissio peccatoꝝ: tũc qui illas lucrantᷣ absoluũtur a pena quã tenebãtur exoluere ꝓ illa pte: siue illa pena sit centũ annoꝝ siue mille siue pluriũ. Quãdo autẽ cõceduntᷣ indulgẽtie ꝭꝫ plenariã remissionẽ: tũc qui illas lucrantᷣ: absoluuntur ab oĩ pena: ita ꝙ si tũc ex hac vita decederent. statim ad celũ euolarent ꝛ inter ciues celi nullo obstaculo impediti collocarentᷣ. Tertio ꝯsiderem⁹ circa cõcessionẽ idulgentiaꝝ causalitateꝫ pro qua cã cõcedi possũt ꝛ debẽt idulgẽtie. Et rñdet Boñ. ꝙ sicut videm⁹ in polliticis ꝛ cõitatib⁹ humanis: ꝙ thesaurus reip. ꝓpter duo marie ꝯsueuit proferri ꝛ cõicari exterius. Sic in spiritualibus est intelligendũ. Proferᷣ nãqꝫ thesaurus extra ꝓpter gloriã pricipis: sicut faciũt reges curiales: quẽadmõꝫ fecᷣ rex Assuer⁹ vt hᷣ Hester. i. c. Alio mõ ꝓpter vtilitateꝫ cõitatis siue necessitatẽ. Unde qñ lediᷣ cõitas ꝓferunt stipẽdia ꝛ donatiua militibus vt eant ad pugnã. Sic thesaur⁹ ecclesie ab his qui hñt dispẽsare duplici ex cã dꝫ aperiri. s. ꝓpter gloriã pricipis ꝛ laudẽ. Laus vo ꝛ honor dei est in scis suis. Et sancti honorantur i cõstructõe basilicarũ: visitatione earũdem: cõmemoratõe vtutũ suaꝝ. Et idẽ fit in p̃dicationib⁹ ꝛ sermonibus. Ideo ꝓ his oibus idulgẽtie recte fiũt. Cõis ãt vtilitas est defẽsio terre sãcte: defẽsio fidei: ꝓmotio studij: ꝛ cõsimilia: ꝓ quib⁹ adhuc recte indulgentie conceduntᷣ. Et si dicerenᷣ ꝙ nõ licet dare spũalia ꝓ tpalibus qꝛ illud esset symoniacũ. Sed in istis indulgentijs dantur spiritualia ꝓ tpalibus. s. remissio pene ꝓ pecunijs ꝛ aliis rebus loco elemosyne oblatisᷣ: ḡ videᷣ ꝙ nõ licet cõcedere h⁹i idulgẽtias. Respondet Ric. ꝛ Boñ. ꝙ non dantᷣ spũalia pro tẽporalibus nisi ꝑ accidens. Cũ enim dantur indulgẽtie ꝓ ecclesijs vel hospitalib⁹ cõstruẽdis: nõ dantᷣ vt in illis tẽporalib⁹ sistatᷣ: sed ꝑꝑ vtilitatẽ spiritualẽ cõsequẽteꝫ. Unde nõ dantᷣ pro tẽporalib⁹ nisi inq̃ꝫtum ordinantur ad spiritualia. Ideo quãdo prelatus dat indulgentiã non dat eã pro elemosyna exteriori non cõsidẽrãs datuꝫ sed fructũ: videlꝫ qꝛ ex radice bone volũtatis ꝓcedit

De fructu indulgentie respectu existentiuꝫ in mortali: ꝛ eorũ q sũt in purgatorio: ꝛ illoruꝫ q post illarũ acq̃sitionẽ erũt ꝓpter alia peccata dãnandi Capitulum .3.

Ertiũ mysteriũ de indulgẽtiis declarandũ diciᷣ fructificatio: in quo de fructu indulgẽtie circa tria p̃cipue dubitatur. p̊ vtrũ idulgẽtie ꝓsint existentib⁹ in mortali peccato. 2° vtrũ prosint his qui sunt in purgatorio. tertio vtrũ prosint his qui illas lucrãtur ꝛ postea propter alia sua peccata damnantᷣ ad infernũ. Ad p̃mũ dubiũ rñdet Ric. ꝙ ñ potest fieri remissio pene manẽte culpa: Et iõ cũ per indulgẽtias nõ remittatᷣ culpa existẽtibus i mortali peccato: nõ remittiᷣ eis ꝑ indulgentiã aliquid de pena. Si tamen aliquis existens in mortali peccato: facit illud quod continetᷣ in forma idulgẽtie: prudenter facit: quia bona facta in peccato mortali aliquo mõ peccatorẽ disponũt de cõgruo ad penitẽtiã: ꝛ illa mediãte ad susceptionẽ remissionis peccatõrũ per diuinã misericordiã. hec Ric. Bon. vo dicit ꝙ ad hoc vt indulgẽtie valeãt reqriᷣ duplex cõditio ex parte dantis. s. ptãs vel auctoritas: de q̃ supra dictuꝫ est. Et honesta ac rationabilis cã. Unde nõ esset credẽda indulgẽtia alicuius valoris si quis daret eã euntib⁹ videre torneamẽta. Similiter ex ꝑte accipientis duplex conditio reqritur. s. cõfessio cũ vera cõtritione: ꝛ fides cũ vera deuotiõe: vt vere de peccatis sit penitẽs ꝛ vere cõfidẽs ꝙ pastoris indulgẽtia sibi valeat.

2° cõtingit dubitare vtrũ idulgẽtie valeãt his qui sũt in purgatorio. Et quibusdã visũ est qꝺ sic: ꝛ arguunt ꝙ omnes aĩe sancte aut sunt de ecclesia triũphãte: aut militante. Sed aĩe existẽtes in purgatorio sãcte sũt. nec sũt ꝺ ecclesia triũphãte: quia in ea nll'a est pena: ergo sũt de ecl'ia militãte. Sꝫ omnibus habẽtibus gr̃aꝫ in ecclesia militãte prosunt indulgẽtie: ergo prosunt il

lis q̄ sūt in purgatorio. Alij vo tenent contra
riumeꝗa vt scribitur de pe. dist. i. c. si cui. §.
alij econtra. Dn̄s par ius soluendi voluit esse
⁊ ligandi. Si prelati ecclesie non possunt liga
re illos qui sunt ī purgatorio. ergo nec eos sol
uere. Quod verū nō eēt si illis prodessent in/
dulgentie. Rn̄det Ric. ꝙ idulgentie non pro
sunt illis qui nō sunt de iurisdictione illius qui
eas cōcessit. vt pꝫ extra de pe. ⁊ re. c. ꝙ autē.
Nec illis qui non faciunt illud pro quo danť ī
dulgentie: q̄uis voluntatē habeāt faciēdi. Nā
lꝫ non potenti operari volūtas reputetur ꝓ fa
cto q̄ꝫtum ad primū eēntiale: non tn̄ hoc ē verū
quantum ad quodlibet premiū accidētale. Vn̄
nec pro facto reputatur q̄ꝫtum ad remissionem
pene per idulgentias obtinende. Illi autem q̄
sunt in purgatorio non sunt sub iurisdictione
prelatorū ecclesie: quod satis datur intelligi cū
dixit dn̄s Petro. Quodcunqꝫ solueris super
terrā ⁊c̄. concedendo ei ptātem super eos tan/
tum qui sunt viuentes in hac mortali vita. Nō
possunt ēt hi qui sunt in purgatorio facere illō
pro quo datur indulgentia. icirco idulgentie
eis non prosunt directe. Indirecte tn̄ eis pro/
sunt inq̄ꝫtum existentes ī hac vita faciunt pro
eis illud quod ꝯtinetur in forma indulgentie.
maxime si dentur indulgentie sub hac forma.
Quicūqꝫ fecerit hoc vł illud pro se vel pro prē
suo defuncto vel alia persona ī purgatorio exi
stēte: damus tot dies indulgētie. Et sic etiam
secundum cōem opinionē doctorum ꝓsunt ꝑ
modū suffragij ⁊ non ꝑ modū idulgētie. Ad
argumētū vero factū pro oppositione ꝯtraria
dicit Ric. ꝙ illi qui sunt in purgatorio: cum ec
clesia militante quodāmodo cōicant in pena: ⁊
cum triumphāte cum īpossibilitate peccandi:
cū vtraqꝫ in charitate. Et ideo qꝛ coniuncti sūt
cum militante ecclesia ꝑ charitatē ⁊ maxime au
xilio indigent: qꝛ nō sunt in statu ī quo possint
penam assumere voluntariā: per quā citiꝰ ad/
mitterentur ad visionē beatā: ideo ecclesia pōt
eos iuuare cōicādo eis merita viuorum: non
tamē ꝑ modū auctoritatis. per quā directe iuuā
tur illi quibus directe prosūt idulgētie. 3 cō
tingit dubitare. Vtrū indulgētie ꝓsint his q̄
illas lucrantur si post illarū adeptionem ꝓpter
alia peccata ꝑ eos cōmissa dānentur ī inferno.
Sed ad ītelligendā hanc difficultatē necesse ē
scire an per culpam sequentem peccata dimissa
redeant. Et ad hoc nos dicimus ex sen. Ric.
li. 4. ⁊ domini Bon. di. 22. ꝙ peccata dimis/
sa redire intelligi potest dupliciter. aut quantū
ad culpam. aut quantum ad penam. Primo
modo peccata dimissa redire non possunt: qꝛ
nulla res ānihilata redire potest eadem nume
ro nisi per diuinā potentiam. iuxta illud Aui/
cēne. 3. metaph. Qđ ānihilatum ē non redit.
Peccatum autem cum remittitur ānihilatur.
⁊ per operationem diuine potentie reuerti nō
potest: qꝛ vt inquit Augꝰ. li. 83. q. Deo aucto
re non fit homo deterior. Dicunt tamen pecca
ta dimissa redire inquantū sequens culpa ma/
gis grauatur q̄ꝫ si peccata illa non fuissent di/
missa. Quātum vo ad penam. vtrū dānatus
pro peccatis que cōmisit post peccata dimissa:
puniatur tantum ꝓ illis pro quibus dānatus
est: aut ꝓ alijs dimissis: ⁊ sic peccata redibunt
quantum ad penam. Rn̄det Ric. ꝙ pena que
debebatur pro peccatis dimissis: aut ē tota ex/
pleta ante sequēs mortale peccatum: aut non.
Si non tunc dico ꝙ remanet obligatus pec/
cator ad solutionem residui pene: si in illo pec/
cato mortali moriatur pro peccatis illis remis/
sis quo ad culpam non quo ad penam. Et iō
ꝓ illis in inferno pena eterna puniet. Sed ꝑ
accidens quia in peccato mortali nulla pena est
satisfactoria in conspectu dei: Et ideo quantū/
cūqꝫ puniatur semper remanebit obligatus ad
penam. Illa tamen pena erit minus intensa
q̄ꝫ si illa peccata non fuissent ei dimissa. Si ve/
ro pena ē soluta ante sequens mortale: peccata
remissa non redeunt nisi inquantū aggrauant
sequens peccatum propter quam aggrauatio/
nem sibi maior pena debetur. propter hoc di/
citur Naum pº. Non iudicabit deus bis ī id
ipsum. Et de pe. di. 7. Vsus fiucm. Diuina
clementia dimissa peccata vlterius in vltionē
venire non patitur. Cum ergo existentibus in
charitate per indulgētias remittatur pena tpał
pro peccatis debita: si post ꝓpter alia peccata se
quentia tales in inferno dānenť: nō amplius
punienť ꝓ peccatis illis: ꝓ quibus iam remis/
sionem pene indulgentijs mediātibus obtinue
runt. Ergo currant peccatores sitientes ad fō
tē pietatis ⁊ clementie dn̄i nr̄i iesu xp̄i: ⁊ de su
is peccatis vere confessi penitentes indulgen
tias que conceduntur ꝓcurent acquirere: vt sic
a pena liberati scādere valeant regna celorū:
vbi xp̄s deus dei filius regnat cū patre ⁊ spū
sancto ꝑ infinita secula seculorum. Amen.

Feria. 5. quarte hebdomade ī quadragesi
ma: de viduitate suāda: ⁊ đ eius laudibꝰ atqꝫ
preconijs

Ec uidua erat

(h) τ turba ciuitatis multa cū illa: quam cū vidisset dn̄s miseri/cordia motus sup illam: dixit illi. Nolite flere. Scribuntur hec verba Luc.7.c.τ in euangelio hodierno. Usus est pietate multa saluator noster erga viduam: vnicū filium suum morte iam extinctū dolenter τ amare lugentē. Ipsam quidem vt euangelica lectio testatur p̄ ꝯsolatus ē vbis: ꝺ̄mum suscitatū filiū ei benigne restituit. Quo exemplo clarescit quanta sit vidualis status gratia: quantus ue ꝺ̄cor: quantum ēt τ meritū. Sꝫ qm̄ multi sunt qui ignorant p̄cium eius: iō ad instructionem penitentiū hodierna die de vi/duitate conficiamus ꝭmonē: de quo tria mysteria principalia erūt declaranda.

Primum dicitur obseruationis.
Secundum commendationis.
Tertium regulationis.

Qualiter post primū maritū melius ē tenere τ obseruare viduitatē qꝫ denuo nubere. tuꝫ pp iudiciū castitatis. tū pp signū charitatis. tuꝫ ēt pp beneficiū libertatis. Capitulum. I.

(p) Rimū mysteriū dicitur obseruatōis: i quo declarandū ē quare post primū maritū melius ē obseruare τ tenere viduitatē qꝫ ad secūdas nuptias transire. Et assignari possunt tres principales rōnes. pria ē propt iudiciū castitatis. ſa ꝓpter signū charitatis. tertia pp beneficiū libertatis. Prima rō ē propter iudicium castitatis. Quando eni mulier nubit totiēs signū ē magne icōtinentie. Unde Hiero. contra Iouinianum refert qꝫ Portia minor cū laudaretᷣ quedā bene morigerata quē secundū acceperat vir̄ respondit. Felix τ pu/dica matrona nūqꝫ preter sel̄ nubit. Et Vale/rius li.2. Que vno fuerant cōtente matrimo/nio corona pudicitie honorabantur. Verūtm̄ disputandū ē vtr̄ secūde nuptie sint licite. Et nōnulli arguunt qꝫ non. Nā Criso⁹.31.q.1.c hac rōne. ait. Secūdā.s. vxorē accipe ꝭm p̄ce/ptū apl̄i licitum ē. ꝭm aūt veritatis rōneꝫ fornicatio ē. Itē ratione videtur: qꝛ bigamus non pōt ꝓmoueri ad sacros ordines: sed pena non infligitur nisi ꝓ culpa: ergo i bigamia ē culpa. Sed in contrariū ē auctoritas Hiero.q.31.q.1.c. aperiant. ait. Aperiant queso aures obtrectatores mei τ videant me secūdas τ tertias nuptias in dn̄o concessisse. Et iter̄ in eodē.c. ait Non dāno bigamos: imoi nec trigamos: τ si dici potest octogamos. Et Aug⁹.in.c. deus. i quit. Deus masculū τ feminā ꝓpagandi generis cā nuptiali castitate coniunxit: τ secundas nuptias que in vnoquoqꝫ testō ꝑmittunᷣ lici/tas eē mōstrauit. Et idē Aug. exponēs illud apostoli. qꝫ si dormierit dicit. Qꝺ̄ si dormierit vir eius: non dicit primus vel secūdus vel tertius: nec nobis diffiniēdū ē qꝺ̄ non diffinuit apostolus. Unde nullas debeo dānare nuptias nec eis verecūdiā iferrᷣ numerositates. Respōdēt doc. in.4. dis.42. scilꝫ Ric. Bon. Petr⁹ de plaude Tho. τ ceteri. qꝫ nō tm̄ secūde nuptie sed ēt tertie τ quarte: τ plures sūt licite. Rō qꝛ ꝑ mortē alterius coniugū tollitᷣ ipedimētū pri/mi mr̄imonij. Unde dicit Petrus de plaude qꝫ si qs resuscitaretᷣ a mortuis nō posset ad vxorem viuentē redire: qꝛ non āplius sua vxor eēt nec ipse vir eius: nisi denuo ꝯtraherēt. propte/rea dixit apl̄s.1.Cor.7. Si dormierit vir eius liberata ē a lege viri: cui vult nubat tm̄ in dn̄o: Beatior tamē erit si sic ꝑmanserit ꝭm meum consilium. Ad dictum ergo Criso. rn̄deri potest qꝫ iproprie τ largissime fornicationē sumit .s. pro naturaľ concupiscētie ardore: q maxime cōsueuit mouere ad secūdas nuptias contrahendas. Ad ꝭm vo argumētū dicit Bon. qꝫ n̄ possꝫ ascendere ad sacros ordies: nō ē pena qꝛ ēt nec mutus vel alius naturaľr impeditus pōt ascēdere ad sacros ordines qꝫ non sit ei i penaꝫ sed qꝛ non ē idoneus. Sūt ergo licite secunde nuptie τ plures: τ non sūt ihonorabiles. Iꝺ̄o Hiero. ad Gerūtiā iquit. Vide qualia sūt ꝭa matrimonia: q̄ lupanarib⁹ p̄ferunᷣ. Ait eni.s. apl̄s. Melius ē nubere qꝫ vri. Adolescētula vidua que contiere non pōt: maritū poti⁹ acci/piat qꝫ diabolū. Apl̄s vo.1.Cor.7. ait. Dico inuptis τ viduis. bonū ē illis si sic ꝑmaneāt sicut τ ego qꝫ si nō ꝯtineāt nubāt: melius ē eniꝫ nubere qꝫ vri. Et Hiero. i epl̄a ad Gerūtiaꝫ narrat de quodā rome q habuerat.20. vxores q̄s sepelierat. Et ꝺ̄ muliere q̄ sepelierat.22. maritos q fuerᷣt copulati mr̄imōio: τ fuit magna expectatio qs cor̄ efferretᷣ ad sepulchr̄ ab alio: τ vicit marit⁹. Un̄ Hic. seqᷣt. d. Obsecro vt illa testionia n̄ noueris: qb⁹ icontinētib⁹ τ mi/ꝭis subuenitᷣ: sed poti⁹ lectites qb⁹ pudicitia coronatᷣ. Fac isrᷣ ad viduitatis laudē qꝫ τ turtures illā ꝭuāt. Qꝺ̄ Am. i examerō ait. discite mlīeres qꝫta sit viduitatꝭ grā: q̄ ēt i auib⁹ p̄dicatur.

Secunda ratio quare melius est obseruare vi
duitatez q̄z trāsire ad secūdas nuptias ē ꝓpter
charitatis signū: vt.s.ostendat vxoꝛ quāta cha
ritate virum defunctū dilexerit. Vñ Virgiliꝰ.
4.eneidos. Ille meos pꝛimus qui me sibi iun
xit amoꝛes Abstulit.ille hēat secū.seruetq̄z se
pulchꝛo. Et Hieronymꝰ contra Iouinianuz
scribit.ꝙ cū Valeria rogaretur ſꝫ virū accipe.
rñdit se h̄ nō posse facere: qꝛ pꝛimus adhuc vi/
uebat: q̄zdiu enī inquit vixero: vir meus per
amoꝛē viuet i coꝛde meo. Et iterū ibidē reci/
tat: ꝙ dū Martia Catonis nollet iterū nubere
ꝛ virū defunctū sp̱ lugeret: ꝛ iterrogata quem
diē haberet vltimum luctus: ait. Quē ꝛ vite.
Querere tñ posset hic aliqs. vtrū secūde nup/
tie sint sacramētales. Rñdet Boñ.ꝙ dupliciter
ē loq de secundis nuptijs. aut in se: aut i re
latione ad pꝛimas. Si in se sic. Cū sit ibi con/
sensus expꝛessus iter legitimas p̱sonas: ē vtiq̄z
sacr̄m: nec ē ibi carnis diuisio: sed vnio carnis
viri ꝛ mulieris. Si autē loquamur i cōp̱atione
ad pꝛecedētes: sic manet i eis sacramēti rō icō/
pleta pꝛopter carnis diuisionē: qꝛ i pꝛimis car
nem suā vniuit cū vno: in secūdis cū alio. Et
talis diuisio tollit de plenitudine significatōis.

Tertia rō q̄re melius ē viduitatē seruare est
ꝓpter beneficiū libertatis. vidua enī sua ē dña
ꝛ in pace viuit: ꝛ si virum accipiat discrimini se
exponit: vt foꝛte inueniat irosum: litigiosum ꝛ
se tribulātem. Vnde Hiero. cōtra Iouinia/
num narrat: ꝙ cū quedā rogaretur vt secundo
nuberet: rñdit se hoc non facere: qꝛ bonum ha
buerat viꝝ: ꝛ si secundū acciperet aut ille esset
bonus aut malus. Si bonus: sp̱ eēt in timoꝛe
ne illum p̱deret. Si malus semp̱ eēt in doloꝛe
qꝛ post bonum virū aliū nūq̄z sustineret. Pꝛo
pter assertiōes iā tactas colligi pōt quāta ē pꝛe
emininentia viduitatis. Verūtñ vt pꝛedictum
ē: si que mulieres post viroꝛum moꝛtē volue/
rint nubere faciāt aīo libero. Notandū tamē ꝙ
alique leges dicunt mulierē nō posse nubere i
fra tēpus luctus.i. vnius anni post moꝛtē viri
vt patꝫ. C. de secundis nuptijs.l.i. Tamen p̱
licentiam apostoli ꝛ auctoꝛitatē pōt id fieri ime
diate post moꝛtē: ꝛ infamia nubētis aboletur.
qꝛ in his seculares leges non dedignantur sa/
cros canones imitari. vt patet extra de secūdis
nuptijs.c. super illa.ꝛ.c. cum secundum.

Qualiter cōmēdabilis ē viduitas: tū pꝛo/
pter diuinā visitationē: tū propter acceptatio/
nem: tū ēt p̱p̱ diuinā p̄ceptionē. Cap. 2.

Ecundū mysteriū cōtemplandum de
viduitate dicitur cōmēdatiōis. Osten
dit quantū sit cōmēdabilis triplici rōe
pº rōne diuine visitationis. 2º rōne diuine ac
ceptationis. 3º ratione diuine pꝛeceptionis.

Pꝛimo rōne diuine visitationis: qꝛ deus
viduas gratiosissime visitauit. Vñ.3. Reg.
17. Tēpoꝛe famis missus ē a deo Helias ad
viduā sareptanam: que postq̄z dedit cōmedere
Helie iuxta verbū eius: hydria farine eius n̄
defecit miraculose: ꝛ lechitus olei nō est iminu
tus oībus illis diebus. Et Iudith per totum
hētur q̄z grata fuerit vidua illa oīpotenti deo:
cui tantā cōtulit gratiā vt pꝛop̱ꝛijs manibꝰ iter
ficeret holofernē liberaretq̄z populū ab īpetu ꝛ
furoꝛe illius. Luc. vero.2.c. dicitur ꝙ erat An
na ꝓphetissa vidua vsq̄z ad annos.84. que vi/
xerat cum viro suo annis.7. a virginitate sua.
Et h̄ nō discedebat de templo ieiunijs ꝛ obse/
crationibus seruiēs deo die ac nocte. Huic ie
sus paruulus: sicut ꝛ Symeoni pꝛebuit se vi/
dendū: illāq̄z dignatus est visitare: que confite
batur domino: ꝛ loquebatur de illo omnibus
qui expectabant redēptionē israel. Secūdo
dignitas viduitatis apparet rōne diuine acce/
ptationis. Luc. nāq̄z.21. scribitur quantū acce
pta fuit oblatio vidue paup̱cule: de qua ēt Hie
ro. in ep̄la ad Iulianū sic loquitur. Paup̱cu/
la vidua q̄ duo era misit in gazophilaciū: cun/
ctos i oblatione muneꝝ dei dicit̄ superasse lo/
cupletes: que nō pondere suiꝰ: sed offerentium
volūtatē pensat̄. Tertia rō dr̄ diuie p̄ceptōis.
Dedit nāq̄z deus p̄ceptum omnibus regibus
pꝛincibꝰ iudicibꝰ ꝛ aduocatis: oībusq̄z homi/
nibus vt viduaꝝ causas tuerentur neq̄z illas
oppꝛimerēt ꝛ molestarent. Vñ Esa.i. dñs ait
Querite iudiciū: subuenite opp̄sso: iudicate pu
pillo: defēdite viduā. Et Exo.22. ait. Vidue
ꝛ pupillo non nocebitis. Si leseritis eos voci/
ferabunt ad me: ꝛ ego audiam clamoꝛē eoꝛū:
ꝛ indignabit̄ furoꝛ meus: percutiāq̄z vos gla/
dio: ꝛ erūt vxoꝛes vr̄e vidue: ꝛ filij vr̄i pupilli.
Et p̱ hiere.22. Facite iudiciū ꝛ iusticiā ꝛ libe/
rate vi oppꝛessum de manu calūniatoꝛis. Ad
uenā ꝛ pupillum ꝛ viduā nolite cōtristare: ne
q̄z oppꝛimatis iniq̄z. Et iterū hiere.5. dñs de
his qui viduas sp̱nunt ꝛ abijciunt sic loquitur
Pꝛeterierunt sermones meos pessime. Cām
vidue n̄ iudicauerūt, cām pupilli non dixerūt
ꝛ iudicium paupeꝝ non iudicauerunt. Nūqd
super his nō visitabo dicit dominus: aut sup̱
gentem

gētē huiuſcemodi nō vlciſcetur anima mea. Et Job. 22. ait. Viduas dimiſiſti vacuas ⁊ lacertos pupilloꝝ cōminuiſti, ꝓpterea circundatus es laqueis ⁊ cōturbat te formido ſubita. Jacobus vero. 5. c. ait. Religio vero munda ⁊ immaculata apud deū ⁊ patrē hec eſt. Viſitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione eoꝝ. Sꝫ hodierna die nō ſolū nō viſitantur: qnimo verātur: expoliantur ⁊ turbantur a multis: rapiunt̄ ſua bona ⁊ querunt iuſticiā: nec inueniunt illā Et quod his deterius eſt: vltra damnū reꝝ patiuntur falſas graueſqꝫ criminationes. Taceo reliquas moleſtias que eis inferuntur. O viduaꝝ perſecutores: o lupi rapientes illaꝝ bōa: o crudeles aduocati ⁊ iudices: o falſi notarij: o iniqui teſtes: quis docebit vos fugere a vētura ira. Vt. n. patet ex dictis inter omnia peccata grauia maximū ſcelus eſt opprimere viduas.

Q̄d vidue debent eſſe mortificate ⁊ aliene a cōuerſatione hominū: ac deuotioni feruenter inuigilantes. Capitulum. tertium.

t

Ertiū myſteriū declarandū de viduitate dicit̄ regulatōis. Jn quo ſcire lꝫ ꝙ tres ſunt regule quas vidue ſuare tenent̄. Prima dicitur mortificationis. Secūda cōuerſatōis. Tertia deuotiōis. Pria regula viduaꝝ dicit̄ mortificationis: debēt vidue eſſe mortificate ⁊ caſtigate ieiunijs vigilijs ⁊ diſciplinis: aliter in eis pudicitia tuta eſſe nō pōt Vnde Paulus. i. Thimo. 5. Vidua q̄ in delicijs eſt viuens mortua eſt. Et Hiero. i epiſtola ad Furiā ait. O filia ſi apoſtolus corp⁹ ſuū in ſeruitutē redegit ne cū alijs p̄dicaret ipſe reprobus efficeret: quomodo tu iuuēcula adhuc in feruore iuuentutis poſita dapib⁹ ⁊ vino plena: poteris eſſe de caſtitate ſecura. hec ille. Reprehenſibiles itaqꝫ ſunt vidue ille q̄ ocio vacantes comedūt ⁊ bibūt ſplendide: dormiūt ſatis: polliunt cutē: ⁊ ornant: licet ſe vidualib⁹ īduāt veſtimētis. Secūda regula viduaꝝ dr̄ ꝯuerſationis: dbēt euitare q̄tū poſſunt cōuerſatōeꝫ hominū: nō ſolū ſecularium ſꝫ ſacerdotū ⁊ religioſoꝝ: ac quorūcūqꝫ q ſpiritualē vitā ꝓfitent̄: qm̄ reuera nihil tā viris q̄ꝫ mulierib⁹ adeo ē ꝑiculoſū ſicut crebra ⁊ frequētata etiā ſub ſpecie bōi cōuerſatio ⁊ collocutio maxime vbi etas cōſentit ad viciū. Hinc Hiero. ad Nepotianum ait. Matrē ita tu vide: ne ꝑ illā videre cogaris q̄ruꝫ vultus ita cordi inhereāt: ⁊ tacitū viuat ſub pectore vulnus. Et Johēs baptiſta ſanctā matreꝫ habuit pontificiſqꝫ filius erat: ⁊ tn̄ nec matris affectu nec patris opib⁹ vincebatur: vt i domo parentū cū ꝑiculo viueret caſtitatis. hec ille Et. 32. di. c. hoſpitiolū. Hoſpitiolū tuū aut raro aut nūq̄ꝫ mulieꝝ pedes terant: q2 nō pōt toto corde habitare cū deo: q feminaꝝ acceſſibus copulat̄. Si igit̄ ꝑiculoſū ē viris volentib⁹ ſuire deo cū mulierib⁹ cōuerſari: quāto magis et mulierib⁹ ipſis: q̄ debilioris ſunt animi īferioriſqꝫ nature. Debēt. n. vidue cauere oēs malas ſuſpitōes. Hinc Hiero. ad Saluinā. Caueto oēs ſuſpitōes ⁊ qcqd rationabiliter fingi pōt: ne fingat̄ ante deuita. Debēt adhuc vidue libēter inhabitare domū: audireqꝫ Hie. d. ad Euſtochiū. Rarus tibi ſit egreſſus in publicū matres tibi q̄rant̄ in cubiculo. Et nō tn̄ virorū: ſꝫ ⁊ matronaꝝ nō frequētare domos: cum Hiero. dicat iteꝝ ad Euſtochiū. Nolo habeat̄ cōſortiū matronaꝝ: nolo ad nobiliū accedas domos: nolo te frequēter videri: vt cōtēnas qd eē noluiſti. Cur facis iniuriā viro tuo. Ad hois cōiugē dei ſponſa qd ꝓperas. Diſce i hac pte ſanctā ſupbiā. Scito te illis eſſe meliorē. h ille.

Tertia regula viduaꝝ dicit̄ deuotōis. Debēt itaqꝫ eſſe deuote timētes: diligētes: deſiderantes: ⁊ colētes deū. Vn̄ ⁊ apl'us. i. Thi. 5. ait. Si q̄ vidua filios aut nepotes hꝫ: diſcat primo domū ſuā regere: ⁊ mutuā vicē reddere parētibus. Hoc. n. acceptū eſt corā deo. Que autē vere vidua ē ⁊ deſolata: ſperet in deū ⁊ inſtet obſecrationibus ⁊ orationib⁹ die ac nocte. Huiuſmodi viduis cōpatit̄ deus: eaſqꝫ cōſolat̄ tribuens in hoc ſeculo ſuā gratiā: ⁊ in futuro ſempiternā gloriā: in qua viuit ⁊ regnat deus per infinita ſecula ſeculorum. Amē.

Feria ſexta quarte hebdomade in quadrageſima: de diuinitate domini noſtri ieſu chriſti: q licet verus fuerit homo: fuit etiā verus deus: eiuſdem cū patre ⁊ ſpiritu ſancto nature.

Sermo. 52.

t

Tes chriſtus filius dei viui qui in hūc mundū veniſti. Scribunt̄ h vba Joh. xi. c. ⁊ in euāgelio hodierno. Deridet̄ tā a gentilib⁹ q̄ꝫ a iudeis imaculata fides noſtra: quoniā p̄dicat confitet̄ ⁊ adorat xp̄m crucifixū tāq̄ꝫ veꝝ deū dominatorē celi ⁊ terre. Verūtamē Vitas iſta tā multipliciter ē declarata: vt ampli⁹ merito negari nō poſſit. Ad confuſionē tn̄ omniū eoꝝ q cōtrariū tenent: aſſeruntqꝫ xp̄m puꝝ hominē

fuisse nō deū: in p̄senti ꝑmone curabim⁹ ostēde/
re q̄ xp̄s ē verus deus dei fili⁹ ab eterno a pa/
tre genitus: eiusdem cū patre ⁊ spiritu scō sub/
stantie siue nature. Et diffuse de sua diuinitate
loquemur. Illā confitebat̄ deuotissima Mar/
tha cuȝ dicebat vba p̄missa in temate. Quare
cū omnib⁹ veritas elucescat q̄ filius vginis q
pro nobis in cruce pependit fuerit deus ver⁹:
diuinitatē eius tripliciter insinuabimus.
Primo auctoritate.
Secundo experimento.
Tertio ratione.

Quomodo auctoritate veteris testamenti ⁊
Sybillarū ostenditur christum verū deū ⁊ ho/
minē fuisse.

Capitulum. .I.

P Rimo insinuem⁹ auctoritate q̄ chri/
stus fuerit verus deus. Et adduci pos/
sunt vtriusqȝ pagine scripture veteris
scilicet ac noui testamenti. Unde Esaias nono
capitulo ait. Paruulus natus est nobis: ⁊ fi/
lius datus est nobis: p̄ hec vba pronuncians
christi humanitateȝ. Deinde sequit̄. Et vocabi
tur nomē eius admirabilis cōsiliarius: de⁹ for
tis: pater futuri seculi: princeps pacis. Et vt di
cit Nicolaus de lira. Trāslatio septuaginta in/
terpretū habet: ⁊ vocabitur nomē eius magni
consilij angelus. Et trāslatio caldaica dic̄. Et
vocabit̄ nomen eius p̄manens i secula Mes/
sias: in quibus verbis exprimit̄ christi diuini/
tas. Et Hiere. 23. scribit̄. Ecce dies veniunt
dicit dominus ⁊ suscitabo Dauid. g. iu. Trās
latio chaldaica habet: statuā Messiam iustum.
Et sequitur. Et hoc ē nomē qd̄ vocabunt euȝ
domin⁹ iustus noster. Et secundū Nicolaum
de lira vbi nos ponimus dominus: i hebreo
ponitur nomen dei Tetragrāmaton: qd̄ ē no/
men significans solam essentiā vnā diuinā vt
dicit Rabbi Salomon: per hec vero vba diui
nitas ⁊ humanitas christi manifestat̄. Et Ba
ruch. 3. c. Hic ē deus noster: ⁊ nō estimabitur
alius ad illū. Post hec in terris visus ē ⁊ cuȝ
hominib⁹ cōuersatus est. Et Sybilla erythrea
vt Augu. meminit. 18. lib. de ciui. dei. versus
quosdam cōposuit de fine mūdi. Quorū prime
littere iuncte sonāt. Jesus christus fili⁹ dei sal/
uator. Alie etiā Sybille nascituru p̄dixerūt xp̄ȝ
filiū dei de virgine imaculata. Hec oēs secūdū
hysido. ethimol. li. Et Lactantiū in. i. lib. diui
narū insti. decē fuere. Prima p̄sica q̄ fuit de per
sis. Secūda lybica. Tertia delphica in templo
delphici Apollinis genita q̄ ante troiana bella
vaticinata est: cuius plurimos vsus operi suo
Homerus inseruit. Quarta chymeria i Ita/
lia. Quinta erythrea: de q̄ Pauloante tactū ē
nomine. Erophila in Babylone orta: q̄ grecis
Ilion petentibus vaticinata est perituraȝ esse
Troiaȝ: ⁊ Homerū mēdacia scripturū. Dicta
autē erythrea q2 in eadē insula eius inuēta sunt
carmina. Sexta Samia a Samo insula vñ fuit
cognominata. Septima cumana q̄ ⁊ cumia: de
qua Virgilius. Ultima cumei venit iā carmi
nis etas: dicta autē cumana a cumis ciuitate q̄
est in cāpania: cuius sepulchrū adhuc ē in sici/
lia. Octaua hellespontia: in agro troiano nata.
Nona phrygia. Decima tyburtina. Ab his
omnibus diuinitas christi p̄ multa ante tempo
ra q̄ȝ in vteruȝ virginis descendisset, p̄phetata
fuit. Quarū dicta ⁊ si simul collecta legeriȝ: ta/
men q2 vnde originaliter fuissent extracta inue
nire nō potui: hic minime volui inserere: p̄ter
illud qd̄ dictū ē p̄ Aug. de Sybilla erythrea.
Memini etiā me legisse ⁊ vidisse in castro pa/
piensi p̄phetiā Sybille delphice: q̄ de christo
sic cōtinebat. In vltima etate humiliabit̄ de⁹: ⁊
humiliabit̄ p̄les diuina: iungetur humanitati dei
tas: ⁊ puellari officio educabit̄ deus ⁊ hō. Si/
gna p̄cedent apud iudeos mulier vetustissima
scilicet Helisabeth puerū concipiet: stella orbis
mirabit̄: ducatū p̄stabit. s. magis: ad ortū. s. xp̄i
Hic habens pedes. i. annos. 33. eliget sibi de
piscatoribus eiectis numerū duodenar ū: vnū/
qȝ diabolū. s. Judā: nō i gladio bellone Enea
dē vrbē: regesqȝ subijciet: sȝ in hamo piscato/
ris deiectōe ⁊ paup̄ie sup̄abit diuitias: ⁊ super
biā cōculcabit: huic quattuor aialia. i. euāgeli/
ste surgent in testimoniū: sectātes iusticiā legē
qȝ irreprehensibilē: huic cōtradicet a bestia. s.
antixp̄o: ⁊ surget stella mira. i. pau. q̄ttuor aia
liuȝ hñs imaginē. Erit aūt bestia horribilis. s.
Maugmeth ab oriente veniēs: cuius rugitus
vsqȝ ad gētes punicas audietur: hucusqȝ Si/
bylla: q̄ satis apte diuinitatē christi p̄nūciauit.
In historijs vo romanorū legit̄ q̄ t̄p̄e Cōstāti
ni iperatoris ⁊ Helene matris eius inuentuȝ
fuit in ciuitate Cōstantinopolitana sepulchruȝ
quoddā in quo iacebat homo laminā aureā ha
bens in pectore: in qua scriptū erat. Jesus xp̄s
filius dei nascet̄ de vgine Maria. Credo i eū
O sol sub Cōstantini ⁊ Helene temporibus
iterū me videbis. Simile exēplū inuenitur, in
cronicis regū castelle. Dicitur eniȝ ibi q̄ apud
Toletum

Toletū in quodā saxo inuentus est liber satis vetustus: q scriptus erat littera hebraica: greca et latina: loquens de triplici mūdo mystico. Et in illo inter cetera dicebatur. In principio tertij mundi xp̄s filius dei nascetur de virgine Maria: et pro salute hominum patictur. At et Chalcidius super. 2. Thimei Platonis de stella que apparuit magis in ortu christi sic loquitur. Nō fuit stella illa morbū et mortē denuncians sed aduentū dei venerabilis: quā cū suspexissent chaldeorum profecto viri sapientes et in consideratione rerum celestiū satis exercitati que sisse dicuntur recentē ortū dei. Josephus vero in 18. antiquitatū li. de xp̄o ait. Fuit autē predictis temporibus sapiens vir: si virū eū nominare fas est. Erat enim mirabiliū operū effector: et doctor hominū eorū qui libenter que vera sunt audiunt: et multos quidem iudeorum: multos quoq; ex gentilibus sibi adiunxit. christus hic erat. Hunc accusatione primorum nostre gentis virorum: cum Pilatus in cruce agendum decreuisset: nō deseruerunt hi qui ab initio dilexerunt eum. Apparuit enim eis tertia die iterum viuens scdm q diuinitus inspirati prophete vel hec vel alia de eo innumera miracula predixerunt. Angelus autem qui virgini conceptum nascituri dei nunciauit. Luc. i. c. subdidit. Quod enim ex te nascetur sanctum vocabitur filius dei. Et Johes baptista de christi diuinitate sic dixit. Vidi et testimonium perhibui: quia hic est filius dei. Idipsum dixit Nathanael Joh. i. et Petrus Math. 16. Audiamus iterum et Paulum Heb. i. c. Multipharism multisq; modis olim deus loquens patribus in prophetis nouissime diebus istis locutus est nobis in filio: quē constituit heredem vniuersorum: per quē fecit et secula. Et Ro. j. Quod ante promiserat per prophetas in scripturis sanctis de filio suo Et ad Titū. 2. Apparuit gratia saluatoris nostri dei. Et ne prolixitate dicendi tedium audientibus ingeratur: dimissis alijs testimonijs que christum acclamant deum verum: subnotabimus vocem illam paternā: que insonuit in monte vt patet Math. 17. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui ipsum audite. Et Joānis. 12. cū christus dixisset. Pater clarifica filium tuū: audita est vox de celo. Et clarificaui: et iterum clarificabo. Et quidam de turba confusum sonū illius vocis audientes dicebant tonitruum factum esse. Alij autem dicebant angelum illi fuisse locutum. Sed nō desunt heretici maledicti: scilicet Cherintus Hebion Paulus Samoscetanus Fotinus et alij qui secundum Tho. in. 4. summe contra gentiles tam preclara validissimaq; de christi diuinitate testimonia infirmare: et deijcere satagūt. Aiunt enim q de similibus idem est iudiciū Sed omnes illi in quibus deus inhabitat per gratiam vocantur in scripturis filij dei per nuncupationem et adoptionem: et tamen non sunt eiusdem nature siue substantie cū ipso deo: ergo a simili dicetur de christo q est dei filius per participationē: per adoptionem: vel nuncupationem: nō autem per naturam. Probare autem possumus per scripturas q iusti vocātur dei filij et dij. Vnde David in psalmis ait. Ego dixi dij estis: et filij excelsi oēs. Et Joannis. i. ca. dicitur. Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Et Joannis. x. Illos dixit ad quos sermo dei factus est. Et prime sue canonice. ca. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis deus: vt filij dei nominemur et simus. Et Ro. 8. Ipse. n. spiritus testimonium reddit spiritui nostro q sumus filij dei. Et Jac. i. Voluntarie. n. genuit nos verbo veritatis. Huiusmodi probationibus heretici venenosi suū virus effuderunt. Contra quos egregius Augu. in li. de ecclesiasticis dog. de christo ita loquitur. Natus est scdm veritatē nature ex deo dei filius: natus est secundum veritatē nature ex homine hominis filius: vt non appellatione: nō adoptione: sed natura in vtraq; natiuitate nascendo filij nomen haberet. Ex quo dicto doc. theologi. dis. x. tertij li. colligunt vnam propositionē: q hec locutio: christus filius dei per adoptionē nullo modo est admittenda: siue proferatur simpliciter siue cū determinatione: vtpote si addatur inquātū homo: quia filiatio respicit psonā eo q xp̄s est vnus filius et non duo filij: licet in eo sint due natiuitates. s. eterna et temporalis. Adoptio aūt presupponit quādā extraneitatem: que nullo mō couenire pōt psone xp̄i. Ad illud vero q heretici obijciūt s. de similibus idē esse iudiciū. Rn̄det Tho. i 4. li. summe cōtra gētiles. Quod aliter scriptura loquitur de xp̄o q sit filius dei: aliter de nobis. De ipso enim dixit Joh. 3. et Joh. 6. q descēdit de celo: ergo erat antequam de celo descendisset. Dicit eum vnigenitum Joannis. i. Et Joannis octauo ipse dixit. Antequā Abrahā fieret ego sum: que omnia diuinitatis eius veritatem ostendunt.

Qđ experimēto miraculoꝝ xp̄i ostendit᷑ ei⁹ diuinitas. tū pp̄ speciē opeꝝ. tū pp̄ modū. tum pp̄ documētum. Capitulum. .2.

[s]Ecundo insinuemus experimēto vl' exē plo q̄ xp̄s fuerit verus deus eiusdem cum patre nature. Et de hoc ipse xp̄s dixit iudeis in tēplo i porticu Salomonis qñ circūdederūt eū interrogantes si esset xp̄s. Loquor vobis ⁊ nō creditis: opa que ego facio i noīe patris mei: hec testimoniū phibent đ me. Joh. x. Et cū ꝓpter huiusmodi v̄ba voluissēt eum lapidare dixit. Vos dicitis q2 blasfemo q2 dixi filius dei sum. Si non facio opa p̄ris mei: nolite credere mihi. Si aūt facio ⁊ si non creditis mihi: opibus credite: vt cognoscatis ⁊ credatis: q2 pater in me est ⁊ ego i p̄re. Ex hoc dicit Tho. in. 3. pte. q. 43. Qđ miracula xp̄i fuerūt sufficiens testimoniū diuinitatis sue ꝓpter tria. primo pp̄ speciē opeꝝ. 2o pp̄ modū. tertio pp̄ documētū. Primo pp̄ speciē opeꝝ que transcendebāt oēm ptātem create nature propterea fieri nō poterat nisi virtute diuina. Vñ Jo. 9. Cecus illuminatus dicebat. A seculo non ē auditum: q2 aperuit quis oculos ceci nati: nisi eēt hic a deo non poterat hec signa facere. Scđo miracl'a q̄ fecit xp̄s fuerūt suffi/cies testimoniū diuinitatis sue: q2 faciebat mi/racula ꝓpria virtute ⁊ auctoritate. Vñ Luce. 6. scriptū ē. virtus de illo exibat ⁊ sanabat oēs Et Luce. 7. Resuscitans adolescētulum: ipa/tiue locutus ē. Adolescens tibi dico surge. Et qñ resuscitauit Lazaꝝ Jo. 11. ait Lazare veni foras. Neq3 audiēdi sūt q dixerunt animā beatam: ⁊ precipue aīam xp̄i virtute propria posse miracula facere: qm̄ vt dicit Ric. di. 14. 3. li. Miracula non possunt fieri aliqua creata vir/tute. Vnde q̄uis xp̄s q2 est deus ⁊ hō: possit rōne diuine potētie miracula facere: hoc tamen aīa eius non. Vnde Ric. li. i. de trinitate. c. 2. ait. Illa prodigia ⁊ signa que fuerunt facta ad confirmationē fidei nostre: nō nisi per diuinā virtutē fieri potuerūt. Et si dicat᷑ q̄ in suscitatōne Lazari xp̄s egit gr̄as deo patri. Rñdetur q̄ aliud ē gr̄as referre: ⁊ aliud suffragiū impe/trare. propterea xp̄s dixit loquens ad patrem. Ego. n. sciebam q̄ sp̄ me audis: sed pp̄ popu/lum qui circūstat dixi: vt credant q2 tu me misisti. Ideo ipetratiua voce clamauit. Lazare ve/ni foras. Alij v̄o q miracula fecerūt nō ea fecere virtute propria: sed v̄tute dei vel v̄tute ipsius xp̄i icarnati. Vñ ⁊ Petrus vt scribit᷑ i actibus apl'oꝝ dixit ei qui. 40. annis i:cueret ifir/mus ad portā templi. In noīe iesu surge ⁊ ambula. Tertio miracula fūt sufficiens testimoniū xp̄i diuinitatis pp̄ documentū: q2 filiū dei se p̄dicabat. Vñ Jo. 5. dixit. Pater me⁹ vsq3 modo opatur: ⁊ ego opor. Et Jo. 6. Sicut misit me viuens pater ⁊ ego viuo pp̄ patre3. Et Jo. 7. Si me sciretis forsitan ⁊ patrē meū sci/retis. Et Jo. 8. Ego ⁊ pater vnū sumus. Et Jo. 16. Exiui a patre ⁊ veni i mundū: iterum relinquo mundū ⁊ vado ad patrem. Nisi hoc fuisset verū nequaq̄3 ei astitisset diuina virtus i miraculoꝝ patratione. Nam impossibile ē ip̄3 deum tā scelesto mendatio ferre testimoniu3 p opa ifinite virtutis: que sūt miracula vera. Et hoc Gregorius in omelia de ep̄hia cōtra du/ros iudeos sic pulchre loquit᷑. O ia elemēta auctorem suū venisse testata sunt. Vt eni de his q̄si quodā humano vsu loquar deū hūc celi eē cognouerūt: q2 protinus stellā miserūt. Mar co/gnouit: q2 sub eius plantis se calcabile p̄buit. Terra cognouit: q2 contremuit. Sol cognouit q2 lucis sue radios abscondit. Saxa ⁊ parietes cognouerūt q2 tpe mortis eius scissa sūt. Infernus cognouit: q2 hos quos tenebat captiuos reddidit. Et tamē hunc quem deū oīa elemen/ta insensibilia senserūt: adhuc ifideliū iudeoru3 corda deū eē minime agnoscūt: ⁊ duriora saxis ad pniam scindi nolunt: cūq3 cōfiteri abnegāt quē elementa vt diximus aut signis aut scissionibus deum clamant.

Qđ apparet diuinitas xp̄i rōne sanctificationis aīaru3: remissionis peccatorum: ⁊ produ/ctionis mundi. Capitulum. 3.

[t]Ertio ifinuemus diuinitatem xp̄i rōne. Quecūq3. n. attribuūt᷑ s̄m veritatē alicui illa que nō possunt conueīre nisi soli deo: ille ē deus. Sed xp̄o attribuunt᷑ scđm veritatē ea que ꝯueniūt soli deo: ergo ipse ē deus. Sunt āt illa pricipalia tria. Primū ē aīaꝝ sanctificatio. Secūdū peccatoꝝ remissio. Ter/tiū mūdi productio. Primū qđ deo cōuenit est aīaꝝ sanctificatio. Ideo ipse Leuitici. 19. c. ait. Ego dn̄s qui sanctifico vos. Hoc ipsum dicit᷑ de xp̄o. Vnde Heb. vltio. Jesus vt sanctificaret p suū sanguinē populū extra portam passus ē. Secūdū qđ deo ꝯuenit est peccatorū remissio: propterea p Esa. 43. ipse sic loqtur. Ego sū qui deleo iniqtates vestras. Sed ⁊ de xp̄o. Math. 2. angelus dixit Joseph. Ip̄e. n. saluū faciet populū suū a peccatis coꝝ. Ex hoc

Math. 9.

Math.9.c.hētur. Qō cuȝ quidam ex scribis murmurarent intra se: q2 xp̄s dixerat paralitico. Confide fili remittunť tibi peccata tua. xp̄s rńdit. Ut qd cogitatis mala i cordibus vestris Quid est facilius dicere: remittunť tibi peccata tua. an dicere. surge ⁊ ambula. Ut sciatis āt q2 filius hōis hȝ ptātem dimittendi peccata: tūc ait paralitico: surge tolle lectū tuū m: ⁊ vade in domū tuā. Tertiū qđ deo conuenit est mundi productio. Hinc est quod per Esa.48.c.ait. Ego ipse: ego primus ⁊ ego nouissimus. Manus quoqȝ mea fundauit terrā: ⁊ dextera mea mensa est celos. Sed de xp̄o ēt dicit Joan.i. In pricipio erat ūbum ⁊ ifra. Oia per ipsum facta sunt ⁊ sine ipso factū ē nihil. Et mundus p ipsum factus ē: ⁊ mundus eū non cognouit: Nō cognouerūt iudei: q2 in ꝓpria venit ⁊ sui eū non receperūt. Non cognoscūt ifideles: q2 ip̄m purū hominē existimantes deū verū adorare recusant. Non cognoscūt ⁊ mali xp̄iani: qui ut dicit Paulꝰ ad Titū.2. Confitenť se nosse deo: factis aūt negant. O mundanorū supbia detestanda. O temeraria mētis humane curiositas. O deniqȝ ingratitudo maligna. Certe ille q in cuna vagiit: i presepio pānis fuit inuolutus: in terris cū hoibus conuersatus ē: i cruce in medio latronū pepēdit: in sepulchro vsqȝ in diē tertiū latuit: ipse verus deus ē: qui a mortuis resurgēs ascēdit in celū: ⁊ sedet a dextris dei. Ip̄e pp nimiā charitatē suā qua dilexit nos cū in forma dei eēt: nō rapinam arbitratus est esse se equalē deo. Exinaniuit semetip̄m formā serui accipiēs: in similitudinē hoium factꝰ ⁊ habitu inuētus vt hō. vt dr̄ Phi.2.c. O inmēsa pietas. O ardētissima charitas p̄ris nostri dei. de quo dr̄ Joh.3. Sic deus dilexit mūduȝ vt filiuȝ suū vnigenitū daret ut ois q credit in illū non peat: sed habeat vitā eternaȝ. Hoc Greg. ꝯsiderās xp̄m i cruce nudatū: clauis ꝯfossum ⁊ vulneribus plenū: coronatū spinis: extinctū morte crudeli: cū admiratōe ad deuȝ ac pietate clamabat. O iestimabilis dilectio charitatis: vt seruū redimeres filiū tradisti. Nos ūo cū ipso tam feruidū amorē recolentes referamus grās benefactori nostro deo ⁊ domino iesu xp̄o: cui sit laus ⁊ gloria per infinita seculorum secula. Amen.

Sabbato q̄rte hebdomade i q̄dragesima. đ ūitate q̄litate seu tpalitate horribilꝰ illiꝰ bestie. s. ātixp̄i: q appebit i vltimis tpibꝰ cū ꝯsumata fuerit iniqtas hominum. Capitulū. 53.

Ego sum lux mūdi:

Qui sequiť me nō ābulat in tenebris. ūba sunt redemptoris nostri: originaliť scripta Jo.8.c. ⁊ i euāgelio hodierno. In vltimis tpibus cuȝ cōsumata erit iniquitas hominū apparebit deo pmittēte horribilis illa bestia que vocabulo cōi diciť antixp̄s. s. xp̄o ꝯtrarius: propterea saluator noster premonuit oēs vt solidi eēnt atqȝ constantes in fide: neqȝ desererent ipsum saluatorē: qui ūbo ⁊ exemplo salutis viā nobis ostēdit. Erat eni lux vera que illuminat oēm hoiem venientē in hunc mūdū. Joh.i. Qm̄ āt tpe psecutionis antixp̄i multi đficient: qui xp̄m delinquentes ⁊ antixp̄m sequēť ⁊ colent: currentqȝ luce relicta post tenebras errorū ac vitiorū. Idcirco i p̄n̄ti sermōe pro eruditione p̄n̄tium de antixp̄o erimus tractaturi: eo q̄ non ipse sed xp̄s est oi studio atqȝ conatu sequendus. De ipsoqȝ antixp̄o tria mysteria principalia declarabimus.

Primum dicitur veritatis.
Secundum qualitatis.
Tertium temporalitatis.

Qō p auctoritates scripture ⁊ testimonia sanctorū oñdiť futurus antixp̄s. Caplm. 1.

Primū mysteriū de antixp̄o declarandū diciť veritatis: in quo apte debemꝰ ostendere qualiter verū est q̄ antixp̄us sit venturus: q ecclesiā dei arctius expugnabit ⁊ xp̄ianos crudelissime psequeť q̄ȝ fecerit vnq̄ȝ qcunqȝ alius xp̄iani nominis inimicus. Ad hoc āt ꝓbandū sunt auctoritates scripture ⁊ sanctorum testimonia que sequunť. Scribiť nāqȝ Gen.49.c. q̄ Jacob patriarcha i extremo vite sue p̄dicens filiis que ventura erāt dixit de Dan. Fiat dan coluber i via cerastes in semita: mordens vngulas equi vt cadat assessor eiꝰ retro. Et licet vt dicit magister i histori(j)s scholasticis itelligant iudei hāc prophetiā đ Sansone: qui fuit de tribu dan. vt pȝ Judic.31. Et iudicauit populū vt habeť ibi.16.c. tamē glo. ordinaria dicit ibi. sic Dan non solū coluber sȝ cerastes vocať: qui s̄pens eē cornutus phibeť: quo digne antixp̄i aduentus asseriť: qm̄ cōtra sanctos morsu pestifero ⁊ cornu ptātis armabitur. Ambrosius ūo li. de benedictione patriarcharū. dicit prefatā prophetiaȝ de antixp̄o dei ē itelligi. ait eni. Antixp̄s futurꝰ ē de tribu dan cuius iudex ⁊ tyrannus imanis qui populum

iudicabit: ⁊ tanq̄ꝫ sedens in via serpens deijce
re tēptabit eos q̄ꝛ viā ambulant veritatis. hec il
le. Sicut eni duodeci fuerūt apl'i: de quoꝝ nu/
mero cecidit vnus: loco cuius successit Ma/
thias: sic in numero duodeci tribuuꝫ filioꝝum
israel vna tribus ruit. s. dan. que i antixp̄o ꝑse
quet' xp̄m. loco cuius Apoc. 7. in visione bea
ti Joh. supplet' tribus Manassen: q fuit filius
Joseph. vt dicit' Gen̄. 38. Quar' ꝓphetia Ja
cob recte ꝓnunciauit antixp̄m futurū. Daniel
vo. xi. c. ita inquit. Adhuc aliud tp̄s erit. s. an
tixp̄i. sm̄ Nicolaum de lira. ⁊ faciet rex. i. anti
xp̄s iuxta voluntatē suam ⁊ eleuabit' ⁊ magnifi
cabitur aduersum oēm deū: ⁊ aduersum deuꝫ
deoꝝ loquet' magnifica: ⁊ diriget'. i. prospera/
bit' donec cōpleat' iracūdia. s. dei ꝑpetrata qppe
cõicauit Judã quẽ sciebat ꝓditorẽ: ne peccatũ eius occultũ panderet: vt dicit̃. i. q. i. c. xp̃s. ⁊ 7. q. i. c. aduersitas. Jlli ergo q cũ pctõ morta li cõicare ꝓsumũt: Jude similes efficiunt̃. Se cunda mũdicia necessaria cõicare volẽtib⁹ dici tur cõfessionalis. Debet nãqȝ qs ante sacramẽ ti susceptionẽ mũdare se per cõfessionem factã sacerdoti. Sed hic dubitare ꝯtingit. vtrũ con/ tritus non cõfessus peccet mortaliter cõicãdo. Et rñdet Ric. ꝙ distinguendũ ẽ: qr aut talis hȝ copiam confessoris idonei: ⁊ tempus suffi ciens ad cõfitendum: ⁊ loquelam liberam: aut non. Primo suscipiendo hoc sacramẽtũ mor/ taliter peccat: qr ad hoc ꝙ homo sit dignus hoc sacramẽtũ suscipe: reqritur ꝙ recõciliet̃ deo ⁊ ecclesie: que recõciliatio ẽ ꝑ cõfessionẽ ⁊ abso lutionẽ. Secũdo modo subdistinguendũ est: qr aut iminet scandalũ ꝑsone sue: aut cõis: hoc est populi: aut qr iam incepit sacrũ mysterium si sacerdos est: ⁊ in quolibet istoꝝ casuũ licitũ ẽ cõicare cũ ꝓposito cõfitendi. Si tñ nõ adest ali qs ꝑdictorũ casuũ tenet̃ expectare quousqȝ ha/ beat copiã cõfessoris. Tertia mũditia q̃ reqri tur i volẽtibus cõicare dicit̃ corporal̃. Pro cu ius itelligentia notandũ fm Bon. ⁊ Ric. i. 4 di. 9. ꝙ alia est imundicia corꝑalis que ẽ cõiũ/ cta spũali: sicut pollutio ꝓueniẽs ex crapula: vl̃ ex turpibus cogitationibus ꝑcedentibus: ⁊ cũ hac nõ lȝ ad sacramẽtũ accedere. Alia ẽ imun/ ditia pure corꝑalis nullũ horrorẽ imũdicie i aia generãs: vt imũditia in pede: ⁊ hec nõ ipedit. Vnde pollutio ꝓueniens ex ifirmitate: vel de bilitate nature nõ ipedit vsum sacramẽti: licet laudabile sit ob reuerẽtiam abstinere. Similit̃ imũditia mẽstruoꝝ nõ ꝓhibet mulierẽ cõicare qr ẽ imũdicia pure naturalis. Simile põt dici de illa ifirmitate que Leuitici. 15. vocat̃ flux⁹ seminis. Et si diceret̃ ꝙ tales i veteri lege re/ putabant̃ imũdi: ⁊ arcebant̃ ab ingressu i tem/ plũ: ⁊ ab esu agni. Rñdent prefati doc. ꝙ istõ non tenet̃ hodie: qr lex data ẽ in onus ⁊ i figu/ ra: ⁊ per illas imũdicias significabant̃ imundi tie spũales. Dicit tamẽ Bon. ꝙ deus diligit mũdiciã corporalẽ que excitat deuotionẽ men tis: ⁊ abhominat̃ imũditiã corporalẽ: que ẽ via ad irreuerẽtiã mentis. vnde q imũdis mani/ bus tractaret corpus xp̃i propter irreuerẽtiaȝ sacramẽti nõ eẽt imunis a peccato. Secũduȝ principale qđ requirit̃ ⁊ ẽ necessariũ cõicantib⁹ dicit̃ diligentia: que adhuc triplex eẽ põt. Pri ma ẽ diligentia examinatõis. Debet quidẽ qli bet q vult cõicare exaĩare diligenter seipsum: vt cõfiteat̃ de oĩbus peccatis mortalibus de q/ b⁹ memor eẽ põt: qm̃ siqs omisisset cõfiteri ali qđ peccatũ mortale ꝓpter suã voluntariã negli gentiã: lȝ ꝑsuaderet sibi ꝙ ꝓpter cõfessionem alioꝝ eẽt mundus: cõicando peccaret mortalit̃ ⁊ siqs facta diligentia sua nõ recordaret̃ nisi đ vno peccato: ⁊ de illo dũtaxat cõfiteret̃ i ꝑticu/ lari: ⁊ de oblitis in generali cõicando graȝ xp̃i obtineret fm Scotum i. 4. di. 9. Jmmo mul/ totiẽs oblita peccata ꝟtute sacramẽti ad memo riã reducunt̃. Et tũc tenet̃ homo post susceptũ corpus xp̃i q̃ȝcitius põt cõfiteri de illis i spãli: quod ẽt tactũ est a nobis: dũ diximus de reite/ ratione cõfessionis. Secũda diligentia ẽ fer/ uentis oratõis. Debẽt vtiqȝ q cõicare habent per aliquod spaciũ ante orare feruẽter. Ter tia diligẽtia ẽ pie meditationis. Debent ẽt pie meditari ⁊ contẽplari clementiam ⁊ amorẽ do mini nostri iesu xp̃i qui nobiscum eẽ dignat̃ in venerabili sacramẽto. Tertium quod ẽ neces sariũ cõicantibus dicit̃ reuerẽtia. Debent nan qȝ corpus christi sumere cũ reuerẽtia ⁊ honore genuflexi videlicet ⁊ pectora sua tundẽtes. di. Cẽturionis verba Math. 8. Dñe nõ sum di gnus ⁊c̃. Et de hoc deuotissimũ est exẽpluȝ il/ lud: menteqȝ sollicita speculandũ: quod de bea to Hiero. Eusebius in eius transitu narrat. Scribit eni sic. Quidã frater ad locũ accedens sanctissimũ corpus iesu christi secuȝ tulit: quod vbi Hiero. vir dñi videre potuit: nobis ei au xiliantibus ꝓstrauit se in terrã pronus ⁊ vo ce ⁊ lachrymis quãtũ poterat clamabat. d. Do mine quis ego sum vt sim dignus ꝙ sub tectũ meũ intres. Meruit hoc peccator homo. Cer te dñe non sum dignus. Nũqd ego melior suȝ q̃ȝ oẽs patres mei. Tu Moysi noluisti vno ictu oculi te mõstrare. Cur nunc tm̃ te humili/ as: ⁊ patiaris ad hoiem descendere publicanũ ⁊ peccatorẽ. Cũqȝ proximus eẽt sacerdos: eri gens se vir religiosus genib⁹ flexis cũ cunctis tenẽtibus magnis lachrymis ⁊ suspirijs: ⁊ q̃ȝ pluries ꝑcutiens pectus suũ dixit. Tu es dñs meus ⁊ deus meus q pro me passus es: an for te alius. Certe tu es ille: qui cũ deus esses sol⁹ ante tpa ⁊ sine pricipio genitus a deo patre eter na ⁊ iuestigabili generatõe: q cum ipso patre ⁊ spiritu sancto vnus deus es ꝑmanens illđ qđ eras ⁊ es. Jntra vnius puelle corpusculum te clausisti factus homo. Tu nempe es ille quem in Jordane baptizante Joanne vox subito pa

terna celitus intonuit. Hic inquiens est filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et spiritus sanctus in te in colū be specie descendēs te esse vnum cū patre ⁊ idē in substantia declarauit. Tu bone iesu ꝓ me crucis tam grandis in tuo isto quod cerno pīis corpore supertulisti supplicium: vt mortē quaꝫ meis incurreram flagitijs interimeres: ⁊ animas antiquorū quas dudum diabolica negtia infernalibus mansionibus detinebat recuparares: ⁊ totam humanam naturā: que corruerat in mortē perpetuam: tuo cuꝫ ipsa pacificato patre: ad vitaꝫ interminabileꝫ reuocares. Tu es vita vitalis ⁊ amabilis: atqꝫ iucunda. Multaqꝫ alia addidit verba mysterijs deuotissimis plēa quibus finitis vir domini gloriosus sacramentum suscipiens ad terram supinus rediȷt. Deinde manus in modum crucis supra pectus tenens Symeonis ꝓphete vaticinium decātauit. Quo finito appente luce quadam mirabili ex hac vita migrauit. Elaboremus itaqꝫ oēs: vt cū omni deuotione qua possumus sacramētum hoc frequentemus: vt sic mereamur ī hoc seculo participes fieri diuine gratie: ⁊ in futuro sempiterne glorie: in qua videbimus deum sicuti est: qui viuit ⁊ regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Dominica oliuarum in mane. de contemptu mundi: ad quem nos xp̄s rex regum induxit verbo pariter ⁊ exemplo. Sermo. .62.

Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinā. Scribunt hec verba Math. 21.c. ⁊ in euāgelio hodierno. Inuigilādum ē accuratissime ab oibus nobis: ne decipiamur a blāditijs ꝓditoris mūdi. Allicit eqdem nos apparenti suauitate: dulciqꝫ armonia bonorū tpalium. Cui si pbuerimus aures mentis immemores facti glorie celestis: ruemus in pelagus vastissimū inferni tenebrosi: sicut illi qui syrenarū cantus nō curāt euitare. De qbus sic dicit Hiero. ad matrem ⁊ filiam in galijs cōmorantes. Narrant gentilium fabule cātibus syrenarum nautas in saxa precipites. ⁊ ad Orphei citharā arbores bestiasqꝫ: vt silicū dura mollita. Hinc ⁊ Hiero. ī prologo Josue dicit. Nos ad patriam festinātes mortiferos syrenarum cantus surda debemus aure ptransire. Propterea saluator noster in oī vita sua vbo pariter ⁊ exemplo contēnere mundū nos docuit. Pro cuius cōtēptu hac die mansuetus ⁊ humilis sedere voluit super asinam. Et qm̄ rarissimi sunt qui eius exēplum sequātur: pluresqꝫ inueniunt dilectores ꝙ̄ contēptores mundi. Iccirco in presenti sermone de mundi cōtēptu dicemus: notabimus qꝫ tres principales rōnes quare sit cōtēnēdus

Prima rō dicit diuine ordinationis.
Secunda finalis consūmationis.
Tertia maligne conditionis.

Quod mundus contēnendus est: eo ꝙ deus ita ordinauit: ⁊ de causa productiua mundi ⁊ tēpore ac vnitate. Capitulum. .j.

Prima rō quare cōtēnēdus ē mūdus dicit diuine ordinationis. Ordinauit enim deus vt hō diligeret ipsum deum summum bonū: non āt mundum. Vn̄ magister sen. i. di. secundi li. ait. Fecit deus rōnalē creaturā vt sūmū bonū intelligeret: itelligēdo amaret: amando possideret: possidendo frueretur. Sed pro huius ptis pleniore itelligētia tria sūt de mūdo declaranda. Primū dicitur cālitas. Secūdū tpalitas. Tertiū vnitas. Primū declarandū dicit causalitas. vtrū. s. cā efficiēs ꝓductiua mū di fuerit ipse deus. Et circa hoc sūt tres opiniones. Prima phorum. q nescientes intelligere quō aliqd fieret ex nihilo: sunt multa falsa de mundo locuti: sicut patet de Democrito ⁊ Epicuro. q vt lactantius ait. i. di. insti. dixerunt oia fortuitu eē facta. Cōtra quos licet alij phi dixerint mūdū eē factum: ut pꝫ p̊ de celo ⁊ mūdo. ⁊ 4o methaurorū. tamē errauerūt aliq asserentes illū factū esse a deo de sui essentia. Sed hec positio sequentibus phis apparuit iprobabilis: q. dei essentia nobilissima ⁊ oino īuariabilis fieret corporaliū ⁊ variabiliū materia: que de se est iperfecta: nisi pficiat per formā. Anaxagore aūt opinio fuit vt dicit Ar. 1. phicorū. ⁊. 2. de aia. ⁊ in. i. de generatione ꝙ mūdus erat factus ex pricipijs existētibus. s. materia ⁊ forma. Sed forme latebāt in materia anteqꝫ itellectus illas distingueret. Platonici vo posuerūt mundū ex pncipijs existentibus materia ⁊ forma: sed materiā posuerunt p se: ⁊ formas sepatas. Thales milesius vt refert Lactantius. li. i. di. insti. dixit deū ex aqua cuncta formasse. Vnde materiam rerum posuit in humore: ⁊ pncipiū cāmqꝫ nascendi constituit in deo. Omitto qd senserit Crisippus: qd Cleantis: qd Zeno: qd Empedocles ⁊ ceteri q deo errauerūt: qꝛ nescierunt contemplari

oipotentiam

omnipotentiam dei: que ex nihilo pōt facere
aliqd. Unde ex nihilo creauit angelos: ex ni/
hilo materiā primā: ex nihilo creat animas no
stras. Propterea dicit magister di.12. secūdi.
li. Creare est ex nihilo aliquid facere. Hoc au
tem nos intelligimus ex reuelatione dei facta
Moysi eximio pphārum. q in prin. Gen. ita
scripsit. In principio creauit deus. i. ex nihilo
produxit ſm glo. celum z terram. Ex quo d
phis dicimus illud Lactantij in. i. diui. insti.
Omissis terrenis hᵘ phie auctoritatibus ni/
hil certi asserentibus: aggrediamur viam rectā
quos equidem si putarem satis idoneos ad be
ne viuendum duces esse: z ipse sequerer z ali
os vt sequerentur hortarer. Sed cum magna
inter se concertatione dissideant: secumqz ipsi
plerunqz discordent: apparet eorum iter ne/
quaqz esse directum. Siquidem sibi quiqz vt ē
libitum proprias vias impresserunt: confusio
nēqz maximam inquirentibus veritatem reli/
querunt. Nobis autem qui sacramentum reli
gionis accepimus cum sit veritas reuelata di
uinitus omnes vtriusqz sexus sine vllo discri/
mine ad celeste pabulum conuocamus. hec il/
le. Sileant ergo phi z erroribus suis circa pro
ductionem mundi imponant iam finem. Se
cūda opinio est hereticorum. Nam manichei
vt cōmemorat Aug. in li. de natura bōi. Po
nentes duo principia. vnum. s. deum oium in
uisibilium. Aliud diabolum oium visibilium:
dixerunt mundū istum visibilem factum fuisse
atqz productum a diabolo tenebrarum princi/
pe. Hanc autem heresim pditissimam conant
ipsi pbare auctoritate. rōne. z exemplo. Aucto
ritate contendunt pbare. d. q diabolus in scri
pturis vocat princeps z deus mundi huius.
Unde Jo. 12. xps ait. Nunc iudicium ē mun
di: nunc princeps mundi huiᵘ eijcet foras: Et
Jo. 13. Uenit enim princeps huius mundi: z
i me non hz qcqz. Et d se Jo. 19. Pilato dixit
Regnum meū nō est de hoc mūdo. 2° arguūt
manichei rōne sic. Nullum malum ē a deo: qz
vt hr Gen. i. Uidit deus cūcta que fecerat: z
erant valde bona. Et Dioᵘ. in li. de di. no. ait
A sūmo bono non egredit nisi sūmum bonū:
sed mundus est malus ergo nō est a deo. Qd
autem sit malus pz: qz si eēt bonus eēt diligē/
dus: qz ſm Dionysium vbi. s. Bonū ē natu/
raliter diligibile: sed ois predicat mūdū fore cō
tēnendum. Unde Jo. i. cano. 2. c. ait. Nolite
diligere mundū: neqz ea que in mūdo sunt: qz
siquis diligit mundū non ē charitas patris in
eo. Et Jac. 4. scribit. Adulteri an nescitis qz
amicitia huius mūdi inimicitia est deo. Quicū
qz ergo voluerit amicus huius seculi eē: inimi
cus dei constituet. Et Jo. 7. de mundo xps di
xit. Non potest mundus odisse vos: me autē
odit: quia testimonium phibeo de illo: quia ope
ra eius mala sunt. 3° superinducunt manichei
ad suum errorem confirmandum exemplum.
qd Math. recitat. 4. c. qn ostēdit diabolus xpo
oia regna mundi promittens se ea illi daturū
si cadēs adorasset eum: ergo videt q ipe erat
dñs mundi. Sed certe mentiunt manichei z
scripturas corrumpunt: distrahuntqz a verita/
te sensus. Qm vt ait magister historiarū scho/
lasticarū in principio Gen. Et Alex. in. 2. su/
me. z Bon. z Ric. di. i. secundi li. Mūdus i
scriptura multipliciter accipit cōsueuit. Nā aliqn
accipit p deo: aliqn p oi creatura seu oi creata
nā: aliquando pro ipso homine: aliquando pro
vita presenti: aliquando pro vitiosa vita malo/
rum. Probat hec acceptio multiplex satis cla/
re. Nam Jo. i. dicit de verbo dei. In mundo
erat. i. in patre. ſm Aug. Et mundus per ipm
factus est. i. oē qd reperitur siue in celo siue i ter
ra. Et mūdus. i. homo: eū. s. verbū incarnatū
non cognouit: qd dictuz refert ad iudeos. Qd
ēt homo itelligat nomine mūdi: pz per illud qd
dicit Jo. 3. Sic deus dilexit mundum vt filiū
suum vnigenitum daret: vt ois qui credit in il
lum non pereat: sed habeat vitam eternā. Qd
ēt mundus accipiatur pro vita presenti patet i
vbis xpi. d. Joā. 19. Exiui a patre z veni in
mundum: iterum relinquo mundum z vado
ad patrem. Qd ēt mundus accipiat pro vita
malorum z iniquorum hominū colligit ex v/
bis xpi Jo. 15. discipulis. d. Quia de mundo
non estis: sed ego elegi vos de mundo: ppte/
rea odit vos mundus. Diabolus itaqz dicitur
princeps mundi non q ab ipso mundus crea/
tus sit: sed quia est oium malorum caput. ſm il
lud Grego. 19. moral. Caput iniquorꝝ diabo/
lus est. Et hoc modo mūdus dicit malus: z me
rito odiēdus atqz spernendus. Explicauit hoc
ipsum Joānes cū subdidit in auctoritate pal/
legata. Nolite diligere mundū zc. Q ē qd est i
mundo concupiscentia carnis est: z concupiscē
tia oculoruz: z superbia vite. Dicitur itaqz dia
bolus princeps malorum ratione pretacta. Et
a Paulo vocatur deus huius seculi nuncupa
tiue: sicut ab eodē Phi. 3. gulosorum venter

dicitur deus. Et per hec dicta satis sufficienter
responsuꝫ ē ad auctoritates: ac ratione͂ quas ma
nicheus indurerat. Ad exemplū vero dicimꝰ
ꝙ diabolꝰ qn̄ ꝓmittebat xp̄o: me͂daciter loq̄bat
Voluisset vtiqꝫ decipere cū me͂dacio suo: sicut
decepit in paradiso terrestri primos homines:
⁊ quotidie decipit sibi credentes. Propterea
Job. 8. christus de ipso dixit. In veritate non
stetit: quia veritas nō est in eo. Cū loquit mēn
daciū ex proprijs loquitur q: mendax ē ⁊ pater
eius. Stent ergo confusi manichei cuꝫ diabo/
lo patre suo: ⁊ de mundi productione amplius
nō loquātur. Tertia est opinio vera sanctoꝝ
ꝙ mundus est in esse productus a deo: quā ec
clesia in symbolo apostoloꝝ p̄dicat. s. Creato/
reꝫ celi ⁊ terre. Et in symbolo patrū: factore͂ ce
li ⁊ terre vi. om. ⁊ inui. Que veritas colligitur
ex dictis scripture vtriusqꝫ testamenti. Unde
sapiens Eccle. i. ait. Unus est altissimus crea
tor omnipotens rex metuendꝰ nimis. Et Ju
dith. i3. Benedictus deus qui creauit celum ⁊
terrā. Et Dauid in p̄s. 88. Tui sunt celi ⁊ tua
est terra: orbē terraꝝ ⁊ plenitudine͂ eiꝰ tu fun/
dasti: aquilone͂ ⁊ mare tu creasti. Et Esai. 48.
Ego primus ⁊ ego nouissimus. Manus mea
fundauit terrā: ⁊ dextera mea mensa est celos
Et Joh. i. Oia ꝑ ipsuꝫ facta sunt. Et Eph. 3.
In deo q creauit omnia. Et Col. i. In ip̄o cō
dita sunt vniuersa q̄ sunt in celo ⁊ in terra visi/
bilia ⁊ inuisibilia. Et Heb. i. In initio tu do
mine terrā fundasti ⁊ opa manuū tuaꝝ sunt ce
li. Et Act. 4. Dn̄e tu fecisti celū ⁊ terram. Et
17. Deus q fecit mundū ⁊ oia q̄ in eis sunt. Et
Apoc. x. Jurauit ꝑ viuenteꝫ in secula seculoꝝ:
qui fecit celū ⁊ terrā. Hoc insuper vt p̄missum
est: phi q̄ꝫ plures cōfirmant licet in modo pro/
ducendi deficiant. Unde Lact. li. i. di. institu.
Orpheus inquit vetustissimus poetaꝝ deū ve
rum ⁊ magnū primogenitū appellat: eo ꝙ ante
ipsum nihil sit genitū: sed ab ipso sunt cuncta
generata. Et Macrobius li. i. de somno Sci
pionis ait. Deus q prima cā est: vocat vnꝰ om
niuꝫ q̄ sunt queqꝫ videntur esse princeps ⁊ origo
est. Et vt inqt Aug. li. xi. de ci. dei. Exceptis ꝓ
pheticis vocibus mundus ipse ordinatissima
sui mutabilitate ⁊ mobilitate: ⁊ reꝝ omniū pul
cherrima specie: quodā modo tacite ⁊ factuꝫ se
esse: ⁊ nisi a deo ineffabiliter atqꝫ inuisibiliter
se fieri potuisse proclamat. Et ide͂ li. x. Cōfes.
Interrogaui de deo meo celū: sole͂: lunā: ⁊ stel
las. Et rn̄derūt. Neqꝫ nos sumus qd̄ queris

Et dixi omnibꝰ que circūstāt fores carnis mee
Dicite de deo meo aliqd. Et exclamauerūt vo
ce magna. Ipse fecit nos. Interrogatio mea:
intentio mea: ⁊ rn̄sio eoꝝ species eoꝝ. hec ille.
Ex qbus omnibꝰ cōsiderare debemus q̄ꝫ ad/
mirāda sit sapientia creatoris q̄ꝫ time͂da ⁊ vene
randa potētia: q̄ꝫue laudāda ac benedice͂da bo
nitas: q̄ nobis fiunt notissima dum inspicimꝰ
mundū istū ab illo ꝓductū de nihilo: in quo oia
sunt ordinatissima: ⁊ nihil est sup̄fluū atqꝫ di/
minutū. Secūdū de mūdo declarandū dicitur
temporalitas. Et hic videndū est vtrū mundꝰ
fuerit a deo ꝓductus ex tempore: aut ab eterno
Et quibusdā visum est Aristotele͂ tenuisse ꝙ
mundus fuerit ab eterno: ꝓpterea quia primo
physicoꝝ dicit ꝙ materia est ingenita. Et i pri
mo de celo ⁊ mūdo ꝙ celum est ingenitū: ⁊ nul
lum ingenitū incipit esse ergo: vniuersitas reꝝ
non incepit esse. Propterea Bon̄. i. di. secūdi
li. ait. Excellentior inter philosophos Aristote
les secundū ꝙ sancti ei imponunt: ⁊ cōmenta/
tores exponunt: ⁊ v̄ba eius p̄tendunt in hunc
errore͂ dilapsus fuit. Quidā tame͂ moderni di/
cunt illū nequaq̄ꝫ sensisse neqꝫ intendisse ꝓba
re ꝙ mūdus oio nō ceperit: sed ꝙ nō cepit mo/
tu naturali. hec Bon̄. Et sanctus Tho. q. 45.
prime partis dicit. Nō pōt ꝓbari demonstratī
ue mundū semꝑ fuisse: nec ratiōes quas ad h̄
Ari. inducit sunt demonstratiue simpliciter: sꝫ
s̄m quid ad cōtradicendū positionibꝰ antiquo/
rum ponentiū incipere s̄m quosdā modos in
veritate impossibiles. Et ꝙ ita sit apparet ex tri
bus. Primo q: tā in. 8. phicorum: q̄ꝫ i primo
de celo ⁊ mundo p̄mittit quasdaꝫ opiniōes: vt
Anaxagore ⁊ Epedoclis ⁊ Platonis contra
quos rationes cōtradictorias inducit. Secūdo
q: vbicūqꝫ de hac materia loquit inducit testi
monia antiquoꝝ: qd̄ nō est demonstratoris: sꝫ
persuadentis. Tertio q: expresse dicit i primo
topicorum: ꝙ quedā sunt probleumata dialeti
ca: de quibus rationes nō habemus. s. vtrum
mundus sit eternus. Et cum probat materiaꝫ
ingenitam: hoc facit ideo quia materia nō ha/
bet subiectū de quo sit: ⁊ sic ꝓbat celum ingeni
tum: quia nō habet subiectū ex quo generetur
ideo materia ⁊ celū non inceperunt ꝑ genera/
tionem vt quidā ponebant. Sed qcqd Arist.
senserit ⁊ ceteri phi de eternitate mundi a no/
bis paruifaciendū est: quoniam scriptura sacra
testātur munduꝫ non fuisse ab eterno. Unde
prouerbi. 8. Sapientia dei deus dei filius cū

patre;eternus ⁊ cũ ſpiritu ſancto ait. Dominus poſſedit me in initio viaꝝ ſuarum: anteq̃z q̃cq̃z faceret a principio ab eterno ordinata ſum: et ex antiquis anteq̃z terra fieret. Ipſe adhuc ieſus benedictus deus incarnatus Ioh.17.iqt. Pater clarifica filium tuũ claritate quã habui anteq̃z mundus fieret. Unde aperte innuit mundũ ab eterno nõ fuiſſe. Ratio autem eſt ſecundum Tho. vbi ſupra. Quia voluntas dei eſt cauſa rerum: vt nota. de conſe. di.2. in.ca. reuera.⁊ ca.omnia. Sic ergo neceſſe eſt omnia eẽ ſicut neceſſe eſt deum velle: cum neceſſitas effectus ex neceſſitate cauſe dependeat: vt dicitur.5.methaphi. Abſolute ergo loquendo non ẽ neceſſe deum aliquid velle niſi ſeipſum. Unde nõ eſt neceſſarium deũ velle ꝙ mundus ſemper fuerit: ſed eatenus mundus eſt quatenus deꝰ vult ipſum eſſe: cũ eſſe mundi ex dei voluntate depẽdeat ſicut ex ſua cauſa. Et ſi dicatur Cur deus non condidit mundũ anteq̃z conderet. Reſpõdet Augu.li.i.ſuper Geñ. contra manicheos quia noluit. Et ſi adhuc petatur cur noluit. Ad huc reſpondet ꝙ non poſſumus aſſignare cauſam voluntatis diuine: quia tunc eſſet dare aliquid maius voluntate diuina: quod eſt falſum Ideo magiſter ſen.i.di.2.li.ait Voluntatis dei cauſa querenda nõ eſt. Tum ergo deus mũdũ produxit: cum voluit ⁊ ſibi placuit. Quod etiã confirmat Macrobius li.2.de ſonno Scipionis.d. Quis non hinc eſtimet ipſum mundũ cepiſſe: ⁊ nec longã retro eius etatẽ: cũ ab hinc vltra duo retro annoꝝ milia de excellentiũ reꝝ geſtarum memoria: nec greca quidẽ extet hiſtoria. Nam ſupra Ninũ nihil in libros preclarũ redactum ẽ. Si enim ab initio immo ante initium fuit mundus: cur per innumerabiliũ ſeriẽ ſeculorum non fuerit cultus: quo nunc vtimur inuentus: non litteraꝝ vſus: quo ſolo fulcitur eternitas. Huiuſmodi omnia videnť eternitati rerũ repugnare dum opinari nõ faciunt certo mundi principio paulatim ſingula queq̃z reperiſſe. Tertiũ de mundo declarandũ dicitur vnitas. Circa qd̉ queritur: vtrum mundus ſit vnus aut plures. Et licet Anaxagoras ⁊ Democritus dixerint eſſe infinitos mundos tamẽ ſcriptura mundũ nominat in ſingulari: q2 vnꝰ eſt ⁊ nõ plures. Ratio ẽ ſecundũ Tho. vbi.ſ. Quia vnꝰ ẽ ordo in rebꝰ creatis exiſtẽs: ꝓpterea mundus diciť vnus vnitate ordinis: ſm ꝙ q̃dam ad alia ordinantur. Nam quecũq̃z ſunt a deo: ordinẽ habent ad inuicẽ: ⁊ ad ipſum deũ.

Quare neceſſe eſt ꝙ omnia ad vnũ mundum pertineant. Hinc Ari.xi.metaphy. ex vnitate ordinis in rebus exiſtentis: cõcludit vnitatem dei gubernantis. Fecit ergo deus vnũ mũduz licet conſtet ex diuerſis diſtinctiſq̃z partibꝰ ⁊ naturis. Omniuz vero que ſunt finem voluit eſſe hominem rationalem: ſm illud phi. Sumus quodãmodo finis omniũ eorum que ſunt. Dicit tamẽ Boñ.i.di.ſecũdi.ꝙ homo diciť finis ſub fine. Sed deus eſt finis principalis ⁊ vltimus: quoniã omne officiũ: omnẽ motũ: omnẽq̃z operationẽ cuiuſcũq̃z create nature deus ad vſum hominis deputauit. Illi nãq̃z ſeruiũt elementa: obſequunť celeſtia corpora: ⁊ aſſiſtunt ad cuſtogiã angeli. Et cur iſta: niſi vt omnia diligant benigniſſimũ deũ: qui nõ ideo fecit munduz ad hominis vſum vt inde ipſe cõtemnereť ſed potius vt ab homine cognoſceretur ⁊ amaretur ꝓpter tot exhibita beneficia. O igiť ingratiſſima anima que creaturã in amore prepōnis creatori tuo: bonũ ſummũ ⁊ increatũ negligis atq̃z ſpernis pro bono viliſſimo ⁊ creato. Nõ ſic anima peccatrix nõ ſic. Euigila ⁊ ſuſpice celuz cõtemplare ibi deum creatorẽ benefactoreʒ ⁊ glorificatoreʒ tuũ tibi dicentẽ atq̃z clamanteʒ: noli diligere mundũ: dilige me q illũ ad te tam ordinate creaui. Noli me obliuiõi tradere. Noli pro momẽtanea dilectione ꝑdere eterna gaudia ⁊ obligare te ad eterna ſupplicia.

Quod mundus eſt cõtemnendus q2 finieť ⁊ cõſummabitur: ⁊ quid cognoſci poteſt a nobis de huiuſmodi fine ⁊ conſummatione.

Capitulum. .2.

s Ecunda ratio quare cõtemnendus eſt mundus diciť finalis cõſummationis Habebit nãq̃z mũdus iſte cõſummationeʒ ⁊ finẽ: nec durabit ſemꝑ. Ad cuius clariorẽ intelectũ in hac parte circa tria dubitare contingit. Primo circa noticiã generalẽ. Secundo circa noticiã certitudinalẽ. Tertio circa noticiã cõiecturalẽ. Primo cõtingit dubitare de fine mundi circa noticiã generalẽ. Utrũ.ſ. in generali cognoſcere poſſumus ⁊ ſcire ꝙ mũdus habebit finẽ. Et rñdeo ꝙ ſic: eo ꝙ ſancte ſcripture: omneſq̃z doctores id tenent ⁊ cõfitenť Unde Io.i.ca.c.2.ait. Trãſit mũdus ⁊ cõcupiſcentia eius. Et.i.Cor.7. Paulꝰ ait. Preterit figura huius mundi. Et xp̃s Luce.21.⁊ Marci.13.⁊ Math.24. Celũ ⁊ terra trãſibũt. Et Dauid in p̃s. Opera manuũ tuaꝝ ſunt celi. Ipſi ꝑibunt: tu aũt ꝑmanebis ⁊ oẽs ſicut veſti

mētū veterascent: ⁊ velut amictū mutabis eos: ⁊ mutabunt. Et sapiens Ecclesiastes. 3. Omnia tempus habent: ⁊ suis spacijs transeūt vniuersa sub sole. Et Aug. in. q. noui ⁊ veteris testamenti. Et. 12. sup Geñ. ad litterā Incōueniens est mundū eternū dicere: quē cū videm⁹ passioni subiectū ⁊ per singula senectute deficere credim⁹ ⁊ finiri. ⁊ Greg. in moralibus. exponens illud Job. 14. ca. Nō resurget hō donec atterrat celū: ⁊ nisi huius mūdi finis aduenerit: humanū genus a somno mortis nō euigilabit. Sed posset aliquis arguere cōtra ex dictis phoꝝ ⁊ etiā sanctoꝝ. Nā plinius lib. 1. historie naturalis ait. Mundū minime esse credi par est eternū imensuz neqȝ genitū neqȝ interituꝝ vnq̄ȝ. Et Ar. li. 1. de planetis. Mundus totalis est perpetuus ⁊ sempiternus: nec cessabit vnq̄ȝ generare animalia ⁊ plātas ⁊ omnes suas species. Et idē 1. 2. de generatione. Semper continua erit generatio ⁊ corruptio ⁊ nunq̄ȝ deficiet Ric. etiam in. 4. 43. di. dicit ꝙ fuit opinio quorundā philosophorū ꝙ cum omnia naturalia per influentiā corporum celestiū disponantur: quando omnes partes celi redibūt ad primuz sue creationis locū: tunc omnia generabilia ⁊ corruptibilia eadem numero q̄ ante fuerant reuertentur. Et hoc per naturā vniuersalem: que sicut dicit Auicenna in. 6. metaph. est virtus infusa in substantias celoꝝ gubernans vniuersitatez generationū. Illa autē celi dispositio erit in cōplemento. 36. miliū annorū ab illo instanti quo creatū est firmamētuz: hanc vero opinionē deridendo cōmemorat Augu. 12. de ci. dei. c. 13. d. ꝙ q sic tenuerunt ꝓfitebātur Platonē iteꝝ lecturum in achademia: easdemqȝ futuras scolas: illosqȝ phos q ante fuerunt. Verūtamē oēs phi q de mūdi eternitate loquunt: aut ex parte ante: aut ex pte post: vt inquit Aug. 9. c. prefati. li. 12. dicūt ꝙ putant nō qđ sciunt. Et cōtra ponētes annoꝝ rerūqȝ illā reuolutionē supradicto. c. 3. inqt. Absit vt nos ista credamus. Semel. n. xp̄s mortuus ē pro peccatis nr̄is: surgens aūt a mortuis iā nō morit: mors ei vltra nō dominabit: ⁊ nos post resurrectionē semp cū dn̄o erimus. hec ille. Sūt tn̄ nōnulli obijcientes ex dictis sacre scripture. Nā Eccle. 1. dicit. Generatio pterit: ⁊ generatio aduenit: terra aūt in eternū manet. Et đ sole luna stellis ceterisqȝ celestib⁹ corporib⁹ Dauid p̄s. 169. ait. Statuit ea in eternū ⁊ in seculū seculi: ergo nō deficient: ⁊ ex cōsequēti mūdus durabit in eternū: ⁊ semp erūt terra elemēta et celestia corpora. Cui obiectioni rn̄dere possumus ex dicis Scoti in. 4. di. 43. q. 1. responsione ad secūdū argumētū. cū quo cōcordāt ceteri theologi in. 4. di. 48. Dicimus ergo ꝙ mundus pōt cō̄siderari dupliciter. s. q̄ztuz ad suam substantiā siue essentiā: ⁊ q̄ztū ad suas opationes. Mundus ergo manebit q̄ztū ad substantiā: sed nō q̄ztū ad operationē. Unde Ric. dicit ꝙ cessabit motus corpoꝝ celestium: qꝛ vt habet Apoc. x. angelus iurauit ꝙ tp̄s amplius non erit: sed impossibile est esse motū sine tpe: ergo motus celi cessabit: nō quidē per naturā: sed ꝑ voluntatē intelligentiaꝝ mouentiū obedientiū voluntati creatoris: in desinendo mouere sicut ex amore eius modo sibi obediunt in mouēdo Quapropter cōuenienter a pho. 12. metaph. dicitur. Cā prima mouet in ratione amati et desiderati. Si tn̄ phs in suo v̄bo sanū habuit itellectū. Tunc aūt placebit creatori vt ampli⁹ intelligentie corpora celestia nō moueāt: qꝛ tūc habebitur finis motus corpoꝝ illoꝝ. Intelligentie enīz mouent illa corpora vt ꝑ motū coꝝ fiat renouatio influentiaꝝ: ⁊ cōtemperantia q̄ requiritur ad generationē ⁊ corruptionē quousqȝ impleatur numerus electoꝝ. Omne autē qđ per aliquez finez mouetur illo fine habito rationabile ē ꝙ ab illo motu quiescat. Tho. etiā in. 4. sū me cōtra gētiles. c. vltimo ait. Quia oīa corporalia quodāmō sunt ꝓpter hominē consumato electoꝝ numero necesse ē vt totius creature corporee status imutetur vt cōgruat statui hoīuz: qui tūc erūt: et qꝛ tūc hoīes incorruptibiles erūt a tota creatura corporea tollit generationis et corruptionis status. Et sic nō germinabit amplius terra: nō ambulabūt in siluis animalia: nō volabunt aues in aere: nō fiet vicissitudo tēporum: nō alternatio diei ⁊ noctis: nō videbūtur hoīes inhabitare terrā: nō reperient ciuitates: castella: ⁊ oppida: nō edificia: nō agriculture: nō exercitia ⁊ artes: nō erūt dominia principatus ⁊ regna. Si autē quereret: ergo qd erit Rn̄deo ꝙ in fine seculi oēs homines morient ⁊ omnes postea resurgēt. Exurget aūt flāma cōflagratōis ⁊ diluuiū ignis: secūdū illud prophe. Ignis ante ipsum p̄cedet. Et de illo dicit glo. sup. 2. c. 2. Thessa. ⁊ Beda in glo. sup. 2. Petri. 3. c. ꝙ tantū ascendet q̄ztū aqua diluuij fuit altior sup omnes montes terre. Et lz aliq voluerint cōtēdere ꝙ diluuiū illud fiet naturaliter: eo ꝙ illius ignis generatio erit naturalis; qꝛ virtute

ꝗ virtute ignis elementi ⁊ corpoꝝ celestiū ge/
nerabitur i materia terrestri aquea ⁊ aerea. Et
allegant Senecā in li. de questionib⁹ naturali/
bus. Et Ari. in. 2. metaph. q ait. Dixit Em/
pedocles arsurā esse terrā cū vniuersa sidera cō
uenient in signo cancri: ⁊ vniuersalē inundatio
nez futurā cū eadē turba sideꝝ cōuenient in ca
pricornio. Tamē Ri. in. 4. dicit ꝙ sicut purga
tio mundi ꝑ aquā diluuij fuit supnaturalis ad
purgandū mundū de hominibus malis: secun
duz ꝙ manifeste innuit tex. sacre scripture. Ita
⁊ illius ignis ꝓductio erit supnaturalis. Nec
est incōueniens q eius productionez precedat
vehemens siccitas naturaliter generata illius
ignis ꝓductioni concordans: nō tamen sicut
dispositio necessaria: sed cōgrua. Quare autez
prima purgatio mundi fuit per aquā: ⁊ secūda
erit ꝑ ignē. Dicit Boñ. 47. di. quarti. ꝙ rō ē:
qꝛ sicut in principio ardor regnauit cōcupiscē/
tie: sic in senectute mundi frigus auaricie. Re
frigescet eniz charitas multoꝝ: ⁊ ideo qꝛ purga
tio debet fieri ꝑ contrariū: sicut purgatio ardo
ris cōcupiscentie facta est ꝑ aquaz: sic purgatio
frigoris ma icie ⁊ auaritie fiet per ignē. Post
resurrectionē vero erit pro amicis dei dies lon
gissima iocundissima atqz leta qui nūq̄z hz no/
ctez: quādo quidē omnes electi cū anima simul
⁊ corpore cōregnabunt hinc cuz xp̄o. Pro dā/
natis autē reprobis fiet nox amara ⁊ tenebrosa
que per infinita secula ꝓtrahetur: in qua nūq̄z
deerunt luctus: gemitus: suspira: ⁊ veh: quādo
⁊ ipsi cū anima simul ⁊ corpore tremēdas pe/
nas inferni luent. Secūdo cōtingit dubitare
circa noticiā certitudinalē vtrū possit aliqs cer
titudinaliter scire quantū tempus sit vsqz ad cō
sūmationē seculi. Et respondet Rica. 47. dis.
quarti. ꝙ nō: qꝛ vt tactū est superius: cōsūmatio
seculi nō dependet a cā naturali: sz a voluntate
diuina. Ideo xp̄s dixit Mathe. 25. Nescitis
diē neqz horā: ⁊ Marci. 13. De die āt illa ⁊ ho
ra nemo scit: neqz hō: neqz āgeli celoꝝ: neqz fi
lius. Et ꝫ Augustinū sumit hic filius pro ca/
pite ratione membroꝝ: ⁊ non ratione proprie
persone: quoniā christus nouit omnia omniū/
qz scientiam habuit: vt dicit in. 3. sentē. sz nulli
mēbro suo declarauit: q̄zdiu erit mūdus dura/
turus. Hinc Luc. 12. dixit. Estote parati qꝛ q̄
hora nō putatis fili⁹ hominis veniet. Et Mar
ci. 13. Videte vigilate ⁊ orate: nescitis. n. quan
do temp⁹ sit. 3° cōtingit dubitare circa noticiā
coniecturalē. Vtrū scz ꝑ cōiecturas aliq̄s pos/
set quis asserere modico tp̄e mundū fore dura/
turuz. Et qdā dicunt ꝙ sic inducentes suo mō
tres principales cōiecturas. Prima est etatuz
antiquitas. Dicūt. n. etates mundi etati hois
cōparari: quod Aug. sentire videt̃ sup Ioh. ⁊
22. li. de ci. dei. i fine. Sicut ergo sex sunt eta/
tes hois: ⁊ in sexta nō pōt diu viuere: ita ergo
in sexta etate diu durare nequit. Prima etas
hominis est infantia: q̄ durat vsqz ad septimuz
annū. Secūda est puericia vsqz ad. 14. annum
Tertia est adolescentia vsqz ad. 25. ānū. Quar
ta est iuuentus vsqz ad. 50. Quinta est senect⁹
vsqz ad. 80. Sexta est decrepitus vsqz ad mor
tez. Cū aūt ad illā peruenit iā certus ē ꝙ mors
nō multū tardabit. Et lz quādoqz senes cōfor/
tent seipsos dicātqz: adolescētes etiā moriunt̃:
allegātes illud dictū Tullij in lib. de senectute.
Frustra sperat adolescens se diu victuꝝ. Quid
eni stultius q̄z incerta ꝓ certis habere: qm̄ etiā
illa etas multo plures q̄z senectus mortis habet
casus. Facilius enim adolescentes in morbos
incidūt: grauius egrotāt: tristius curant̃: tamē
vrbana cōfutatio huius sententie est quā facit
sancta Marcella: de qua Hiero. in epistola ad
Principiā ait. Orbata patris morte viro quo
qz post nuptias septimo mēse priuata est. Cū/
qz eā cerealis Inus claꝝ inter cōsules nomen
ē: ꝓpter etatē ⁊ antiquitatē famili e ⁊ insignē:
qȯ maxime viris placere cōsueuit: decorē cor/
poris ac moꝝ temperantiā ambitiosus peteret
suasqz longeuus polliceret̃ diuitias: sz nō q̄si i
vxorē: ⁊ quasi in filiā vellet donatōes trāssun/
dere. Albinaqz mater tā claꝝ presidiū viduita
te domus vltro appeteret: illa rñdit. Si vellem
nubere ⁊ nō eterne me pudicitie dedicare: vti/
qz maritū quererem non hereditatem. Illoqz
mādante: posse ⁊ senes diu viuere ⁊ iuuenes
cito mori: eleganter lusit. Iuuenis qdē potest
cito mori: sed senex diu viuere nō pōt. hec ille.
Si ergo mors vicina ē senectuti: ergo finis i/
minet mundo iam senescenti. Est equidē pri/
ma etas eius ab Adā vsqz ad Noe. Secunda
Noe vsqz ad Abraham. Tertia ab Abraham
vsqz ad Dauid. Quarta a Dauid vsqz ad ca/
ptiuitatē babylonis. Quinta a captiuitate baby
lonis vsqz ad christum. Sexta a xp̄o vsqz ad fi
nem mūdi. Ex ista autem sexta etate fluxerunt.
1466. anni quare videt̃ ꝙ paruz ē illud qȯ sup/
est. Secūda cōiectura quā sumunt alij de pro/
pinquitate finis mundi est antixp̄i vicinitas.
Asserūt. n. ꝫm ꝓphias antixp̄m fore de ꝓxi/

mo venturū: poſt cuius aduentū non multum durabit mūdus. Tertia cōiectura eſt peccatorū cōſummata iniquitas. Refriguit qppe charitas multoꝝ: ⁊ ex omni pte ſuperabundat malicia: ⁊ ingratitudo occupauit cunctos habitatores terre. Verūtamē cū cōiecturis huiuſmodi aut ſimilibus onn audeo ego affirmare quicq̄ de vicinitate finis mundi: ſequēs in hoc Aug. qui. li. 18. de ciui. dei. c. 55. ait. Fruſtra annos qui remanent huic ſeculo cōputare ac diffinire conamur: cū hoc ſcire nō eſſe noſtrū ex ore veritatis audiuimus. Quos tamē alij quadringentos alij quingentos alij etiā mille ab aſcenſione domini vſq₃ ad vltimū eius aduentū compleri poſſe dixerunt. Quēadmodū autē quiſq₃ eoꝝ aſtruat opinionē ſuā longū eſt demōſtrare: ⁊ nō eſt neceſſariū. Coniecturis quippe vtitur humanis nō ab eis aliquid certū de ſcripture canonice auctoritate profert. Omniū vo de hac re calculantiū digito reſoluit: ⁊ quieſcere iubet ille qui dicit. Nō eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta que pater poſuit in ſua poteſtate. hec ille. Quare vt optime hanc partem concludā omni curioſitate dimiſſa dico q̄ ſatis debet eſſe omnibus nobis quia cito deficiemus: ⁊ in breui rapiet nos violentiſſima mors. Tūc ergo nobis deficiet qū vita p̄ſenti priuabimur.

Quod cōtēnendus eſt mundus: qꝛ eſt falſus ⁊ vanitate plenus: ſicut apparet in exēplis eorum qui dilexerunt illū: ⁊ qꝛ dilectores ſuos ducit in damnationē. Capitulū. .3.

Ertiū myſterium ſiue tertia ratio quare contemnendus eſt mūdus dicitur maligne cōditionis. Reperit ſiquidē in huius mundi temporalib⁹ bonis triplex mala conditio. Prima dicit falſitatis. Secunda vanitatis. Tertia damnabilitatis. Prima cōditio bonorū huius mūdi dicit falſitatis. Sūt nāq₃ hec bona huius mundi falſa non vera: ſi in eis finis conſtituatur: quoniā ad veritatem boni quod nos beatos facere debet requiritur excluſio omnis mali: ⁊ cuiuſcunq₃ ɔtrarij. Sz in hac vita nullus euitare poteſt labores: dolores: anguſtias calamitates ⁊ erumnas: quibus p̄mit mortaliū gen⁹. Ex quo Hiero. ad Heliodoꝝ de vita Nepotiani ait. vbiq₃ luct⁹ vbiq₃ gemitus: ⁊ plurima mortis imago. Et boeti⁹ li. 2. de conſola. Quis eſt inquit tam cōpoſite felicitatis: vt nō aliqua ex parte cū ſtatus ſui qualitate rixetur. Anxia. n. res eſt humanoꝝ bonorū cōditio: ⁊ q̄ vel nunq̄ tota ꝑueniat vel nūq̄ tota ꝑpetua ſubſiſtat. Huic cenſus exuberat ſed eſt ſibi pudori degener ſanguis. Hunc notabilitas notū facit: ſed anguſtia rei familiaris incluſus mallet eē ignotus. Ille vtroq₃ circunfuſus vita celibem deflet. Ille nuptijs felix orbus liberis alieno cenſū nutrit heredi. Ali⁹ prole letatur: filij filieue delictis meſtus illachrymat. Idcirco nemo facile cū fortune ſue conditione cōcordat. hec ille. Quare quaſi pro miraculo narrat felicitas. Q. Metelli: de quo Valerius li. 7. ru. de felicitate ait. Q. Metellū naſci in orbe terraꝝ principē voluit fortuna: parētes ei nobiliſſimos dedit: adiecit animi rariſſimas dotes ⁊ corporis vires: vt ſufficere laboribus poſſet: vxorem pudicitia ⁊ fecunditate cōſpicuā: conſulatus decus imperatoriam poteſtatem: ſpecioſiſſimi triumphi pretextū largita eſt. Fecit vt eodē tempore tres filios conſulares: vnū etiā cenſorem triumphalē videret: et quartū p̄torē: vtq₃ tres filias nuptui daret: earūq₃ ſobolem ſinu ſuo exciperet. Hunc vite actum eius finis cōſentaneus excepit. Nā vltimo ſenectutis ſpacio defunctū: leuiq₃ genere mortis inter oſcula: cōplexuſq₃ chariſſimoꝝ pignorū extinctū filij et generi humeris ſuis per vrbem latū rogo impoſuerunt. hec ille. Sed rariſſima ſunt huiuſmodi exempla. Propterea dixit Lucanus. Felix q potuit mundi euitare ruinas. Quinimo audiuntur omniū regū: omniū principū: omniūq₃ magiſtratuū ſepius deflende q̄rele. Nec pōt aliquis diu perſiſtere quin tamē clamet ⁊ dicat. Heu mihi qꝛ circundederūt me mala. Patet hoc i exēplo illo quod Tullius refert in li. de finibus bonoꝝ ⁊ malorū. Quod etiā recitat Valerius de mutatione moꝝ ⁊ fortune. Et plinius in hiſtoria naturali. Polycrates inquit ſamioꝝ tyrannus adeo fortunā ſibi obſequioſam habuit: q̄ omnia deſiderata perficiebat. Ad moderandā igitur fortune inuidiā ſumpto in manu annulo: quē precioſum poſſidebant in mare iecit: ſed inopinate illū repente recuperauit. Nā poſt dies paucos a piſcatoribus piſcis captus q annullū ſorbuerat tyranno donatus eſt. Accidit tandē q̄ aduerſus Dariū perſarū regē duxit exercitū: ⁊ q̄ Orunthes p̄fectus Darij illū acie fuderit: ceperitque: ⁊ in ſummo magalenſis montis vertice ſuſpendi iuſſerit. Et relictus auib⁹ lacerandus: q vbiq₃ feliciſſime in terra vixerat: in aere miſerrime expirauit. Quid de infelicitate alioꝝ referā: qui ſe beatos crediderunt. Legātur hiſtorie que vt plurimū

plurimū illos ifelici doloꝛosaq; moꝛte ac violē
ta extinctos eē describūt. Ninus rex assyrioꝝ
q bella finitimis īulit. 50. ānis: vt refert Pau
lus Horosius .i.i. post deuictā asiā scythiā; ꝛ
Zoꝛoastrē dū deficientē a se ꝓpugnat vrbē sa
gitte ictu interijt. Baldasar rex babylonis: vt
ait Josephus. x. antiquitatū li. obsessa babylo
ne a medis ꝛ persis: Dario. s. ꝛ Cyro. in tātū
venit i obliuionē sui: vt celeberrimū iniret con
uiuiū: ꝛ in vasis tēpli biberet: ꝛ obsessus vaca
ret epulis. Unde i nocte captus ē ꝛ iugulatus
Cyrus rex psarū: vt Horosius vbi supra cō
memoꝛat qui gangem fluuiū in quo miles sub
mersus fuerat in quadrigentos. lx. alucos cō
minuit. a Thamari massagetarū regia supat⁹
occidit. Xerres ille rex potentissimus q subuer
tit mōtes: vt Hiero. ait ad Heliodoꝛū de vi
ta Nepotiani: ꝛ maria constrauit: bello in gre
tia ifeliciter gesto cōtēptibilis suis factus: fm
Justinū p Artabanū pfectū suū occidit. Da
rius vt cōmemoꝛat. Q. Curtius ab Alex. ma
gno supatus a suis captus apud tharā oppidū
Parthie detētus i vehiculo cathenis ꝛ cōpe
dibus aureis vulnerib⁹ cōfossus: ꝛ letalit vul
neratus dimissus: sicq; miserabiliter expirauit
Alex. magnus post tot celebꝛes gloꝛiosasq; vi
ctoꝛias: subiectionēq; vniuerse asie: imo pene
totius oꝛbis: p Cassandrū filium antipatris:
vt. Q. Curtius dicit venenatus ē. Nā Cassā
der ille ꝛ Philipp⁹ ꝛ Solla fratres ei⁹ mīstra
re regi solebant: q in potu illi venenū dederūt:
quo hausto fm Justinū i media potōe velut te
lo confossus igemuit: depoꝛtatusq; ē a conui
uio semianimis. Maliuoli aūt dicebāt eū ebꝛie
tate perire: quod ꝛ Solinus sentit in li. de mi
rabilibus mūdi. Cōtra quē est Tullius li. i. de
diuinatōe. ꝛ Justinus. ꝛ. Q. Curtius. Quar
to itaq; die Alex. idubitata moꝛte sentiens tu
multuantes milites: qꝛ rex occidebat insidijs:
pia oꝛatione sedauit: cūctisq; dexterā poꝛrigēs
eos osculatus ē: tandē moꝛitur anno etatis sue
33. ꝛ mēse vno cū regnasset annis. 12. ꝓut pꝫ. i.
Machabeoꝝ. i. c. Romulus fundatoꝛ vrbis
rome: vt ponit Titus Liuius apud paludē ca
pꝛee tēpestate magna oꝛta ꝛ tonitruis circūda
tus nube nusq̄ apparuit: ꝛ noīe Quirini iter
deos cōsecratus ē. Seruius Tullus sextus ro
manoꝝ rex a Tarqnio supbo occisus ē. Pyr
rhus rex Epyrotarū: q romāis bella intulit i fa
uoꝛē tarentinoꝝ: venitq; romā vsq; Pꝛene
ste a romanis tandē victus ad patriā rediens
fm Justinū Sparthanis idixit bellū qbus reli
ctis Argos inasit vbi feruide magis q̄ caute
pugnās ictu saxi e muris iacti mactatus ē. Hā
nibal penoꝝ dux q annis. 14. in Jtalia roma
nos cōtriuit: postea in africa a Scipione deui
ctus ꝓfugus: ꝛ dānatus exilio ad Antiochum
magnū regē syrie veniēs vt Justinus memi
nit: qꝛ a romanis petebat: fugereq; negret: ve
neno raptim hausto: qd moꝛe regio sub gēma
ferebat inclusum obijt. Sicq; ab his q ad eum
cōpꝛehendendū missi fuerāt exanimis inuētus
est. Pōpeius magni Pōpei genitoꝛ. fꝫ Ho
rosiū fulmine ꝑcussus perijt. Pompeius ma
gnus filius eius qui. 22. reges oꝛientales: vt
ait Horosius supauerat: a Cesare deuictus cū
fugisset in Alexandriā ad Ptolomeū regem:
cui teste Eutropio Pōpeius a senatu tutoꝛ da
tus fuerat ꝓp iuuenilem etatem eius: cuiq; re
gnū sūma fide seruauerat: ꝛ paterna pietate re
stituerat: cōsilio Theodoꝛi Fotini ꝛ Achille: si
ue timoꝛe ne Pōpeius Alexandriā occuparet:
seu despecta infelicitate eius: siue credēs place
re multū victoꝛi Cesari: p Achillem pfectū re
gni occisus ē. Floꝛus autē dicit in. 4. li. Pō
peius suo gladio trucidatus sub oculis vxoꝛis
sue liberoꝛūq; suoꝛum moꝛit. Cesar vt Sue
tonius narrat: moꝛtuo Pōpeio i eodem men
se: sed iteriectis diebus qnquies triumphauit.
Pꝛimo d Gallia ꝛ Britānia. secūdo d Egy
pto. tertio de Pharnace ꝛ Ponto. 4° de Ju
ba et Africa. et. 5° de Hispania. Fuitq; illi
gloꝛia multa in vsurpato impio annis tribus
ꝛ mēsibus septē. Tandē Caio Cassio. ꝛ. M.
Bꝛuto contra eū conspirātibus princeps oꝛ
bis. 23. plagis confossus occubuit anno. 56.
etatis sue. Marcus Antonius nepos Julij
Cesaris ex soꝛoꝛe Julia ab Octauiano Au
gusto victus i Alexādria ab eodē Cesare ob
sessa fm Plutarchū gladio se peremit duꝫ an
num ageret etatis. 56. Caius Gallicula ipa
toꝛ romanus tertius ab Octauiano sceleratissi
mus auarus ꝛ libidinosus: adeo vt duab⁹ soꝛo
ribus stupꝛum intulerit: crudelis oībus ꝛ exo
sus Rome in palatio occisus ē vt habetur i cro
nica Martiniana cū regnasset annis trib⁹ mē
sibus. x. diebus octo. Nero impatoꝛ quint⁹ ab
Augusto q natus ē pꝛemissis pedib⁹ vt scribit
Plinius li. 7. histoꝛie naturalis: vitiosus: aua
rus: ꝛ lascinus ab vrbe fugiēs secundum Eu
tropiū. 32. anno etatis sue ꝛ impij. 14. seipsuꝫ
iterficit. Domitianus impatoꝛ fm Suetoniū

⁊ Eutropiũ a cubiculariis suis .7. vulneribꝰ occisus est anno etatis sue.36.⁊ cũ dedecore sepultus. Helius ptinax impator vulneribꝰ obtruncatus est. Mauritius impator ob inuidiã occisus ẽ:cũ iperasset ãno vno. Antonius iperator tertio impii sui anno interfectus est a tumultu militari Rome cum matre sua. Maximianus impator cum impasset annis tribus apud Agleiam deserẽtibus cũ suis milutibꝰ : cũ filio suo adhuc puero occisus est. Gordianus impator.6° impii sui anno postq̃ȝ de Persis triũphauit veniẽs Romã,ꝓpe vrbem:fraude philippi occisus ẽ. Decius impator cũ impasset annis duobus i bello barbaro pemptus ẽ. Valerius impator a rege Persarum deuictꝰ est:⁊ in seruitutẽ redactus. Nã q̃ȝdiu vixit rex eiusdem,ꝓuincie pedẽ ceruicibus eius iponendo: solitus erat equũ ascendere. Aurelianus impator fraude sui serui occidit. Tacitus impator septimo mẽse impii sui subita morte ꝑoccupatus ẽ. Probus impator sexto anno imperii sui militari tumultu vexatus ẽ. Clarus impator fulmine periit. Diocletianus impator veneno extinctus ẽ. Constãtinus filius Constãtini magni a ducibus frĩs sui Constãtii pemptus ẽ. Julianus apostata a sãcto Mercurio milite miraculose occisus ẽ Vales impator q̃rto imperii sui anno a Gottis i bello pemptus est. Et si oĩa huiusmodi exẽpla diceremus tedium exiret i mẽtibus auditorũ. Concludimus breuiter q cũcta huius seculi blandimẽta amaritudine sunt pmixta. Nec põt homo ab illa se liberare ꝓ libito voluntatis sue. Nõ eni potuere p̃dicti potẽtes impatores ⁊ reges euitare illam cũ oĩ potẽtia sua: nõ voluerũt se ab illa defendere viri fortes. Non Antheus: non hercules: nõ Sanson: nõ Hector: nõ Achilles: nõ deniqȝ quilibet alii. Nequeunt ẽt ⁊ ipsi philosophi cũ philosophia sua declinare malignitatem seculi. Quinimo passi sunt ⁊ ipsi icõmoda multa:ꝑsecutiones:captiuitates:exilia:cruciatus:⁊ dãna rerũ. Propterq̃ oĩa merito mũdus est ꝑ nipẽdendus. Secũda cõditio bonorũ huiꝰ mũdi dicit vanitas. Posito.n.q cuncta felicit dilectoribus eius ad votũ succederẽt: tñ vana sunt:caduca ⁊ breuia: nullusqȝ põt i illis diutiꝰ imorari. Oĩa nãqȝ que in mũdo sunt: cito i breui deficiũt. Jõ ait Vgo.li.i.de aĩa. Dic mihi vbi sunt amatores mundi: qui ante pauca tpa nobiscũ fuerũt. Nihil ex eis mansit nisi cineres ⁊ vermes: ⁊ hoies fuerũt sicut tu: comederunt biberũt: riserũt: duxerũt i bonis appentibus dies suos: i puncto autẽ descẽderũt ad inferna. Hic caro eorũ vermibus: illic aĩa eorũ eternis deputatur suppliciis: donec rursus iselici collegio colligati sempiternis inoluantur icendiis hec ille. Cõsonat sentẽtia Baruch ꝓphe.c.3.d. Vbi sunt principes gẽtium: ⁊ q dominant sup bestias que sunt sup terrã: qui ludũt i aiũbus celi: qui argentũ thesaurizant ⁊ aurũ i quo cõfidunt hoies: ⁊ nõ ẽ finis acq̃sitõis eorũ: q argẽtũ fabricãt: ⁊ solliciti sunt: nec ẽ inuentio operũ illorũ. Exterminati sunt ⁊ ad iferos descẽderũt. Dicite igit o amatores mundi: vbi sũt tot clari viri: q reputabant beati. Vbi sunt reges Assyriorũ: Belus Ninus Semiramis Zemenus Arius Athalius Xerxes Aramentres Bolchus Balleus Alcadas Manachꝰ Mathalenꝰ Sperꝰ Manulꝰ Sparethꝰ Aminites Bolothꝰ Bolosparis Lãpredes Sosores Mithreus Thantanes Thimeus Eupales Offratenes Gazepes Sardanapalꝰ: qui regnauerũt cũ tãta gloria successiue fȝ Pau. Horosiũ li.i. ãnis mille cẽtũ.60. vsqȝ ad Sardanapalũ. Vbi sũt reges Persarũ atqȝ medorũ: rex Darius rex Cyrus Cambises Xerxes Archaxerxes ⁊ ceteri. Vbi sũt rges Atheniẽsiũ. Cecrops Granaꝰ Amphitrion Erichibonius Pacleon Ericheus Panchyon Egeus Theseus Menesteus Demofon Michites Obsides Themistes Melãpus Chodrus Archipus Tensipus Fabras Mages tes Digenitus Agamestor Eschiliꝰ. Vbi sũt reges Lacedemoniorũ Herascheus Egis ⁊ Thetratus Labetes Doristus Agesilaꝰ Archilaus Theletus Calcamies. Vbi sũt reges Siccioniorũ. Gessipus Egialchus Europs Thelicinus Apis Egialcha Thelsyon Elgiorus Mesapus Erathꝰ Orastus Orthopolꝰ Maratus Polypus Siccion Jnachꝰ. Vbi sunt Ptolomei ⁊ Pharaones: q regnauerũt i Egypto. Ptolomeꝰ primus: a quo fm Justinũ alii dicti sunt Ptolomei,ꝓpter claritatē nois eius Ptolomeꝰ Philadelphus Ptolomeus Euergetes: Ptolomeꝰ Philopater. Ptolomeus Epiphanes. Ptolomeus philometor. Ptolomeus phiton. Ptolomeus Euergetes seruus. Ptolomeus Alexander. Ptolomeus Dionysius. Vbi sunt iudices ⁊ reges iudeorum. Moyses Josue Othoniel Aioth Sangara Delbora Barath Gedeon Abimelech Thola de Jsachar Hyair Gala/

tid es

tides Jepte Abesā Helonica Abdon Sam/
son Heli ⁊ Samuel: Hi oēs fuerūt iudices
successiue. Regū aūt primus fuit Saul. post
quē regnauerūt Dauid Salomon Roboam
Abias Assa Josaphat Jorā Ochozias Jo/
has Johatan Amasias Ozias Achaz Eze/
chias Manasses Amon Joachim Sedechi/
as Aristobolus Alexander Herodes. Ubi
sunt reges latinoꝝ: Janus Saturnus Picꝰ
Faunus ⁊ Latinus. Ubi sunt reges albanoꝝ
quoꝝ primus fuit Ascanius Enee filius: qui
cōdidit Albā fm Titū Liuiū: cui successerunt
posthumus Siluius filius eius sic dictus: qr
in silua ⁊ venatione nutritus ē. Eneas siluiꝰ
Latinus siluius Alba Egyptus siluius Ca/
pis siluius Carpentus siluius Tyberius qui
suffocatus in tyberi fluuio nomē dedit. Nam
ante Albula dicebatur. Agrippa siluius Are
mulus Auentinus Procus Amulius. Ubi
sunt reges romanoꝝ: primus Romulus. 2ꝰ
Nūma pōpilius. tertius Tullus hostilius. 4ꝰ
Anchus. quintus Tarquinus priscus: sextus
Seruius tullus. septimus Tarquinus super/
bus. Ubi tot gloriosi senatores consules dicta
tores inuictissimiqz duces qui floruerunt in vr
be. Brutus Lucius Tarquinus Collatinus
Spurius Cassius Coriolanus Caius Flaui
us Lucius Uirginius Lucius quintꝰ Cincia
tus Furius Camillus Appius Claudiꝰ. Q.
Ceciliꝰ Metellꝰ Balcharicus Scipio asina
Scipio aphricanꝰ Scipio emilianꝰ Curiꝰ de/
tentatus. Q. Fabius Caius Flaminius ⁊ ce
teri. Ubi sunt tot imperatores qui ibi regnaue/
runt quorum aliquos in precedentibus nomi
nauimus. Ubi sunt tot sapientes seculi phi a/
strologi historiographi oratores ⁊ poete. Ubi
Thales milesius Chylo lacedemonius Solō
atheniensis Periander corinthius Pitha/
chus mithileneus Byas prienneus Pitha/
goras samiꝰ Plato socrates Aristoteles Dio
genes Anaxiales Zeno Empedocles Epicu/
rus Anaxagoras Democritus Heraclitꝰ Le
ucipus Hypparchus. Hi omnes phi. Aliabra
gel Albumasar Ptolomeus. Hi astrologi.
Hieronymꝰ egyptius Berosius caldeꝰ Ma
nethā Sutorius Chalinicus Dyodorꝰ Pos/
sidonius Theon Andronicus Aphricanꝰ Ter
tulianus Phrygius Dares Trogus Pom
peius Justinus abreniator eius Josephꝰ iude
us Titus Liuius. hi historiographi. Lysias
Demostenes Hegesias Cyreneus Antiochꝰ
Ascalonita Apollōius Miconius Cicero Ca
to censorinus. Hi oratores. Ouidius Juue
nalis Lucanus Uirgiliꝰ Oratius Terentius
Persius Tibullus. Hi poete. Ubi sunt de/
niqz omnes quos etiam diebus nostris ⁊ vi/
dimus ⁊ cognouimus: quos mundus tulerat
in sublimi. Perijt certe memoria eorum cum
sonitu: vt ait propheta: ⁊ dominus in eternum
permanet. O qz cito qzue repente euanescunt
velut fumus omnia que in hoc mundo credun
tur ⁊ reputantur bona. Qd considerans Sa
lomon. 2. Ecclesiastices. c. dixit. Magnifica/
ui opera mea: edificaui domos: plantaui vineas
feci hortos ⁊ pomeria: ⁊ conseui ea cuncti ge/
neris arboribus. Extruxi mihi piscinas aqua
rum: vt irrigarem siluas lignorum germinā
tium. Possedi seruos ⁊ ancillas multamqz fa
miliam habui: armenta quoqz ⁊ magnos oui
um greges vltra omnes qui fuerunt ante me i
hierusalem. Coacernaui mihi argentum ⁊ au
rum ⁊ substantias regū ac prouinciaꝝ. Feci
mihi cantores ⁊ cantatrices ⁊ delicias filiorum
hominum Scypos ⁊ vrceos in ministerio ad
vina fundenda: ⁊ supergressus sum opibus
omnes qui fuerunt ante me in hierusalem. Sa
pientia quoqz perseuerauit mecum: ⁊ omnia
que desiderauerunt oculi mei non negaui eis:
nec prohibui cor meum quin omni voulptate
frueretur: ⁊ oblectaret se in his que parauerām
Et hanc ratus sum partem meam si vterer la
bore meo. Cumqz me conuertissem ad vniuer
sa opera que fecerant manus mee: ⁊ ad labores
in quibus frustra desudaueram: vidi in oībus
vanitatem ⁊ afflictionem spiritus ⁊ animi ⁊ ni
hil permanere sub sole. Quanta autē fuerit ma
gnificentia ⁊ gloria Salomonis patet. Prio
si consideretur eius potentia: ⁊ diuitiarum co
pia: ⁊ fame claritas: ac delitiarum affluentia.
Nam vt habetur. 3. Reg. i. c. Ueniente Da
quam post ablutas veteres maculas studio sā
cte conuersationis immaculatam seruare de-
bet ad representandum ante tribunal christi.
Amb.vero in.c.accepisti.sic ait. Accepisti p⁹
baptismum vestimenta candida: vt esset indi-
tium q̄ exueris voluntatē peccatorum: ⁊ indueris
innocentie

innocentie caste velamina. Neq; propterea te
nendū: vt ait Tho. q̄ nō liceat xp̄ianis alijs ve
stibus vti: quoniā vestis illa vt dictum ē datur
pro tunc in mysterio spiritualis significationis
Ultimo ponit̄ cereus in manibus: vt sit lucer/
na pedibus eius verbum dn̄i ꝛ lumen semitis
eius. Debent ergo cū necessitas nō contradicit
sacramenta p̄dicta deuote celebrari cū aliq̄s ba
ptizatur: quoꝝ etiā nō immemores esse debēt
hi qui sunt baptizati. Recordare o aīa christia/
na qualiter in sacro fonte diabolo abrenūciās
iesu christi membrū effecta es. Recordare quē
admodū in baptismo grā tibi cōcessa est: vt fm
virtutē ꝛ voluntatē dei viuere posses. Recor/
dare insup quomodo in baptismo viā ingressa
es eterne salutis. Noli o infelix peccatrix tanto
rū beneficiorū oblita diabolo cōmunicare. No
li opera bona negligere. Noli viā paradisi de
serere: sed curre post christum in odorē vnguē
torū illius: cuius nomen est oleum effusum: a
quo christo xp̄iani dicuntur: vt dicitur extra de
sacra vnctione. c. cum venisset.

Quod p baptismū deletur culpa: remittitur
pena: ꝛ cōfertur gratia.

Capitulū. .3.

[T]ertiū mysteriū declarandū de baptis
mo dicit̄ fructificatio: in quo de fru/
ctibus siue effectib⁹ baptismi lib; di
cere. Et notari possunt tres principales effect⁹
Primus dicit̄ deletio culpe. Secund⁹ remis
sio pene. Tertius collatio gratie. Prim⁹ effe
ctus baptismi dicitur deletio culpe. Per ipsū
etenim deletur omnis culpa tam originalis q̄
actualis: vt docet magister sen. in. 4. di. 4. Et
de hoc dicit Aug. de conse. di. 4. in. c. a puu/
lo. A paruulo recenter nato vsq; ad decrepitū
senē sicut nullus p̄hibēdus est a baptismo: ita
nullus est qui nō peccato moriat̄ in baptismo:
sed paruuli tantū originali: maiores autē omni
bus etiā moriunt̄ peccatis que mala viuendo
addiderunt originali. Et idē Aug. in. c. vt ostē
deret. ait. Nullo excepto dictum est. s. ab apl̄o.
Quicūq; baptizati sumus in xp̄o: in morte ip/
sius baptizati sumus. Et ideo dictū est vt p̄ba
ret nos mortuos esse peccato. Et glo. sup illud
Exo. 14. Unus ex eis non remansit inquit.
Omnia peccata ablata sunt in baptismo: potē/
tia diabolica est submersa. Dicit ergo domin⁹
Bonā. q̄ in baptismo omnis culpa deletur: et
restituitur homo in pristinā innocentiā q̄tum
ad animā. Si autē queratur ratio huius: dicit
q̄ est diuina liberalitas: que tantā huic sacra/
mento contulit efficaciam. Sed posset aliquis
arguere sic. Diuersorū morboꝝ diuerse sunt
medicine: ergo cū culpe sint diuerse: nō tantū
specie: sed genere: vtpote originalis ꝛ actualis
ꝛ venialis ꝛ mortalis: ergo ad hoc q̄ curētur
necesse est q̄ diuerse adhibeantur sp̄uales me/
dicine. R̄ndet Bonā. q̄ remediū pōt morbum
respicere dupliciter: aut q̄ principaliter sit ad
hoc: aut q̄ hoc curat tanq̄ annexū. Secundū
ergo q̄ diuersi sunt morbi spirituales: diuerse
sunt etiā medicine sacramentales principaliter
ad illos ordinate. Si autē morbus habeat aliū
morbū cōiunctū: ꝛ medicina p̄fectā habeat vir
tutē curandi nō tantū curat principalem s; etiā
annexā: ꝛ sic facit baptismus. Secundus ba/
ptismi effectus est remissio pene. Remittitur si
quidem baptizato omnis pena peccato debita.
Unde Aug. in li. de baptismo paruuloꝝ. ꝛ ha
betur de cōse. di. 4. in. c. per baptismū. inquit.
Quicquid ab homine dictū factū ꝛ cogitatū ē:
totū aboletur: ꝛ quasi non factū habet̄. Et glo.
sup illo verbo sp̄al. quorū tecta sunt peccata: dic̄
Ita sunt tecta peccata in baptismo q̄ de⁹ ea nō
vult punire. Si autē diceret̄ q̄ hoc nō videtur
consonū eo q̄ Ansel. in li. cur deus homo ait.
Si peccatū nō punit̄: iordinatū dimittit̄: ꝛ de⁹
nihil inordinatū relinquit. Respondet Ric. q̄
christus per passionē suam sufficienter exoluit
penā peccatis debitā: que in baptismo remittū
tur. Sed adhuc nōnulli arguunt ostendentes
q̄ p baptismū nō remittat̄ omnis pena. Prio
q̄ vt habet̄ de conse. di. 4. in. c. ne absit. iudeis
venientib⁹ ad baptismū indicenda est peniten/
tia ꝛ abstinentia. 40. dieꝝ. Secūdo q̄ videm⁹
paruulos baptizatos qui nullū peccatū commi
serunt: post baptismū multis penalitatib⁹ sub/
iacere: ꝛ constat q̄ nō iniuste: ergo baptismus
nō remouet omnē penā. Inquit enim Aug.
13. de trini. c. 16. Omnia huius seculi mala: do
lores: laboresq; hominū veniunt de peccatoꝝ:
ꝛ maxime de peccati originalis meritis. Ter/
tio arguūt q̄ baptizatus ante christi passionē
adhuc paradisum nō intrabat sed clausura illa
erat pena peccati: ergo per baptismū nō remit/
titur illa pena. Ad primū respondet Ric. q̄ il
la penitentia nō indicitur iudeis p̄pter sacra/
menti efficaciā: sed p̄pter eius reuerentiā: ꝛ iu
deoꝝ recipientiū baptismū p̄bationē: vn̄ eis
non indicebat̄ post susceptionē baptismi: s; an/
te: ꝛ q̄uis sic obseruaret̄ quondā: mō nō opor

tet obseruari: sed quod innuit glo. in preallega to. c. ne absit. nisi esset contraria consuetudo. Ad secūdum respondet Bona. dicens q distinguendum est de penis. Quedam eni sun pene eternales: ⁊ quedaꝫ temporale: ab omnit eternali absoluit baptismus delendo omnem culpam. De penis autem temporalibus adhuc est distinguendum: quia quedam contrahunt: vt fames sitis: passionesqꝫ contemporanee vite. Quedam imponuntur ⁊ assumuntur: vt ieiunia corporalia ⁊ spūalia exercitia: ⁊ laboriosa opera. Baptismus ergo vt dictum est absoluit ab omni pena eternali ⁊ omni pena temporali satisfactoria siue assumpta: non autem ab omni contracta: vtpote a fame siti ⁊ ceteris similibus Ratio autem est: quia ad hoc ipsum non ordinauit. ⁊ ratio quare non ordinauit est: quia cōgruum fuit q huiusmodi penalitates in nobis ꝓpter tria relinqueret. Primo propter manifestandam equitatem diuini iudicii: vt illa sententia quam dictauerat de morte Ade ⁊ posteroꝝ eius immobilis permaneret. vnde ab illa nemo euadit. Secunda ratio fuit ad ostendū fructuꝫ passionis christi: a qua virtutem sacramētum habet: vt penas remittat personales non naturales: quia remedium respicit personā nō naturam. Tertia ratio fuit propter hominēꝫ adiuuandum. Per hꝰ i etenim penalitates adiuuatur homo vt spiritualiter viuat: ⁊ pugnans coronetur. Tho. vero. q. 69. tertie partis dicit q baptismus habet virtutem auferendi penalitates presentis vite: non tamen eas aufert i presenti vita: quod fit totum vt baptizati conformētur xp̄o: qui licet a principio sue conceptionis fuerit plenus gratia ⁊ veritate: habuit tamē corpus passibile: quod per passionem ⁊ mortem ē ad vitam gloriosam resuscitatum: ita ⁊ xp̄ianꝰ in baptismo gratiam consequitur quantum ad animaꝫ: habet tamen corpus passibile: in quo proximo possit pati: sed tandem resuscitabitur ad impassibileꝫ vitā. Unde ⁊ apostolus Ro. 8. ait. Qui suscitauit iesum christum a mortuis viuificabit ⁊ mortalia corpora nostra per inhabitantem spiritum eius in nobis. Penalitates ergo virtute baptismi auferentur a iustis in resurrectione quādo mortale corpus hoc induet incorruptionem ⁊ immortalitatem. Ad tertiuꝫ argumentum respondet Ricar. q baptismus modo aperit celi ianuam baptizato quantuꝫ ad efficaciam: quāuis hoc non posset facere ante passionem: quia particularis remotio clausionis predicte quantum ad efficaciam dependet ex vniuersali remotione illius clausionis quātum ad sufficientiam: que per christi passionē facta est. Tertius baptismi effectus est collatio gratie. Ut enim īquit glo. ad Titum. 4. c. i expositione verborum apostoli dicentis. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis ⁊ renouationis spiritus sancti quem effudit in nobis abunde. Lauacrum regenerationis est sacramentum baptismi: in quo datur gratia spiritus sancti ⁊ copia virtutum. Sed nonnulli dubitant an pueri in baptismo consequantur gratiā ⁊ virtutes: cum nondum habeant vsum liberi arbitrii. Et dicit Tho. 3. parte. q. 69. q qdam antiqui posuerunt q pueris in baptismo non dantur gratie ⁊ virtutes: sed imprimitur eis caracter christi: cuius virtute cum ad perfectam etatem venerint consequuntur gratiam ⁊ virtutes. Sed hoc patet esse falsum dupliciter. Primo quidem q pueri sicut ⁊ adulti baptismo efficiuntur membra christi. vnde necesse ē quod a capite recipiant influxum gratie ⁊ virtutis. Secundo quia secundum hoc pueri decedentes post baptismum non peruenirent ad vitam eternam: quia dicitur ad Ro. 6. Gratia dei vita eterna. Causa autem erroris fuit: qr nescierunt distinguere inter habitum ⁊ actum ⁊ sic videntes pueros inhabiles ad actus virtutum: crediderunt eos post baptismum nullatenus virtutem habere. Sed ista impotentia operandi non accidit pueris ex defectu habituum: sed ex impedimēto corporali: sicut ⁊ dormientes quamuis habeant habitus virtutum impediuntur tamen ab actibus propter somnum. hec Tho. Ex quibus omnibus colligimus quantum debeamus deo nos qui baptizati sumus: quibus tam liberaliter sua dona dignatus ē ipartiri: conari īsuper oī studio tenemur v̄tutes amplecti: ad quas nos faciles reddidit i susceptione baptismi: vt sic mereamur ī hoc seculo gratie ꝑfectum ⁊ in futuro eterne vite premium. Amen.

Feria sexta in pasceue: de doloribus anxietatibus ⁊ amaritudinibus xp̄i iesū quos in sua passione pro totius humani generis salute sustinuit.

Sermo. 69.

Dolores nostros ipse portauit. Esa. ꝓphe verba sunt ista 53. c. Passionē dn̄i nostri ih̄u xp̄i tam accerbissimam q̄ꝫ ignominiosam

d

miniosaꝫ hodie recolentes a lachrymis cōtinere minime debemus: quinimo flentes iuitare debemus insensibiles creaturas vt modo suo cōpatiantur filio virginis in cruce pendēti. d. illud Senece in prima trage. Lugeat ether: magnusqꝫ parens etheris alti. Tellusqꝫ ferax: ⁊ vaga ponti mobilis vnda. Tuqꝫ añ omnes qui per terras tractusqꝫ maris fundis radios. Nocteḿqꝫ fugas ore decoro. Quidnā flebilius cōmemorari potest q̃ꝫ mors illa seuissima dei ⁊ saluatoris nostri iesu xp̄i. Talis memoria inquit Bern. requirit lachrymas. Ad illas et eniꝫ nos prouocat sancta mater ecclesia hodie nigris induta. Ad illas nos excitat xp̄s iesus i doloribus suis. Ad illas insup nos trahit virgo illa pijssima: spes vnica mundi. Naꝫ si pie volumꝰ cōtemplari videbimꝰ eam vultu mesto facie squalida: sparso crine: ac scissis vestibꝰ stātem ante crucē: ⁊ querula voce dicentē. O fili mi: quē de spiritu sancto cōceptuꝫ deū verum ⁊ hominē peperi: video te iter duos latrones cruci affixuꝫ ⁊ vulneribꝰ plenū. O fili mi: quē adorant angeli: caput spinis tenes coronatū. O fili mi: quē tāta diligentia duꝫ tenellus eras enutriui quē semꝑ dilexi semꝑ amaui: q: tu me dilexisti ⁊ amasti genitricē tuaꝫ: ecce in cruce mortuus es ⁊ extinctus. O pater eterne: cōpatere mihi sue miserrime matri: ⁊ plāge mecum tuuꝫ ac meuꝫ filiū. Et quia id tue nature nō cōuenit: precipe illud creaturis tuis. O angeli spiritus ⁊ vos modo vestro plāgite mecum. O celestia corpora quorū pulchritudinē vincebat decora facies filij mei plangite illū ista die instar leprosi deformē factuꝫ. O insensibilia elemēta. o terra cū tuis arboribus ⁊ plantis. o aqua cum tua claritate ⁊ admirabili fluxu. o aer cū tua facilitate. o ardens ignis cū tua viuacitate: plāgite mecuꝫ factorē vestrū filium meū. O reges terre: principes ⁊ qlibet domini: plangite mecū dn̄ꝫ dominantiuꝫ filiū meū. O populi omnes: et tu precipue o popule christiane: quos christus tātum amauit: vt ⁊ mori pro vobis eligeret: plangite illū mecū tam dire mortuū filiū meum. O virgines. o vidue. o cōtinentes. o senes. o pueri lugete mecuꝫ benignissimū dominū vestruꝫ. O matres que filios gēuistis soluite crinē ⁊ ꝑ mesta colla capilli fluant implētes aerē vocibꝰ ⁊ dicētes mecū. Fili mi iesu: iesu fili mi: hodie pro peccatoribus passus ⁊ mortuus es. O lumen oculoꝝ meoꝝ. o spes ⁊ solatiū vite mee. o gaudiū ⁊ iocunditas mea: quomodo factus es mihi amaritudo ⁊ dolor: vulnerasti cor meuꝫ ⁊ transfodisti illud pungenti gladio. His aut similibus vbis pijssima vgo nostraꝫ duritiē rūpere satagit. Sed q: nō sumus a nobis sufficiētes hoꝝ mysterioꝝ vt debemꝰ cū deuotione: cōpunctione: fletu: ⁊ lachrymis recordari: opus est vt supernū imploremꝰ auxiliū. Et licet i omnibus alijs predicationibus cōsueuerimus virginuꝫ virginē interpellare: tamē q: hodie circa filij lamenta est occupata: gaudiūqꝫ angelice saluationis cōuersum est illi in tristiciā ⁊ merorē: ideo ad crucē humililiter cōfugiemus: illamqꝫ salutabimus: verba qbus ecclesia vtit̄ referentes. O crux aue spes vnica hoc passionis tempore auge pijs iusticiā reisqꝫ dona veniaꝫ. Et tu pater de celis deus cōcede nobis omnibus: vt ꝑ merita crucis filij tui corda nostra flectere mollireqꝫ valeamus: quatenus cuꝫ lachrymis loqui ⁊ audire possimꝰ passionē eius. Hac ita qꝫ suscepta fiducia de ipsa passione locuturi ad christi dolores cōuertemus sermoneꝫ quos in verbis in nostro themate allegatis Esaias prenunciauit. Vt autē ordinate incedamus distinguemus in tres principales articulos hodiernaꝫ predicationē: in quoꝝ quolibet quattuor dolores christi pie cōtemplabimur.

In primo articulo quattuor dolores.

Primus dolor dicit̄ orationis.
Secundus cōprehensionis.
Tertius deductionis.
Quartus cōtradictionis.

In secūdo articulo quattuor.

Primꝰ presentationis.
Secūdus sententiationis.
Tertius crucifixionis.
Quartus inspectionis.

In tertio articulo quattuor.

Primus illusionis.
Secūdus collocutionis.
Tertius incompassionis.
Quartus separationis.

Qualiter christus in oratione vehementer doluit, ꝑpter contristationē: propter petitioneꝫ ⁊ ꝑpter confortationē.

Primi articuli dolor primus.

p Rimus dolor quē xp̄s iesus pro nobis tulit: ⁊ nos pie illū meditari habemus: dicit̄ oratiōis. Doluit nāqꝫ dei filius in laboriosa oratione quā post cenaꝫ fecit ad patrē. Cuius doloris vehemētia colligi pōt ex tribus. Primo ex cōtristatione. Secundo

ex petitione. Tertio ex cõformatione. Prio apparet vehementia doloris christi ad orandũ cunctis ex cõtristatione. Ad qđ intelligẽdũ notare debemꝰ: quia Joh. 18. dicitur ꝙ post cenã egressus est iesus cũ discipulis suis trans torrẽtem Cedron vbi erat hortus in queꝫ introiuit ipse ⁊ discipuli eius. Et licet Math. 26. Marci. 14. ⁊ Luc. 22. narret ꝙ hymno dicto exierũt in monteꝫ oliuaruꝫ. Tamẽ Augusti. de cõsensu euangelistaꝝ dicit ꝙ ideꝫ est locus. Hortus enim ille erat trãs torrenteꝫ Cedron ad pedes montis olueti. Ibi postq̃ꝫ discipulis dixit scandalum qđ passuri erãt: premonuissetqꝫ Petrũ in se nimiũ cõfidentẽ qualiter eũ ter anteq̃ꝫ gallus bis cantaret esset negaturꝰ. Venit cuꝫ eis ĩ villam q̃ dicit Gethsemani: ⁊ dixit discipulis suis. Sedete hic donec vadam illuc ⁊ oreꝫ. Et assumpto Petro ⁊ duobꝰ filijs zebedei: cepit cõtristari ⁊ mestus esse: ⁊ ait illis. Tristis ẽ anima mea vsqꝫ ad morteꝫ. Sed hic theologi querunt vtrũ in anima christi fuerit passio tristicie. Et arguũt qdam ꝙ nõ. Nã sapiens Eccle. 30. c. tristiciam dissuadet dicẽs. Tristiciaꝫ nõ des anime tue: ⁊ nõ affliges temetipsum in cõsilio tuo. Et iteꝝ ibi. Tristiciam longe expelle a te: multos enim occidit tristicia ⁊ nõ est vtilitas in illa. Ari. insup. 3. thopi. ait. Eadem sunt magis eligẽda sine tristicia q̃ꝫ cũ tristicia. Sapiẽs insup prouer. 12. ait. Nõ cõtristabit iustũ qcqd ei acciderit. Sed Ric. ⁊ Boñ. di. 15. tertij respondẽt ꝙ ab sqꝫ dubio sicut magister sentẽ. refert ⁊ tex. euãgelicus cõfirmat: in anima christi fuit passio tristicie. Sicut enim ex cõiunctione rei amate cũ apprehensione eiusdẽ causat in appetitu sensitiuo passio delectatõis: sic ex cõiunctione rei odite cũ apprehẽsione eiusdem causatur in appetitu passio tristicie: ⁊ qꝛ res de proximo ⁊ certitudinaliter futura cõsiderat quasi iaꝫ presens ꝓpter euentus instãtem propinquitatem ⁊ infallibilitateꝫ: ideo nõ soluꝫ respectu rei odite cũ est presens: sed etiã respectu rei odite infallibiliter ⁊ de ꝓximo venture est passio tristicie. Vñ ꝺm phm in. 2. retho. Illi q iaꝫ decapitantur nõ timẽt vidẽtes sibi necessitatẽ iminere: sed tristant. Et ideo qꝛ sensualitas aie christi mortem recusabat cũ apprehendit ipsam vt de ꝓximo infallibiliter venturã: causata fuit ĩ eius appetitu passio tristicie. Aliter tamẽ fuit ĩ eo tristicia q̃ꝫ ĩ nobis. In nobis enim frequẽter causatur cõtra ⁊ p̃ter impium rõnis: qđ vituperabile est: vt patet ꝑ auctoritates superius allegatas. In xp̃o vero nõ fuit nisi ꝺm impiũ rõnis: q̃ imperabat sensualitatẽ tristari moderate ꝺm exigentiã sue nature: ⁊ ideo in ipso nõ fuit tristicia rationẽ peruertẽs neqꝫ cõturbãs: nec de necessitate. Ob qđ Hierony. super Math. ait. Dñs noster vt veritatẽ ꝓbaret assumpti hominis vere qdeꝫ cõtristatus est. Sed ne passio in aĩo illius dominaret ꝑ passionẽ cepit cõtristari. Aliud enim est cõtristari: aliud incipe cõtristari. hec ille. Cõsideremus ergo q̃ꝫ benigne dñs orbis tribus illis discipulis aduocatis eos forte amplexando: ⁊ nũc supra vnũ nũc supra aliũ dexterã extendẽdo cũ suspirijs ⁊ anxietate multa dicebat. Heu filij mei discipuli mei charissimi. Tristis est anima mea vsqꝫ ad mortẽ. Secundũ Nico. de lira. dictio vsqꝫ accipi põt dupliciter: vno modo intensiue: qꝛ tantuꝫ intensa erat q̃ꝫtũ poterat esse: alio modo extensiue quia durauit vsqꝫ ad horaꝫ mortis. Scđo apparet vehementia doloris xp̃i ex petitione. Dimissis vtiqꝫ tribus illis qbus dixit. Sustinete hic ⁊ vigilate mecũ: auulsus est ab eis q̃ꝫtũ iactus ẽ lapidis: vt Lucas meminit: ⁊ positis genibꝰ orabat dicens. Pater mi si possibile est transeat a me calix iste verũtamẽ nõ sicut ego volo sed sicẽ tu. Et venit ad discipulos suos ⁊ inuenit eos dormiẽtes: ⁊ dixit Petro Sic. Non potuisti vna hora vigilare mecũ. Vigilate ⁊ orate ne intretis in temptationẽ: spiritus qdem ꝓmptus est: caro aũt infirma. Iterũ secũdo abijt ⁊ orauit vt prius. Et venit iterũ ⁊ inuenit discipulos dormientes pre tristicia: ⁊ relictis iteꝝ secundo abijt ⁊ orauit. Vbi doc. theo. querũt vtruꝫ illa oratio fuit a rõne aut a sensualitate. Et respondet Boñ. di. 17. tertij. ꝙ de ipsa dupliciter possumus loq: aut q̃ꝫtũ ad materiã: aut q̃ꝫtũ ad formaꝫ. Si loquimur de ipsa q̃ꝫtũ ad materiã: cuꝫ materia orationis respiciat desideriũ petentis talis fuit petitio sensualitatis: cuius desideriuꝫ erat ad nõ moriendũ: vt magister sen. dicit ĩ lr̃a. Si autẽ loquamur de predicta oratione q̃ꝫtum ad formã: sicut cũ forma petitiõis respiciat discretionẽ ꝓponentis: ⁊ talis modus ꝓponendi fit a discretõe rõnis: cõcedenduꝫ est ꝙ talis oratio fuit voluntatis rationalis. Ad quod melius intelligendũ notãdũ ꝺm Boñ. ⁊ Ric. ꝙ cuꝫ in xp̃o sint plures nature intellectuales. vꝫ diuina ⁊ humana: necesse est in xp̃o plures esse voluntates: qđ magister ĩ tex. per multimodas auctoritates sanctoꝝ oñdit. Vnde si numerent voluntates xp̃i ꝺm naturas due sunt. s. diuina: et

humana

humana: sed ſm ꝑſonas tres ſunt. ſ. voluntas
diuina: ⁊ voluntas anime rõnalis: ⁊ voluntas
appetitiua ſenſitiua: que extenſo nomine volun
tatis voluntas dicit᷑: qꝛ moueť poſt appꝛeheñſio
nez: qꝛ ꝓpꝛie loquẽdo de nomine volũtatis vo/
luntas nõ inuenit᷑ niſi in ꝑte aïe rõnali. ſecũduz
philo. 3° de aïa. Igit᷑ tãq̃ꝫ verus hõ cogitãs i/
mo clare videns dñs ieſus xp̃s q̃ ſibi paraban
tur in ꝓximo paſſiones: q̃ martyria in ſuo coꝛ/
poꝛe tolleraturus erat: volũtate quadã pietatis
dicebat. ¶Pater ſi poſſibile eſt tranſfer a me ca
licez iſtũ: verũtamẽ qꝛ ſic eſt volũtas tua vt pꝛo
humano genere moꝛiẽdo ⁊ patiẽdo ſatiſfaciaꝫ:
ecce me ꝓmptiſſimũ ⁊ paratũ: fiat non qđ ego
volo volũtate ſenſualitatis: ſꝫ qđ tu: qꝛ ego idez
volo volũtate rationis. O bone ieſu doctoꝛ Vita
tis q cepiſti facere ⁊ docere: tu nobis dixiſti vt
oꝛãtes loqueremur patri tuo Vbũ hoc: qđ tu in
tua agonia ſepius replicaſti: fiat voluntas tua.
Ob qđ Leo papa in ſermone de paſſione ait.
Hec vox omnes fideles inſtruxit: oẽs cõfeſſo/
res accendit: oẽs martyres coꝛonauit. Nã qs
mundi odia: qs temptationũ turbines: qs poſ/
ſet ꝑſecutoꝝ ſuperare terroꝛes: vbi xp̃s in oïb⁹
⁊ pꝛo omnib⁹ patri diceret. Fiat voluntas tua.
Diſcant ergo hãc vocez oẽs eccleſie filij: vt cũ
aduerſitas violenter alicuius temptatõis incũ/
bit ſeꝑato tremoꝛe foꝛmidinis accipiãt tolerãtiã
paſſionis. hec ille. 3° apparet vehemẽtia dolo/
ris xp̃i in ſua oꝛatiõe ex cõfoꝛtatione. Taꝫ vr/
gens enim erat doloꝛ eius vt ⁊ angelus ad eũ
cõfoꝛtãdũ mitteret. Apparuit inq̃t Lucas ei an
gelus cõfoꝛtãs eũ. Apparitio aũt illa ſm Ni/
co. de lira. fuit in viſione coꝛpoꝛali: vbi oñditur
ꝙ in eo erat vera humanitas: q̃ cõfoꝛtabať con
tra triſticiã inſurgentẽ in ꝑte ſenſitiua ex appꝛe
henſione moꝛtis imminentis. Et factus in ago/
nia ꝓlixius oꝛabat. Erat aũt hec agonia relu/
ctatio ſenſualitatis moꝛtẽ hoꝛrentis: ⁊ rõnis ip
ſam acceptãtis: qꝛ virtute diuina quelibet ꝑs ꝑ/
mittebať agere ⁊ pati qđ erat ſibi ꝓpꝛiũ. Et fa
ctus eſt ſudoꝛ eius ſicut gutte ſanguinis decur
rentis in terrã. Ex vehemẽti enĩ anxietate fie/
bat: vt nõ ſolũ humoꝛes exirent ꝑ ſudoꝛẽ: ſꝫ etiã
aliq̃d de ſanguine ſudoꝛẽ tingente. Secũdũ Vo
opinionẽ aliquoꝝ hoc ſupnaturaliter factũ eſt:
vt ſic xp̃s ſuũ ſanguinẽ iã ꝓ ſalute nr̃a effunde
re inciperet. Sꝫ nõ inmerito querere qs poſſet vtꝝ
doloꝛ chꝛiſti patiẽtis fuit doloꝛ acerbiſſim⁹: ita
ꝙ exceſſerit omnẽ doloꝛẽ quoꝛũcũq̃ꝫ patientiũ.
Et rñdet Ric. in tertio. ⁊ Boñ. di. 16. ⁊ Tho.
tertia ꝑte. q. 66. ꝙ q̃uis doloꝛ xp̃i nõ fuerit ma
ximus omniũ doloꝛũ ſimpliciter: cuꝫ doloꝛ dã/
natoꝛũ ſit eo maioꝛ: fuit tamẽ maximus omniũ
doloꝛuꝫ huius vite pꝛopter tria. ¶Pꝛimo ꝓpter
cãm paſſionis. Secũdo ꝓpter modũ patiendi.
Tertio ꝓpter cõditionẽ patientis. ¶Pꝛimo
ſi cõſidereť cã ob quã chꝛiſtus paſſus fuit: i eo
doloꝛis afflictio magna fuit. Nõ enim patieba
tur ꝓ culpa ꝓpꝛia: imo pꝛo aliena: nõ ꝓ amicis
ſꝫ pꝛo inimicis: ⁊ etiã ꝓ his quos videbat igra
tos. Secũdo ſi cõſidereť modus patiẽdi: fuit
in eo doloꝛ acerbiſſimus: tuꝫ ꝓpter generalita/
tez: qꝛ in omnib⁹ mẽbꝛis affligebať: tum etiam
ꝓpter cõtinuitatẽ: qꝛ ſuſpendiũ ei⁹ cõtinuabať:
⁊ claui adeo affligebãt pendẽtẽ. Ob qđ moꝛs
cõfixoꝝ in cruce eſt acerbiſſima: qꝛ cõfiguni᷑ in
locis neruoſis ⁊ maxime ſenſibilib⁹. Tertio ſi
cõſidereť qualitas ſiue ꝯditio patiẽtis: maxima
fuit in eo afflictio pꝛopter maximã cõplexionis
equalitatẽ ⁊ ꝓpter ſenſus viuacitatẽ. Unde qꝛ
nullus potuit ei equari: nec in equalitate cõple/
xionis: nec in viuacitate ſenſus: doloꝛ illius fuit
omniuꝫ doloꝛũ acutiſſimus. Addit etiã Tho.
ꝙ ſi cõſidereť puritas doloris chꝛiſti: doloꝛ iſte
fuit maximus. Nã in alijs patientibus mitiga
tur triſticia interioꝛ et etiã doloꝛ exterioꝛ ex ali/
qua cõſideratõe rationis per quãdã deriuatio/
nez ſeu redundantiã a ſuperioꝛib⁹ viribus ad
vires inferioꝛes: qđ in xp̃o patiente non fuit.
Unicuiq̃ꝫ. n. viriũ ꝑmiſit agere qđ eſt ſibi ꝓ/
pꝛiũ ſm Dama. Ideo xp̃s Treñ. i. ca. ait. O
vos omnes q trãſitis ꝑ viã attendite ⁊ videte ſi
eſt doloꝛ ſimilis ſicut doloꝛ meus. Cuius ma/
gnitudinez nos colligere poſſumus cũ videm⁹
chꝛiſtũ ſuaꝫ paſſionẽ cogitantẽ ſudoꝛeꝫ ſangui/
neũ emittere. Ubi es. o aïa rationalis. Quid
agis. O inſignita imagine dei tui. Uelis obſe
cro chꝛiſto ieſu oꝛanti: ſudanti: gementi: lachꝛy
manti: ⁊ agoniçanti pꝛo ſalute tua aſſiſtere mi/
ſericoꝛditer. Noli doꝛmire illi q non doꝛmiuit
ipſe tibi. Inſpice mentis oculo cõpaſſiuo quã/
ta pꝛo te paſſus eſt a die natiuitatis ſue vſq̃ꝫ ad
hoꝛã pꝛeſentem: ⁊ nunc vigilans ⁊ oꝛãs frequẽ
ter patri ſeipſum offert: moꝛteꝫ acerbiſſimã ho
die foꝛe paſſurum. Et quia homo eſt cogitat in
ſeipſo ⁊ ſibiipſi loquitur. Heu me filiũ matris
mee hinc ad modicũ captus ero: ligatus: flagel
latus: deluſus: ſpinis coꝛonatus: et inter duos
latrones i cruce cõfix⁹. Faciã oïa libẽter vt obe
diã pr̃i meo: ⁊ redimã hũanũ gen⁹. Sꝫ heu me
quãta ſuſtinebo toꝛmẽta. o quãta ẽ triſticia mea

⁊ amaritudo cordis mei. Cōpatere illi anima dura: ⁊ collige in corde tuo guttulas illas sanguinis quas sudando pro te sudit in terram.

Q̄ḋ in cōprehensiōe vehemēter doluit propter Jude dānationem: ꝓpter suam ligationē ⁊ propter discipulorum turbationem.

Primi articuli dolor secūdus.

Secūdus dolor quem christus pro nobis sustinuit dicit̃ comprehensionis: quando .s. ministri iudeoꝝ comprehēderunt eum: ⁊ velut mancipiū vilissimum ligauerunt. Fuit aūt tunc vehemēs dolor eius ꝓpter tria. Primo propter Jude damnationē. Secūdo propter suā ligationem. Tertio propter discipulorū turbationem. Primo fuit vehemens dolor christi ꝓpter Jude damnationem. Ipse nāq̧ turbam duxit ad locū in quo christus orauerat: postq̄ȝ erat cuȝ discipulis suis. Sciebat enim ipse locū illum: quia frequenter conuenerat illuc cum discipulis suis. Dederat autem signū his qui christum comprehēsuri erant. d. Quēcūq̧ osculatus fuero ipse est: tenete eū. Hoc autē signum ẜm glo. dedit eis ne loco christi caperent Jacobum minorem: q erat simil' xp̄o in facie. Accedēs ergo Judas ad xp̄m osculat⁹ est eum: ⁊ dixit. Aue rabbi. Cui iesus. Amice inqd ad qd venisti: quasi dicat ẜm aliquos. Tu ostēdis amicitiam signo: ⁊ ꝓditionem agis de facto. Vel melius ẜcd̄m alios. O iuda amice mi quē ego dilexi: quē ad apl'atum vocaui: cui familiarem me dedi: cuius pedes in cena laui: cui nūquam displicui: osculo me tradis. Cur ista contra me facis. O amice mi Juda: cui si ad penitentiam redire volueris: veniam sum prestare patus. Cur me derelinqs: Cur a suo proposito malo animū tuum non reuocas. Amice mi si adhuc me amicum habere volueris: licet me tradas in manus inimicoꝝ meorū: reuertere tamen ad me ⁊ ego suscipiā te. O vere benignissimū ⁊ māsuetissimū dn̄m: qui lȝ doleret de iiuria quā sibi Judas inferebat: magis tam̄ ac magis affligebat de dānatione eius. Nā lȝ xp̄s qui videbat oia dolore non modico afficeret̃ quādo Judas cōcepit aīo illū vendere: qn̄ Judas ad principes sacerdotū accessit: ⁊ .30. argēteos ī manu r̃cepit: qn̄ a cena exiuit: ⁊ ad colligendū cohortem ⁊ ministros sollicitus ꝓperauit: īsuper suo fetido ore ausus ē ꝓditorie osculari faciem iesu decoram: ⁊ os eius preciosissimū: plus tn̄ angustiabatur cū videbat Judā ꝓpter suam obstinationē fore damnandū. Sed hic dubitat̃ vtꝝ si Judas nō tradidisset xp̄m ⁊ iudei non crucifixissent euȝ fuisset humanū gen⁹ redēptū. Et r̄ndet Alex. i .3. volumine sūme q̧ sic: q: in tali casu sola voluntas patiēdi sufficisset ad redēptionē siue ad liberationem: iō non excusat̃ Judas a peccato: neq̧ iudei. Et si dicatur Ro. 8. Proprio filio suo nō pepercit deus sed ꝓ nobis omnib⁹ tradidit illum. Et Esa. 53. Tradidit in mortē animam suam: ergo sicut pr̄ ⁊ filius nō peccauerit a simili nō peccauit Judas neq̧ iudei. R̄ndȝ Tho. 3. pte. q. 47. q̧ eadē actio diuersimode iudicat̃ in bono vel in malo ẜm q̧ ex diuersa radice ꝓcedit. Pater eni tradidit xp̄m passioni ex charitate: qḋ intelligi pōt vno quidē mō ẜm q̧ sua eterna voluntate p̄ordinauit passionem xp̄i ad humani generis liberationem. ẜm illud Esa. 53. Dn̄s posuit in eo iniqtatem oium nostrum. Secūdo non ꝓtegendo eū a passione: sed exponēdo ꝑsequētibus vt Aug. dicit. Ip̄e xp̄o filius tradidit seipsum passioni ꝓpter humilitatem: ⁊ ex obedientia factus ꝓ nobis obediens vsq̧ ad mortē. vt dicit̃ Phi. 2. Judas cooꝑauit̃ ē passiōi xp̄i ex cupiditate ⁊ iniquitate. Pilatus ex humano timore. Et ph̄ci ex liuor̃ ⁊ inuidia: ideo iꝫ si vitupātur: ⁊ potissimū igratissimus Judas: de quo sic exclamat Bern̄. O Juda mercator pessime. o ꝓditor auarissime: cur nō petiuisti a matre trigita illos argēteos. Et q: paupcula erat aut mēdicasset aut scipsam potius vendidisset: dedisset q̧ tibi preciuȝ ne filium suū ꝑderes inocētem. 2° fuit vehemens dolor xp̄i ꝓpter suam comprehensionē ⁊ ligationem. qn̄ .s. a ministris illis ligatus fuit. Ad qḋ plenius itelligendū querēdum pri⁹ nobis est. vtrū ipse filius dei benedicti volēs passionē sustinuit. Et respondeo q̧ sic: quod patȝ tripliciter. Primo ex scripture cōfirmatione. Unde Esa. 53. dicit̃. Oblatus ē q: ipse voluit. 2° ex p̄nunciatione. Prenūciauit quidē passionem suā qn̄ dixit Math. 16. q̧ oportet ire hierosolymam ⁊ multa pati a senioribus ⁊ scribis ⁊ principibus sacerdotū: ⁊ tertia die resurgere. Et Math. 17. c. qn̄ post transfiguratione p̄cepit discipulis suis. d. Nemini dixeritis visionem donec filius hominis a mortuis resurgat. Et ıteꝝ Math. 20. qn̄ assumpsit duodeciȝ discipulos suos secreto: ⁊ ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymā ⁊ filius hois tradet̃ principibus sacerdotū ⁊ scribis: ⁊ cōdēnabūt eū morte: ⁊ tradent eum gētibus ad illudendum ⁊ flagellandum

gellandū ⁊ crucifigendū .3° patet q̄ volūtarie
xp̄s ſe obtulit paſſioni ex facti ꝓbatione. Nam
iudeos ⁊ eos qui cum ipſis erant ſolo verbo vir
tute ſua in terram ꝓſtrauit. Quippe cū inter/
rogaſſet eos quem q̄ritis. Illiq; rn̄diſſet. Je/
ſum Nazarenum. vt eis dixit. Ego ſum: abie
runt retrorſum ⁊ ceciderūt in terrā: vt ſic decla
raret virtus diuinitatis eius. Ob qđ Aug. ſu
per Joā. inqt. Vbi nūc militū cohors. Vbi
terror ⁊ murmur armorū. Vna vox turbam o
diis ferocem: armiſq; terribilē: ſine telo vllo ꝑ
cuſſit repulit: ſtrauit. Deus enim latebat i car/
ne ⁊ ſempiternus dies ita mēbris occultabatur
humanis vt laternis ⁊ facibus quereret i tene/
bris. hec ille. Et vt Criſo. ſeqtur. Demum ne
quis dicat qm̄ ipſe iudeos ad hoc iduxit vt ip̄m
occiderent: ſeipſum in manibus eorum tradēs
manifeſte oſtēdit eis oia que ſufficiebāt eos re
uocare. Sed q2 ꝑmanebāt in malicia ⁊ nullā
habebant excuſationem: tunc ſeipſum in mani
bus eorum tradidit: ideo iterū interrogauit eoſ
poſtq̄ a terra ſurrexerunt. Et illi reſponderūt
ſicut prius. Quibus ipſe dixit: dixi vobis quia
ego ſum: ſi ergo me queritis ſinite hos abire.
Tunc Symon petrus gladio ꝑcuſſit Malcū
ſeruum pontificis: abſciditq; auriculam eius
dexterā. Si quis autem quereret vnde gladiuſ
erat Petro. Criſo. dicit q̄ audiens iudeos cō
tra xp̄m conſpiraſſe armauerat ſe. Theophiluſ
vero ait q̄ habuerat ipſum i cena pro vſu agni.
Sed xp̄s auricula illius ſanata: vt Lucas re/
fert. Petrum charitatiue redarguit dicēs: mit
te gladium tuum in vaginam. An putas quia
non poſſum rogare patrem meū: ⁊ exhibebit
mihi modo plus q̄ .12. legiōes angelorū. Vbi
Hiero. Quaſi dicat. Nō idigeo .12. apoſtolo
rum auxilio: ēt ſi omnes me defenderēt: q poſ
ſum habere .12. legiones angelici exercit⁹. Vnā
legio apud veteres ſex milibus hominū cōple/
batur. De .12. legionibus .62. milia angelorū
fiūt: in quot genus hominū lingua diuiſa eſt. h
ille. Subdidit xp̄s quō ergo implebunt ſcriptu
re ꝓphetarū. Calicē quem dedit mihi pater nō
vis vt bibam illum. Deinde dixit turbis Tan
q̄ ad latronē exiſtis cū gladiis ⁊ fuſtib⁹ cōpre
hendere me. Quotidie apud vos erā docens
i templo: ⁊ nō me tenuiſtis. Sed hec ē hora ve
ſtra ⁊ ptās tenebrarū: hora veſtra dicit. ſ. vo/
bis cōceſſa ad me comprehēdendū: ⁊ ptās tene
brarū: q2 diabolus tenebrarū princeps eos ad
hoc incitabat. Tunc illi cōprehenderūt ieſum ⁊

ligauerunt eū. O flebile ſpectaculū. o dolendū
malū. o lachrymabile factum videre illos i xp̄m
ſeuientes. Nam vt pie poſſumus contēplari ir
ruerūt in eum frementes ⁊ rugientes leonum
more. Alii cederūt eum ꝑ capillos ſuos ⁊ violē
ter i terram ꝓiecerunt. Alii gratioſas manus
ſuas capientes retro verterunt. Alii funib⁹ du
ris illas ligauerūt. Alii cathenā collo eius ipo
ſuerūt. Alii contumelioſis verbis iniuriabant ſi
bi. Alii deniq; pugnis ⁊ pomis ſuorum enſiū
ꝑcuſſerunt eū. Quid vides a aīa mea. Quid
audis. Quid loquor: de quo dicimus q̄ tanta
patiebat̄ q̄ ligatus erat: ⁊ tā viliter oppreſſus
⁊ fatigatus: nōne ipſe eſt ieſus dei ⁊ virginiſ fi
lius. Nonne rex hominū ⁊ angelorū. Nōne
creator: gubernator: redemptor: glorific. tor: ⁊
benefactor tuus. Cur igit̄ non ploras. cur non
clamas ad ſidera. O ieſu mi ſalus anime mee:
amice ꝓpter me miſeram peccatricem tam di/
re vinctus es ⁊ cathenat⁹. Emolli cor tuum ad
pietatem ⁊ cōmiſerationem: ⁊ ſequere illū me/
ditatione deuota quocunq; de cetero perget.

Tertio fuit vehemēs dolor chriſti ꝓpter diſci
pulorū turbationem. Diſcipuli etenim talia q̄
i xp̄m fiebāt ↄſpiciebāt: ⁊ ex h° territi fugierūt eo
relicto: ⁊ hoc p̄dixit Zacharias propheta .13. c.
Percutiam paſtorem ⁊ diſpergent̄ oues gre/
gis. Sed h incidit queſtio. Vtrū ꝓphete p̄di/
xerunt mortem xp̄i ⁊ paſſionem. Et rn̄deo q̄
ſic. Nam Lactantius. li. 4. inducit verba Si
bylle. d. Et in manus inpias infidelium po/
ſtea veniet: dabunt autē deo alapas inceſtis ma
nib⁹: ⁊ impurato ore expuent venenatos ſpu/
tos. Dabit vero ad verbera ſimpliciter ſanctum
dorſum: ⁊ colaphos accipiens tacebit: ne quis
agnoſcat q̄ verbū ſit. vel vnde veniat: vt infe
ris loquat̄: ⁊ corona ſpinea coronet̄. Ipſa enim
inſipiens gens deum tuum nō cognouiſti: ſed
ſpinis eū coronaſti: ⁊ horridū illi fel miſcuiſti.
hec ibi. Sꝫ expreſſe adhuc ſancti prophete paſ
ſionem xp̄i multipliciter prenūciauerūt. Dicit
nāq; Eſa. 5. c. Incuruabit̄ hō ⁊ humiliabitur
vir. Glo. Rabbi Salomon dicit. Inclinabit̄
homo ⁊ humiliabit̄ altus vel robuſtus virorū
Et idem exponens illud Deute. 32. Deum q
te genuit dereliqſti. dicit in hebreo. Theſſi .i.
đbilitaſ ⁊ obliuiſceris deū: Mohb ele ele mole
lecha .i. vulneratū vel occiſum tuū vel afflictū.
Et Treñ. i. c. Hieremi. dixit. Plorans plo/
rauit in nocte ⁊ lachryme illius in maxillis ei⁹.
Glo. Rabbi Moyſi habet. Plorans erit. ſ.

ipsa Hierusalem: ⁊ plorare facit deum sanctuz
Et Treñ. 3. Hieremias iquit. Dabit pcutien
ti se maxillam saturabitur opprobriis. Quib⁹
verbis consonat dictũ Michee. 5. c. In virga i
quit pcutient maxillam iudicis isrł. i. xp̃i. Naz
Esa. 33. dicit. Adonai iudex noster. Adonai
dator noster. Adonai rex noster. ip̃e aũt salua
bit nos. Et Esa. 53. c. de ipso passuro ita locut⁹
est. Dñe qs credidit auditui nostro. i. passiõis
xp̃i mysterio: qđ ego ⁊ pphete audiuim⁹ a spũ
sancto. Et brachiũ dñi cui reuelatum est: quasi
dicat. paucis. Et ascendet sicut virgultũ coram
eo. s. xp̃s. coram deo patre: ⁊ sicut radix. s. sur/
sum fructificans de terra sitienti. i. de virgine ñ
humectata vel fecundata humano semine. Et
non est ei spẽs neqꝫ decor. s. i passione: ⁊ vidi
mus eũ: ⁊ non erat aspectus ⁊ desiderauimus
eum despectũ ⁊ nouissimũ virorũ: virũ dolorũ
⁊ scientem infirmitatem ⁊ quasi abscũditus vul
tus eius: ⁊ despectus. s. p̃ verecũdia. vnde nec
reputauimus eũ. Vere lãguores nostros ipse
tulit ⁊ dolores nostros ipse portauit: ⁊ nos re
putauimus eũ quasi leprosuz ⁊ pcussum a deo
⁊ humiliatum. Ipse autem vulneratus est pro
pter iniquitates nostras: ⁊ attritus ẽ pp scelera
nostra. Disciplia pacis nostre super eum ⁊ li/
uore eius sanati sumus. Omnes nos quasi
oues errauimus. vnusquisqꝫ i viam suam de/
clinauit: ⁊ dominus posuit in eo iniquitatẽ oĩ/
um nostrũ. hec ille. Qđ autem predicta pphia
ad litterã intelligat de xp̃o patet p rabbi Moy
sen qui hoc tenet vt dicit Nico. de lira. De tri/
bulatione ẽt xp̃i exponũt doc. iudei illud Esa.
xi. Timoris dñi: quod sequit ad illa verba. Re
quiescet super eum spũs timoris dñi. ⁊c̃. Nam i
li. Zanhedri iphec. i. disti. helecy taliter scriptũ
est. Vahaiiho. i. ⁊ molestabit eum i timore do
min⁹. Ibi dicit rabbi Alexandri docet q honoraret
eũ dñs p̃cepto tribulationũ ⁊ tormẽto
rum. Et dauid i psal. 21. q de xp̃o fm Nico. đ
lira itelligit i psona xp̃i ita dicit. De⁹ de⁹ meus
. i. pater rõne diuinitatis ⁊ rõne humanitatis.
respice i me. s. posituz i afflictione. quare me đ
reliqsti. s. in manib⁹ iudeor. lõge a salute mea
. s. corpali. verba derelictorũ meor. i. populi q̃
ma fecit sustinẽdo pro eis penam. Deus me⁹
clamabo p diem. s. circa horam nonã: ⁊ non ex
audies: q oratio illa pcedebat vt dictũ est quã
tum ad suã materiam a voluntate sensualitatis
⁊ non ad isipientiam mihi. s. hoc contigit q nõ
sum exauditus: imo magna fuit sapia sic redi/
mere genus humanum. Tu aũt in sancto habi
tas. i. omnia sancte facis. In tẽ sperauerũt pa/
tres nostri: ⁊ liberasti eos. s. de seruitute egypti
⁊ captiuitate Babylonis. Que liberatões fue
runt q̃dam figure liberatõis hominum ppter
mortem meã facte. Ego aũt sum vermis. i. vi
sus abhominabilis: ⁊ non hõ. s. non vtens rõe
quantũ ad opionem iudeorum q dicebant eum
demoniacũ: opprobrium hominum. s. maiorũ
⁊ phariseorũ: ⁊ abiectio plebis. s. populi cõis.
Omẽs videntes me deriserunt me: locuti sunt la
bijs: ⁊ mouerũt caput. s. dicentes. Sperauit in
dño eripiat eũ: saluum faciat eũ qm̃ vult eum.
Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre. s.
sup naturam fecisti me nasci de virgine. Spes
mea: q i xp̃o fuit spes future glorie quo ad cor
pus. In te piectus sum ex vtero. i. tibi in sup/
posito verbi vnitus a cõceptionis principio. đ
ventre matris mee deus meus es tu. i. deum
meũ te cognoui: q aia xp̃i ab instanti cõceptio
nis fuit repleta virtutib⁹. Ne discesseris a me
qm̃ tribulatio pxima ẽ: ⁊ non est qui adiuuet.
Circũdederunt me vituli multi: tauri pingues
. s. iudei petulantes ⁊ auari obsederũt me. Ape
ruerunt super me os suũ: sicut leo rapiẽs ⁊ ru
giens. Sicut aqua effusus sum: ⁊ dispsa sunt
omnia ossa mea. i. discipuli. Factum ẽ cor me
um tanqꝫ cera liquescens in medio vẽtris mei
Aruit tanquã testa virtus mea: ⁊ lingua mea
adhesit faucibus meis: ⁊ in puluerem mortis
deduxisti me. Quoniam circunderunt me ca/
nes multi: cõsilium malignantium obsedit me
Foderũt manus meas ⁊ pedes meos: dinu/
merauerũt oĩa ossa mea. Ipi vero cõsideraue
runt me ⁊ ispexerũt me: ⁊ diuiserũt sibi vestim̃
ta mea: ⁊ super vestẽ meam miserũt sortez. Et
iterum p̊s. 2. quẽ apostoli Act. 4. c. de xp̃o in/
telligendũ testati sunt: de eius passione ita inqt
Quare fremuerunt gẽtes ⁊ populi meditati st̃
inania. Astiterunt reges terre. i. Herodes: q
vocabat rex Galilee Marci. 6. ⁊ Math. 14.
Et Pontius Pilatus q tenebat p tunc locũ
iperatoris. Vnde Cẽturio sub eo cõstitut⁹ vo
cat regulus Jo. 4. Et principes cõuenerũt in
vnum aduersus dñm ⁊ aduersus xp̃m eius.
Ad hoc ẽt est pphia illa Zach. 12. dicens. Vi/
debunt in quẽ trãsfixerunt. Sunt ⁊ alie ples đ
xp̃i passione pphie: quas omittimus breuita/
tis cã: ⁊ ad discipulos reuertimur in captione
xp̃i pterritos ⁊ fugientes. Neqꝫ credẽdũ ẽ id
fuisse sine angustia cordis magistri sui ẽt ⁊ sine
fletu

fletu ac planctu ipsoꝝ. Puto etenim ꝙ postq̃ viderunt turbã xp̃m ligantem ab illo aliquãtu lum elongati fugiendo cũ eiulatu ⁊ suspiriis di cebant. O magister clemẽtissime oĩ melle sua uioꝛ: qũo videmus ĩ te seuire maliciã iudeoꝝ: heu ⁊ nos miseri quid faciemus tam gratiosum patrẽ amittentes. Reliqmus oĩa vt sequere mur te: ⁊ nunc certificati sumus ꝙ pñtia tua pri uabimur: qm̃ occident te phei. His ⁊ similibꝰ querelationibus discipuli mesti magistrũ soluz in ꝑsequentium manibus ac crudelissime eum tractantium dereliquerunt.

Q̃ꝺ xp̃s vehementer doluit in deductione ꝓpter discipuli negationẽ: ꝓpter Anne inter rogationem: ⁊ ꝓpter alape ꝑcussionem.

Primi articuli doloꝛ tertius.

Ertius doloꝛ quẽ xp̃s pro nobis pec catoribus suppoꝛtauit dr̃ deductionis qñ vt habet̃ Jo. 18. vinctus ductus ẽ ad Annam primũ. i. primo. cuius cã subditur Erat eñi socer Caiphe: ⁊ q: eundo ad domum Caiphe hẽbant transire ante domũ istius An ne: ideo ĩtrauerunt domũ eius ob ipsius reue rẽtiam. Beda vero dicit: q: foꝛte diuinitus fa ctũ est: vt qui erant affines sanguine sociarent̃ in scelere. Tunc aũt fuit vehemens doloꝛ xp̃i, ꝓpter tria. Primo ꝓpter negationẽ. Secundo ꝓpter iterrogationem. Tertio, ꝓpter ꝑcussio nez. Primo fuit vehemẽs doloꝛ ille, ꝓpter ne gationem qñ a discipulo negatus fuit. Vt etiã inqt Joãnes sequebatur iesum Simon petrus ⁊ alius discipulus. i. Joãnes s̃z Aug. Disci pulus aũt ille erat notus pontifici: ⁊ introiuit cum iesu in atriũ pontificis. Petrus autẽ sta bat ante hostium foꝛis: quẽ Joãnes introdu xit. Cui ancilla hostiaria dixit. Nũqd ⁊ tu ex di scipulis es hominis istius. Dicit ille. Non sũ. Erat aũt Simon Petrus stãs: ⁊ calefaciens se ⁊ ibi secũdo ministris dixit. Non suz. Et ter tio rñdit cognato illius: cuius abscidit auricu lam dicẽti. Nõne ego te vidi in hoꝛto cum illo Sed dubitat̃ hic de hac negatiõe Petri. eo ꝙ videt̃ diuersimode ab euãgelistis narrari. Nã Mattheus dicit secũdã negationẽ factaz ad vo cem ancille. Et Joãnes dicit ad vocem mini stroꝝ ad ignem stantiũ. Silr̃ Matthꝰ di cit tertiam negationem factã ad vocem illoꝛum q̃ astabãt: ⁊ Joãnes ad vocẽ cognati illius: cu ius Petrus abscidit auriculam. Rñdet Ni co. de lira sequẽdo Aug. de consensu euangeli staruz: ꝙ principalis intentio euangelistarum erat expꝛimere tertiã Petri negationẽ: ⁊ in h̃ omnes conueniunt. De personis autem accu santibus siue de negationis loco non erat pri cipalis intentio: ⁊ pꝛobabile est ꝙ multi ad ver ba Petri circa eum ⁊ consimilia verba dice bant: impꝛoperando ei magistrum suum: ⁊ iõ vnus euangelistarum expꝛimit vnam perso nam accusantem: ⁊ alius aliam. vnde scd̃m ve ritatem histoꝛie pꝛima negatio fuit facta ad ho stiarie vocem pꝛincipaliter. Secunda ad vocez illoꝛum qui stabant ad ignem: fuerunt tamen excitati ab alia ancilla: ⁊ tertia facta est multis eum accusantibus: inter quos pꝛincipalis erat cognatus illius cuius Petrus absciderat au riculam. De hac autez negatione Petri Cri sosto. in sermone ita ait. Jccirco autem diui ne pꝛouidentie secretum permisit: vt pꝛimus ipse laberet̃ Petrus: quo erga peccantes du rioꝛem sententiam pꝛopꝛij casus intuitu tem peraret. Petrus enim oꝛbis terrarum doctoꝛ ⁊ magister peccauit: ⁊ veniam impetrauit: vt hec indulgentie noꝛma ⁊ regula iudicantibus pꝛeberetur. Jccirco non angelis arbitroꝛ com missam sacerdotii potestatem: ne cum ipsi mi nime peccarent: in peccatoꝛibus sine miseri coꝛdia iudicarent: homo passibilis supꝛa homi nes oꝛdinatur: vt dum ipse in aliis suas reco lit passiones: mitem apud eos se pꝛebeat ⁊ be nignum. hec ille. Secundum autem Nico. de lira: quidam voluerunt tenere ꝙ Petrus non negauit chꝛistum ex timoꝛe moꝛtis: sed ex amo re nolens ab eo separari. Sciebat enim ꝙ si dixisset se esse discipulum chꝛisti statim fuisset eiectus ⁊ separatus ab eo. Sed hoc patet esse falsum pꝛopter verbum chꝛisti: qui pꝛedicens Petro ꝙ eum esset negaturus: ⁊ videns ꝙ esset de se multum pꝛesumens subdidit. Spiri tus quidem pꝛomptus est: caro autem infirma Et ꝙ negatio sua ex timoꝛe ꝓuenerit testatur Rabanus. qui ait. Palam coꝛaz omnibus ne gauit. q se manifestari expauit. Et de hoc Leo papa sic dicit. Ob hoc autem hesitare permis sus est: vt in ecclesie pꝛincipe remedium peni tentie reconderetur: ⁊ nemo auderet de sua vir tute cõfidere. Et Hiero. sic refert. Scio quos dam pio affectu erga apl̃m Petrũ locũ hũc ita interpꝛetatos: vt dicerent Petrum hominem

negasse nō deū: ⁊ esse sensum. Nescio hoīem
quia scio deū: hoc q̄ꝫ friuolū sit prudēs lector in
telligit. Si enī iste nō negauit: ergo mētitus ē
dominus: qui dixerat. Ter me negabis. Et ite
rum Leo papa in quodā sermone sic loquitur.
Felices. o apostole sancte lachryme tue: q̄ ad di
luendā culpā negatōis virtutē sacri habuere ba
ptismatis. Affuit enim dextera dn̄i iesu xp̄i q̄
labentē te priusq̄ꝫ deijcereris exciperet: ⁊ firmi
tatē stādi in ipso cadente periculo recepisti. Ci
to itaqꝫ ad soliditatē redijt petra tāq̄ꝫ recipiens
fortitudinē: vt qui tūc in christi expauerat pas/
sione: in suo post supplicio nō timeret. Et gre/
go. in. 3. moꝛl. ita scribit. Ideo intus ⁊ charita
tis calore Petrus torpuerat: ⁊ ad amorē p̄sen
tis vite quasi ad persecutorū prunas infirmita/
te estuāte recalebat. Ex q̄bus cōstat ꝙ Petrus
ex timore magistrū negauit: quē tamē ipse pie
respexit: penitētēqꝫ misericorditer ad se recepit

Secūdo fuit vehemēs dolor christi ꝓpter in/
terrogationē. Interrogabat nāqꝫ eū pontifex
Anna de discipulis suis: ⁊ de doctrina ei9. Se
cundū Criso. interrogabat eū velut seditiosum
nouaꝝ rerum factorē redarguere volens. Sꝫ
hic dubiū oritur: vtrū iste Anna ⁊ ceteri ꝑsecu
tores christi cognouerūt eū. Et ꝙ nō ꝓbari pos
set ex v̄bo apostoli. 1. Cor. 2. c. dicentis. Si co/
gnouissent nūq̄ꝫ dominū glorie crucifixissent.
Et de hoc etiā Act. 3. c. Petr9 loquēs iudeis
dixit. Scio ꝙ ꝑ ignorantiaꝫ fecistis: sicut ⁊ p̄n/
cipes nostri. Verūtamē Tho. 3. parte. q. 47. ⁊
Ric. in. 3. dicunt ꝙ iudei nō cognouerūt xp̄m
propter ignorātiā crassam ⁊ affectatā: quoniāꝫ
euidētia signa habebant aduentus eius: ⁊ vide
bant miracula q̄ fiebāt ꝑ ipsum: sed ꝓpter odiū
⁊ inuidiā noluerūt eū recipere. Ideo. Ioh. 5.
christus dixit. Si non venissem ⁊ eis locutus
nō fuissem peccatū nō haberent. Tertio fuit
vehemens dolor christi propter percussionem
Narrat enim euāgelista ꝙ pharisco respondit.
Ego semꝑ docui in synagoga ⁊ in templo quo
omnes iudei cōueniūt: ⁊ in occulto locutus suꝫ
nihil. Quid me interrogas. Interroga eos q
me audierunt quid locutus sum ipsis Ecce hi
sciunt que dixerim ego. Hoc autē cuꝫ dixisset
vnus assistens ministroruꝫ dedit alapā iesu di
cens. Sic respondes pontifici. O admiranda
patientia mansuetissimi iesu: percussus in faciē
ictu graui: manu furibunda: adeo vt secunduꝫ
quosdā dentes oris eius remouerent: ⁊ os san
guinem expueret: nihil tamē cōtumeliose locu
tus est illi: sed sic magis innocētiam suam de/
fendit dicens. Si male locutus suꝫ testimoniū
perhibe de malo: si autem bene cur me cedis.
Vbi Augusti. ait. Quid ista responsione ve/
rius: māsuetius: iustius. Sed hic dubitatur an
christus sic respondēdo bene fecerit: cū ipse di/
xerit Math. 5. Si quis te ꝑcusserit in maxillaꝫ
dexterā prebe ei ⁊ alterā. Ipse autem hoc nō fe
cit: sed magis percutientē se correxit. Ad quod
respondet Augu. ꝙ illud preceptum nō datur
absolute: sed magis secūdū preparationē animi
quia homo debet habere animū preparatuꝫ ad
hoc faciendū vbi videret hoc expedire ad hono
rem dei ⁊ vtilitatem ecclesie: alias autē nō: im/
mo aliquando expedit iniuriātibus responde/
re ad ipsorum ⁊ alioꝝ instructioneꝫ: sicut fecit
hic christus: qui licet ita responderit: tamen nō
solū alterā maxillam iteꝝ percussuro: sed totuꝫ
corpus figendū parauit in crucis ligno.

Quod christus vehemēter doluit in contra
dictione propter falsam testificationeꝫ: propter
publicam criminationeꝫ: ⁊ propter sibi factam
derisionem.

Primi articuli dolor quartus.

q Vartus dolor quem christus sustinuit
in passione pro nobis dicit̄ cōtradictio
nis: quādo a domo Anne ligatus mis
sus est ad domū Caiphe pontificis: in qua ve/
hementer doluit ꝓpter tria. Primo ꝓpter fal/
sam testificationeꝫ. Secundo ꝓpter publicam
criminationē. Tertio propter derisionem.

Primo fuit vehemens dolor christi ꝓpter
falsam testificationē. Vt enim dicit Matheus
Principes sacerdotuꝫ: ⁊ omne conciliū quere
bant falsum testimoniū cōtra iesum: vt eū mor/
ti traderent: ⁊ nō inuenerūt: cū multi falsi testes
accesissent. Refert enim Nicodem9 in euāge/
lio suo ꝙ cuꝫ multi surrexissent aliquis eorū di/
cebat. ego vidi christū miracula facientē. Alter
asserebat. Et ego vidi euꝫ: ⁊ audiui verba veri
tatis predicātem: ⁊ similia. Pleriqꝫ locuti sunt
spiritu sancto mouente linguaꝫ eorū cōtra vo/
luntatem suā. Nouissime auteꝫ venerūt ⁊ duo
falsi testes: ⁊ dixerūt. Hic dixit possuꝫ destrue
re templū dei: ⁊ post triduum reedificare illud.
Sed hic oritur questio quomodo isti dicuntur
falsi testes: quādo Ioh. 2. christ9 dixerat. Sol/
uite templū hoc ⁊ in trib9 diebus excitabo illud
Ad quod respondet Hierony. super Math.
quē sequitur Nicolaus de lira ꝙ illa verba que
dixit christus intelliguntur de templo corpo/
ris sui

ris sui: vt ibidē dicit. Et hoc sonant vba ibi/
dē posita que christus dixit nō pcipiendo sed
predicendo eis qd essent facturi. Unde sensus
ē. soluite. i. soluetis templū hoc. s. corpus meū
per mortē: ꝛ in tribus diebus excitabo illud p
resurrectionē: ꝛ nō destruā dixit vel possuz de
struere. Inquit ergo Hieronymus. Falsus
testis est qui nō eodē sensu dicta intelligit quo
dicunt. Possent etiā dici pdicti falsi testes ex
falsa intentione: qꝛ intendebant procurare mor
tem innocentis. Secundo fuit vehemens do/
lor christi ppter publicā criminationē. Nā cū
taceret ꝛ nihil responderet ad ea que sibi obij/
ciebant: quasi responsione indigna: princeps
sacerdotū qui ex impatientia de tribunali surre
xerat ait illi. Adiuro te p deū viuū: vt dicas no
bis si tu es christus filius dei. Dicit ei iesus.
Tu dixisti. Ad qđ rñdet ppter reuerentiā di/
uini nominis inuocati. Et subdidit. Uerūta/
men dico vobis: āmodo videbitis filiū homi/
nis sedentē a dextris dei ꝛ venientē in nubibꝰ
celi. Tūc pnceps sacerdotū scidit vestimēta sua
dicens. Blasphemauit: qd adhuc egemus te/
stibus. Audistis blasphemiā. Quid vobis vi
det. Ubi Hieronymꝰ ait. Pontificē quez de
solio sacerdotali furor excusserat eadem rabies
ad scindēdas vestes puocat. Et Criso. i omel.
inquit. Hoc fecit vt accusationez redderet gra
uiorez: ꝛ quod verbis dicebat: factis extolleret
Qui aūt erāt cum pontifice fremētes dixerunt
Reus est mortis. Ubi Origenes ait. Quā/
tum putas fuit erroris ipsam principalē oium
vitā ream mortis pronūciare: ꝛ p tantoꝝ resur
gētiū testimonia nō respicere fontē vite: de quo
in omnes viuētes vita fluebat. hec ille. Quā/
uis vero falso illi violēta morte dignū acclamas
sent xpm: tamē dubium hic incidit: vtrū i ipso
necessitas fuit ad moriēdū morte naturali. Et
respondet Ric. i. 3. di. 16. ꝙ in ipso fuit necessi
tas moriendi q̄ꝫtum ad humanā naturaꝫ: q̄ ne
cessitas nō fuit contracta nec propter peccatuꝫ
debita: sed fuit volūtarie assumpta. Uolūtarie
enim filius dei talem assumpsit naturam huma
nam: ꝙ nisi eam miraculose cōseruaret: neces/
raium: eatrꝙ corpus eius resolubile ꝛ mortale
senio defecisset: q̄ꝫuis valde diu durasset pro/
pter excellētissimaꝫ cōplexionē. Fuit ergo i eo
necessitas moriēdi ratione nature assumpte re
licte suo regimini naturali: nō tamē fuit necessa
rium illum mori morte qua mortuus est: nisi p
comparationē ad diuinā pordinationem. Sed

adhuc nōnulli dubitant vtrum necessitas mo/
riendi in christo subiecta fuerit eius volūtati hu
mane. Et quidem tenēt ꝙ sic. Primo quia se
cundū Ansel. in. li. cur deus homo. Sapiētie
ꝛ iusticie dei repugnat cogere mortez pati sine
culpa illum quem iustum ad eternam fecit beati
tudinem: sed homo christus nūq̄ꝫ habuit culpā
ꝛ fuit factus iustus ad eternam beatitudinem:
ergo repugnasset sapientie ꝛ iusticie dei ꝙ xp̄s
mortē sustinuisset si noluisset. Alij vero cōtra
riuꝫ asserunt: quoniā mori ex cōditione nature
ꝛ posse mori nūq̄ꝫ aliq̄ creata virtute repugna
re videret: sꝫ i xp̄o fuit necessitas moriēdi ex cō
ditōe nature: ergo cuꝫ volūtas hūana sit creata
nō potuit illa voluntate fieri imortalis. Rñdet
Ric. ad istam questionem: ꝙ vt tactū ē aliqui
dicunt ꝙ necessitas moriendi in xp̄o subiecta
fuit voluntati humane. Dicūt eni ꝙ p cōpatio
nem ad necessitatē moriēdi xp̄s inquātū homo
tenuit mediū inter statū innocētie ꝛ nature lap
se. In primo eni statu nec natura nec volun/
tas suberat necessitati moriēdi: sed in nobis tā
natura q̄ꝫ voluntas subsunt necessitati morien
Secūdo ꝓbatur: omnes ad pniam vocat si cut dicit apl's. i. Thimotei. 2. ꝙ deꝰ vlt oēs ho mines saluos fieri. Vult ergo oēs: ⁊ nō ꝑtem. Vnde idē apl's Ro. 8. ait. Scimus qm̄ diligē tibꝰ deum oia coopantur in bonū: his qui scd'3 ꝓpositum vocati sunt sancti. Nam quos pre/ sciuit ⁊ predestiuauit cōformes fieri imaginis filii sui: vt sit ipse primogenitus in multis fra/ tribus: quos aūt p̄destinauit: hos ⁊ vocauit: ⁊ quos vocauit: hos ⁊ iustificauit: ⁊ quos iustifi/ cauit: eos ⁊ magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec. Si deus pro nobis quis contra nos. Qui etiam ꝓprio filio non pepcit: sed pro no/ bis oibus tradidit illum. Qūo nō ēt cū illo oia nobis donauit. Sed voluntas dei est ifallibi/ lis: qr oia quecūq3 voluit fecit. Nec pōt ipedi/ ri. ad Ro. 9. Volūtati eiꝰ qs resistit: ergo ⁊c̄.

Ecundū mysteriu3 dr̄ declaratio. Ne ergo i errore mēs parū intelligētiu3 ꝑ maneat: ex p̄fatis videbimus tres decla rationes cōtra tres predictas oppositiones.
Prima ē contra inclinationem.
Secunda contra reuelationem.

Tertia contra predestinationem.

Prīa est cōtra iclinationem. Dicebat̄ q̄ deus debebat plures saluare q̄ dānare: q̄ ei⁹ natura magis iclinata ē ad miserēdū q̄ puniēdū Rn̄deo q̄ verū ē quantū ad effectū: nō quātum ad naturā: q̄ nō est differēs i natura: sed tamē nō seqtur ꝓpterea oēs vel plures saluentur: q̄ regula illa itelligitur stātibus terminis ipsius nature. Verū nāq̄ ē q̄ deus saluaret omnes sicut m̄ltos: si ipsi se ad salutē disponerēt: sed q̄ n̄ se disponunt: iō nā nō saluant̄. Patet hoc exēplo multiplici. Nā cibus nāliter h̄ꝫ p̄bere nutrimētū: sed tamē nō prebet in illo q nō h̄ꝫ digestionem: lumē h̄ꝫ illumniare: sed tamē non illuminat cecorū oculos: medicina habꝫ sanitati disponere: sed nō disponit morituros: τ h̄ nō ē culpa actiuorū: sed ex defectu passiuorū: q̄ nō sunt dispositi. Unde hoc idē cōfirmat ph̄s .2. de aīa. d. Actus actiuorū sunt i patiente bn̄ disposito. Sic dico q̄ dei natura lꝫ de se sit inclinata omnibus misereri: tamē nō oībus miseret̄: q̄ nō se disponūt ad susceptionē ipsius. Hinc auctor de causis ait. Prima cā τ supior semp ē sine varietate: sꝫ cause secūde nō recipiūt virtutem prime nisi secūdum attingētiam: ergo non valet argumentū. Secūda declaratio ē cōtra reuelationem. Nā dicebat̄ q̄ plures ex reuelatione demōstrant̄ saluari q̄ dānari. Rn̄deo q̄ de electis ē loqui dupliciter. s. absolute τ respectiue siue cōpatiue. Primo mō electorū ē maxima m̄ltitudo. Nōne tibi vident̄ multi tot ꝓphete: tot martyres: tot cōfessores: tot virgīes tot cōtinētes τ casti. Et sic habent intelligi ille auctoritates: doctorūq̄ opiniones. Secūdo mō in cōparatione: siue cōparatiue loquēdo dico q̄ electi sunt paucissimi: si eni boni viri mal̄ comparant̄ paucissimi inueniuntur. Nā siq̄s ex magno monte harenarū vel ex littore maris sumeret pugillum harene: harena illa grandis diceret̄ absolute: q̄ grana ibi cōtenta eēnt ifinita: sed cōparādo ad illa que sunt i monte siue in littore maris dicerēt̄ pauca. Sic est de electis: nā multi sunt absolute: sed in cōpatione dānatorū pauci: τ iō deus absolute loquēdo dicit ad Abraā: q̄ semē suum multiplicaret sicut puluerem: τ sicut stellas celi. Et in cōparatione loq̄ndo fuit dictum Deut° .33. Ecce omnes electi in manu dei sunt. q. d. Electi tam pauci sunt vt possint manu teneri. Hinc sap̄. 3. dicit̄. Iustorum anime in manu dei sunt. Et sic pꝫ secūda declaratio. Tertia declaratio ē cōtra p̄destinationem: vbi dicebatur q̄ aut deus omnes elegit vel predestinauit: aut partē: τ si omnes: ergo omnes erant saluandi: τ si partem hoc erat falsum: quia non ē personarū acceptor. tum ēt q̄ vult omnes homines saluos fieri. Respondeo dicendū q̄ non oēs predestinauit. Nam p̄destinatio est tm̄ bonorum. Unde magister i 1. di. 40. ait. Predestinatio est gratie p̄paratio qua elegit quos voluit ante mundi cōstitutionē Sed dices: ergo est p̄sonarum acceptor: τ q̄ nō omnes vocat vt dicit Apoc. Dico q̄ non sequit̄. Nam ipse ex hoc non acceptat p̄sonas sꝫ merita: τ damnat demerita. Et ideo non omnes p̄destinauit: q̄ preuidit quosdam in peccato duraturos: illos aūt tm̄ p̄destinauit quos benefacturos p̄cognouit. Unde. 23. q. 4. c. Nabuchodonosor. Aug. ait vires obedientie non ideo cuiusq̄ subtrahit, q̄ eum nō predestinauit Sed ideo eum nō p̄destinauit q̄ recessuruꝫ ab ipsa obedientia p̄uidit. Et infra dicit̄. Quia p̄sciti sunt casuri: nō sunt p̄destinati. Ecce ergo q̄ deus non cōsiderat in p̄destinatione personas: sed merita. Ad āt dicebat̄ sm̄ apostoluꝫ q̄ deus vult omnes hoīes saluos fieri τc̄. Rn̄deo sm̄ doc. τ maxime sm̄ Io. Dama. τ Alexan. de ales. Q̄ in deo dicitur esse duplex voluntas: non respectu volētis: sed respectu voliti. Una dicitur antecedens siue absoluta: altera consequens siue cōditionata. Volūtas antecedēs ē in qua vult deus oībus misereri: τ vl't omnes saluari. Vocat. n. cū ista ad pniam oēs .s. iudeos: paganos: sarracēos: τ quoscūq̄ peccatores: clamatq̄ ad vitam eternam. Sed ista n̄ sequitur effectum suum pp rebellionem liberi arbitrii nostri. Clamat deus volo te saluare anima mea. Et liberum arbitrium peccatoris rn̄det. Nolo. Exemplum de rege qui preciū soluit pro liberatione suorum ciuium: τ parat naues: vt in patriam eos reducat a captiuitate τ oēs a vinculis vult liberare ac soluere. Sꝫ q̄dam eorūꝫ cōtēnūt. Ecce q̄ sarraceni: iudei: τ ceteri obstinati peccatores nolūt exire de carcere infidelitatis τ male voluntatis. Sed tamen deus p̄cium ꝓ oībus soluit redēptiōis: τ oib⁹ vult misereri. Unde apostolus Heb. 5. Factus ē oībus obtempantibus sibi cā salutis eterne. Et de absoluta voluntate dicit idē apl'us. 1. Thi. p̄. Hoc bonū τ acceptū coram saluatore nostro deo q vult oēs homies saluos fieri τ ad cognitionem veritatis puenire: q dedit semetipsum ꝓ oībus. Alia voluntas dicit̄ cōsequēs

siue conditionata. Et fm istam voluntatez nõ
vult oẽs homies saluare: qa hec ẽ cũ cõditione
diuine iusticie. Vult enim illos saluare q gra/
diũtur p semitam mãdatorum suorũ: ⁊ dãnare
eos qui ambulant p vias nõ bonas: nisi retra
hant pedem. Exemplũ de rege qui suos ciues
diligit: ⁊ oibus salutem optat ⁊ quãq̃z velit oẽs
saluos eẽ: tamẽ vult quosdã qui nephãda com
miserunt suppliciis tradere. Sic est d' deo. Sz
dicit aliquis. Nolo aliquid boni agere: quia si
sum p̃destinatus: oĩno saluabor: si vero nõ: oi
no dãnabor. Tace stulte: qr deus ita te p̃desti
nauit ꝙ tamẽ vult te laborare vt salueris. Vñ
magister in. p̊. di. 40. ait. Predestinatio ẽ salꝰ
ex inductione meritorũ. Et. 23. q. 4. c. obtineri
dicitur. Ipsa quoqz perẽnis regis p̃destinatio
ita ab oipotente deo posita est vt ad hanc electi
nõ nisi labore pueniant: quatenus laborando
mereantur accipe: qd' eis oipotẽs deus ab eter
no disposuit dare. Item ppterea nõ dãnabe/
ris: quia sicut speculator ostendẽs viã bonam
trãscũtibus ⁊ ne malam viã que ẽ a sinistris te
neãt: nõ est cã vt in ea incidãt in latrones. Sic
deus p predestinationẽ non est cã dãnationis
alicuius. Nã stultus esset ille qui nihil cibi vel
medicine sumere vellet dicẽs. Si debeo mori
moriar ⁊ si viuere viuã. Vnde Aug. 23. q. 4.
Nabuchodonosor ait. Vasis ire nunq̃z deus
redderet interitũ: nisi spõtaneum inueniret ho
mo habere peccatuz: qr nec deus peccãti hoi iu
ste inferret iram: si homo ex predestinatiõe dei
cecidisset in culpam. Et idem in. c. Vasis. §.
non ergo. ait. Non ergo necessitatẽ facit corre
ctionis vel obdurationis diuina p̃destinatio si
ue p̃scientia: cum boni p gratiaz corrigant libe
ro arbitrio mali peant ⁊c̃. Hoc satis patet: ꝙ
non sequitur ꝙ deus debeat multos vel oẽs p
pter predestinationẽ saluare: sed illos qui vo/
lunt saluari bene viuẽdo ⁊ operando.

Ertium mysteriũ dr̃ confirmatio. An
nũcio vobis mala noua: qr verificatur
sermo iesu xp̃i q dicit. Multi sunt vo/
cati ⁊c̃. Qđ vt certius confirmetur triplici con
firmatione demõstrabitur.

Prima dicitur exemplificatiõis.
Secunda dicitur testificatiõis.
Tertia dicitur malignatiõis.

Prima cõfirmatio dicit' exẽplificatiõis.
Nã si intuemur oia exempla tam naturalia quã
diuinalia ⁊ moralia inueniemus ꝙ plures tẽdũt
ad penam q̃z ad gloriam. Primo eni con
sideremus naturalia exẽpla. Videmus. n. ꝙ i
istis que naturaliter fiunt plus malitie abun/
dat q̃z bonitatis. Vnde facilius ẽ destruere q̃z
edificare: pdere q̃z inuenire: occidere q̃z resusci/
tare. Nam vno ãno cõficit' panis: ⁊ vno mo/
mento quasi deuorat': multis ãnis hõ pficitur:
⁊ modica hora pdit' ⁊ occidit'. Quare hoc. Qr
natura rerũ facilius ducitur ad malum. Item
videmus ꝙ plus ẽ terra inculta q̃z culta: plus
aque amare q̃z dulces: plus sunt imunditie que
ex frumento vino ⁊ oleo exeunt q̃z ipsi fructus:
plus lapides edificiorum q̃z preciosi. Sic repro
bi plures sunt q̃z electi. Itẽ cernimus ꝙ in his
rebus q̃ vsui nature sunt difficiles ad habẽduz
pauci pueniunt: vt in scientia dignitatibꝰ ⁊ hu
iusmodi. Et hoc quare. Qr p̃ciosa difficilime
possident'. Sic ergo ⁊ gloria celestis a paucis
eripitur: qr p̃ciosissima est. Vñ ait philosophꝰ
Malum ẽ facile: difficile ẽ bonum. Secundo
consideremus diuina exẽpla que fuerunt figu/
ra saluandorũ paucitatis. Lege Gẽn. 7. c. ⁊ i
uenies ꝙ tempore diluuii pauci. i. octo anime
vtriusqz sexus saluate sunt in archa Noe. Le/
ge insuper Gẽn. 19. ⁊ similiter inuenies: ꝙ ex
Sodoma ⁊ Gomora solus Loth cum vxore
sua ⁊ duabus filiabus saluatus fit. Et tamẽ qr
eius vxor retrospexit in statuam salis mox con/
uersa fuit. Item si bene legis inuenies ꝙ ex il/
la maxima multitudine filiorũz israel que egres
sa est de terra egypti nemo eorũ a. 20. ãnis su
pra itrauit terraz promissionis nisi Caleph ⁊
Josue. O peccator conuertere: qr multis imo
oibus terra viuentiũ pmissa ẽ: ⁊ tñ pauci itrãt
pauci effugit interitũ huiꝰ seculi: qr nolunt sibi
puidere. Tertio cõsideremus exẽpla mora
lia. Nã legitur ꝙ sanctus Bernardus. 15. die
post morẽ suam apparuit cuidã monacho: cui
inter alia iterrogãti si tam difficile eẽt saluari vt
scripture testant': respondit ꝙ verũ erat. Et ita
lit. d. Ea die qua ex hac vita migraui: quadra/
ginta tria milia hominũ decesserũt: ⁊ solũmodo
ego cũ quodã heremita vitam celestẽ intraui: ⁊
qdam bonus secularis penas purgatorii saluã
dus intrauit. Refert ẽt quidã historicus ꝙ q/
dam monachus Lugdunensis q fuerat in he
remo p ãnos triginta i magna pnia: post suam
mortẽ apparuit ep̃o ciuitatis Lugduñ. d. Ha.
ha. o iusticia dei q̃z terribilis: q̃z subtilis: q̃z acu
ta: q̃z aspera. Et mirans ep̃us ipsum adiurauit
vt diceret qd hoc eẽt. Cui ille respondit. O Jo
annes age pniam: grandis eniz tibi restat via.

Ec enim

Eo enim die quo ego decessi ex hac vita trāsie-
runt etiam octuaginta milia aie: que omnes dā
nate fuerunt exceptis. 5. quarum due eternam
gloriā ⁊ tres purgatorium itrauerunt. Et his
dictis disperauit. Habetur ēt in cronicis ordi
nis nostri ꝙ dū quidā frater noster deuotus ⁊
sanctus predicaret in partibus Alamanie: po-
pulo ipsum audiente: ⁊ vidēte: quedam mulier
peccatrix cōpuncta tunc diuina gratia: mortua
ē ex vehementi peccatorū dolore. Et cum finē
ꝓdicator sermoni fecisset: indixit populo vt vna
secum dño funderent preces: vt si bonum fo-
ret quod actum cēt in muliere apperet. O mi-
rabile dictu. Illa que mortua fuerat sana re-
surrexit. Rogat frater eam vt si qd vidisset api-
ret ad audientium vtilitatem. At illa ait. Heu
sciant omnes homines ꝙ mortui sunt hodie.
70. milia hominum qui omnes dānati sunt ex
ceptis. 4. qui ad purgatorium descenderunt.
O obcecati peccatores agite pniam: qr iusticia
dei est strictior qȝ credit. Et quid mirū si tot dā
nant: cum totus mundus sit laqueis plenus.
Nōne sanctus Antonius abbas raptus i spū
vidit totum mundum laqueis plenum: ⁊ flens
exclamauit dicens. Dñe quis euadet hos laq̄
os. Et dñs respondit. Sola humilitas. Ecce
ꝙ nemo potest saluari nisi fuerit humilis: ⁊ ta-
men paucos videmus qui illam virtutē sequū
tur. Hoc cōfirmat dñs Math. 18. Nisi cōuer
si fueritis: ⁊ efficiamini sicut puuli: non intra-
bitis in regnum celorum: ergo ⁊c. Secunda
confirmatio dicitur testificationis. Naȝ hoc te
stantur omnes scripture ⁊ doctores: ⁊ ēt paga
ni. Virgilius. n. ait. 6. eneidos. Pauci quos
equus amauit Iupiter. Et Valerius maxim⁹
Multis enim laboribus susceptis vix eorum
compotes fieri contingit. Et Aug. 20. de ciui.
dei. Plures hoies currunt in penis qȝ in glo
riam. Idē. 21. c. 12. ait. Si oēs a tenebris trāſ
ferrent in lucem: in nullo appareret veritas vl
tionis: in quibus propterea multo plures quā
in illa sunt: vt sic ondatur quid hoibus debet
ꝙ si oibus redderet iusticia iudicantis: nemo
recte reprehenderet. Itē libro d̄ vero cultu ait.
Anteqȝ christus adueniret in mundum: d̄ mū
do transierunt plus qȝ qnqȝ milia ann quibus
omnes damnabant demptis paucis de popu
lo israel. Et idem eodem libro. Arbitror enim
tres mundi partes fore damnandas: eo ꝙ i ip
sis omnes regnant infideles. De quarta auteȝ
parte quid dicā. nisi qd̄ Io. ait. Totus mūdus
in maligno positus est. Et Greg. in omel. su
per Math. dicit. Ad fidem plures veniūt sed
ad celeste regnū pauci perducuntur. Pleriqȝ
enim vocibus deum sequuntur: sed moribus
fugiunt. Veniamus ad campum diuinarum
scripturarum. Quid dicis tu o Esa. c. 8. Mul
tiplicasti inquit gentem: sed non magnificasti
leticiam. Et. i. petri. 4. c. dicitur. Si iustus vix
saluabitur: impius ⁊ peccator vbi appebit. O
miser peccator: mala nouella. Sed forte dicis.
Non credo predictis testibus: quia fortassis vt
homies sunt locuti. Saltē christo crede. Quid
dicis domine iesu. Audi Math. 7. Intrate in
quit per angustam portā: quia lata porta ⁊ spa
tiosa via que ducit ad perditionem: ⁊ multi sūt
qui intrant per eam. O peccator paupercule qȝ
male nouelle. Tu velles ꝙ dicerem ꝙ omnes
saluantur. Ego non possum: quia veritas mi-
hi cōtradicit. Certe si ista non essent vera ⁊ vti
lia: xp̄s ea non predicasset. Nam vt etiam salu
tis viam arduam ostenderet dicit in eodem. c.
Non omnis qui dicit domine dñe intrabit i re
gnum celorum: sed qui fecerit voluntatem pa-
tris mei qui in celis est: ipse intrabit in regnuȝ
celorum. Multi mihi dicent in illa die. Dñe
nōne in nomine tuo prophetauimus: nōne in
nomine tuo demonia eiecimus: multasqȝ virtu
tes fecimus. Et tunc confitebor illis: quia nū-
quā noui eos. Discete a me omnes qui opera-
mini iniqtatē. Et thema dicit. Multi sūt vo-
cati ⁊c. Tertia confirmatio dicit malignatio
nis. Tanta est hominum malignitas ꝙ nō mi
rari debemus si pauci saluentur. Licet enim vt
phs ait: de futuris cōtingētibus non sit deter
minata veritas: tamen sepissime ex qualitatib⁹
rerum quedam futurorum indicia certa perci-
pimus. Sicut dicimus. Sero rubrum celum:
mane indicat esse serenum. Et hoc vt plurimū
verum est. Cognoscimus etiam ex nubiuȝ dē
sitate: ventorum fulgurum ⁊ tonitruoruȝ mul
tiplicatione ꝙ magnam testantur futuram tem
pestatem. Vnde ⁊ ipse saluator cum de tribu-
latione que in orbem ventura est loqueretur di
scipulis intulit dicens. Ab arbore auteȝ fici di
scite parabolam Luc. 21. Hoc autem dico ꝙ
ex precedentibus signis multotiens exitum co
gnoscimus futurorum. Cuȝ eni totū pene mū
dū cernamus letali vulnere peccati sauciatū: ⁊
plura mortis signa qȝ vite: quid aliud de ipso
iudicare possumus qȝ malum. Nonne attrito
ꝑbo proverbio dicimus ꝙ ipossibile ē male

viuere ⁊ bene mori: ⁊ econuerso: nōne verum est qḋ Geñ. 8. c. scriptū est. Sensus ⁊ cogita/tio hominis proni sunt ad maluꝫ. Et. 12. q. 1. c. omnis etas. dicit. Omnis etas ab adolescētia sua prona est ad maluꝫ: ergo qꝛ homines proni sunt ⁊ ꝓmpti ad malū pereunt. Hinc. 1. Joh. 2. c. dicit. Totus mundus in maligno positus est. Cū ergo plura mala signa dānatōis in mū do cognoscimus vt dixi ꝙ salutis: qd possumꝰ dicere nisi ꝙ multi sunt vocati: pauci vo electi. O dn̄e deus quo vadūt iudei ⁊ infideles. Ad infernū. Si qs. n. aliter crederet eēt hereticus Quo tendūt pueri q sine baptismo decedunt. Ad infernū. Quo etiā vadūt tot heretici q sunt in mūdo. Nā omnes oriētales ethiopie: libye pene omnes greci. Bosinenses: ⁊ multi alij varijs heresibus sunt implicati. Nō inuenies castellū ciuitatē aut villā que nō habeat aliquos hereticos occultos ⁊ publicos. Nā alij nō cre dunt animā esse imortalē. Alij dicūt nō eē aliā vitā: nec infernū: nec paradisum. Alij asserunt luxuriā nō esse peccatū. Alij putant stellaꝝ fatū sup liberꝝ arbitriū habere ptātē. Alij credūt mu lieres in gattas: ⁊ hoīes in lupos posse mutari Alij tenent ꝙ spiritus humani ingrediunt cor pora aliena. Alij credunt ꝙ facere incantatōes nō sit peccatū. Et multi alij errores inueniunt a qbus nolūt hoīes conuerti. Omnes hmōi in errore suo obstinati ꝑsistentes sunt excōicati ab ecclesia: vt pꝫ. Similiter q nō credunt sacramē ta ecclesie. Cōsidera quot sunt viri ⁊ mulieres in his erroribus implicati. Multi publici: sed plures occulti. Isti quo vadūt: ad ifernū. Dic modo de ignorātibus doctoribꝰ p̄latis cōfesso ribus ⁊ subditis. Quāta ē taliū multitudo: quo rū quilibet tenet scire q̄ ad eoꝝ spectāt salutē et officiū vt de alijs taceā. Sūt tot q ignorāt peni tus articulos fidei: decē p̄cepta: ⁊ pleriqꝫ oratio neꝫ dn̄icā: ⁊ qḋ deterius est cōfessores ⁊ eoꝝ p̄ lati etiā ipsi pleni ignorātia raro inducunt tales vt discant: ⁊ in eoꝝ ignorātia moriunt. Quo isti vadunt: ad infernuꝫ. Quomodo scis frater Roberte. Respondeo: qꝛ oēs doctores cano/nici: ⁊ oēs theologi dicunt: ⁊ p̄cipue Tho. 1. 3. pte. q. 176. q' ignorātia iuris nō excusat in his q sunt doli capaces: pꝫ etiā extra de iniurijs. c. Si culpa. ⁊ extra de vi. ⁊ ho. cle. c. vt'qsqꝫ. ⁊ de reg. iur. li. 6. ⁊. 37. di. Ideo ꝓhibent. ⁊ i glo. ibi. ⁊ de cōse. di. 4. c. nos añ oia. Itē quo ten/dūt multi q moriunt dspati: multi morte subita nea q nō habēt spaciū penitendi. Heu qꝛ por/tant ad infernū. Quo insup tendūt p̄dones ex tortores: fures: lusores: dānificatores: vsura/rij: tpis venditores: ⁊ hmōi: ⁊ q talibꝰ p̄bēt au xiliū: fauorē: ⁊ ꝯsiliū: q oēs tenent ad restitutio nem: ad infernū. Habes hec extra de furtis. c. porro. ⁊ in glo. ibi sup. v. satisfacere. Et de vsuris. c. cū tu. Itē li. 6. de reg. iu. Itē. 14. q. 6. c. si res. ⁊. 24. q. 2. c. legat. Et de pe. di. 6. c. nemini. Quo ergo miseri vadunt: ad ifernuꝫ. Quo vadūt mali religiosi: q nō fuāt regulam suaꝫ: ad infernū. Quot peccatores moriunt ex tra charitatē ꝓpter odiū cuꝫ ꝓximo suo: aut ꝑꝑ amorē peccandi: vel horrorꝫ satisfaciendi: aut etiā alia simili de causa: sed tantū penitēt ꝓpter timorē gehenne. Heu qꝛ rapiunt ad tartara: quia scriptū est de pe. di. 2. c. nullus. ⁊ sunt ver ba Aug. d. Scriptū est nemineꝫ sine charitate saluū esse: Nō itaqꝫ in solo timore viuit homo. Quem ergo penitet oportet nō solū deū timere iudiceꝫ: sed diligere iustuꝫ: vt nō solū penaꝫ ti/meat: sed anxietur pro gloria. O igitur captiui diaboli reuertimini ad misericordiā dum tem/pus est. O miseri christiani renegati: reuocare vitā vestrā ad dominū deū vestrū vt euitetis cō sortia dānatoꝝ. Redite ergo: qꝛ nemo dānat nisi ꝑ ꝓpriā culpā: ⁊ deus nō est inculpandus sed potius nostra malignitas. Nā deꝰ nō vult quēpiā vilē ⁊ magnū peccatorē ꝑire: sꝫ stat ex/tensis in cruce brachijs cōpatiēs peccatis ⁊ dā nationi nr̄e: vt oībꝰ largiat sua ifinita misericor dia vitā eternā: ad quā ipse nos conducat qui vi uit ⁊ regnat in secula seculorum. Amē.

Sermo de cathenis.

Vidi angelum descendēteꝫ de celo habentem clauē abysi: ⁊ cathenā magnaꝫ in manu sua. Apoc. 20. Infir/mitates curande dilectissimi in christo iesu: nō aliter curant: nisi ꝑ medicinas eis cōtrarias: vtputa infirmitates calide ꝑ me dicinas frigidas: ⁊ ecōuerso. Et hoc cōfirmat aristo. 2. ethi. d. Medicine habent fieri ꝑ cōtra/ria. Et. 8. Contraria cōtrarijs curant. Qua/re antiquus ille serpens generis humani ini/micus videns hominē illuc posse conscendere per humilitatē: vnde ipse per superbiam corru erat: confirmatus in dei odio ⁊ nostri inuidia: semꝑ querit nos precipitare: ⁊ ad baratruꝫ vbi ipse est deducere per frequentationeꝫ peccato/rum mortaliū. Et quia scit nos per penitētiā in

hac via

hac vita posset resurgere: conatur multis modis i ipsis nos ligare ne resurgamus: vt in his moriē do eternaliter pereamus. Propter hoc dicit thema nostrū: videlicet. Vidi angelū.i. diabolum descendentē de celo.i. p superbiā cadentē habē tem clauē abyssi: et cathenā magnā i manu sua: idest ligamenta ad ligandū animas ne vere pe/ niteant: sed eternaliter pereant. Que volentes dissoluere et de animabus nostris extirpare: vt possimus penitere: necesse ē malleos fortes ha bere: qui ipsas cathenas disrumpāt: ligamēta q3 dissoluant. S3 q2 opposita iuxta se posita ma gis elucescūt: videamus primo cathenā et liga menta que singullatim per medicamēta contra/ ria dissoluemus. Ex scriptura enim sacra: vt p cipere potui cathena ista magna habet nouē no dos: quos necesse ē soluere et totaliter destrue/ re: vt a peccatis nosipsos soluamus: videlicet.

Prima dicit̃ infidelitas.
Secūda desperabilitas.
Tertia dicit̃ horribilitas.
Quarta dicit̃ difficultas.
Quinta dicit̃ exemplaritas.
Sexta dicit̃ delectabilitas.
Septima dicit̃ timiditas.
Octaua p̄sumptuositas.
Nona dicit̃ longanimitas.

Prima ergo cathena magna et terribilis est infidelitas. Mirari enim soleo tantā diuersita tem hominū tam diuersimode operātiū. Qui/ dam enim bene: quidā melius: quidā vero opti me: quidā male: aliqui peius: nonulli pessime operant̃. Sed finaliter inuenio q2 ista diuersi/ tas nō causat̃ nisi ex defectu: aut a diuersitate fi dei. Et q̄3uis dicāt oēs se credere: nō tamē oēs illa que credunt cōsiderant et inuestigāt. Quod autē hoc sit verū probat̃ primo p ratonē. Se/ cūdo p auctoritatē. Tertio per exēplū. Pri/ mo per rationē sic. Sententia est Ari. in prin/ cipio de sensu et sensato. Nihil ē i intellectu qn prius fuerit in sensu. Quod si p intellectū non cognoscit̃: nec per voluntatē amat̃: sicut ipse ait in.3. de anima. Voluntas nō fertur nisi in p̄/ cognitū. Et Aug.x. de trini.c.i. ait. Firmissi/ me nouimus nō nisi nota amari posse. Quod si non amatur: nec etiā propter illud aliqd boni operat̃. Si ergo volumus bene agere et in vir tutibus insudare: necesse est bonū et premiū p/ pter qd operamur cognoscere: q2 finis mouet operantē ad agendū.2. phisicorum. Sed ipsum bonū supernū: et felicitatē eternā nō possumus naturaliter cognoscere: ergo necesse est vt sup/ naturaliter cognoscamus: et hoc ē p fidē. Quā ta ergo erit fides: tāta erit cognitio: quanta erit cognitio: tāta erit affectio: et quāta erit affectio: tanta erit virtutis opatio: ergo de primo ad vlti mu3 quāta erit fides: tanta erit operatio. Rur sus per eandē rationē penā eternam malū esse acerbissimū naturaliter cognoscē nō possumus ergo supernaturaliter per fidē. Si ergo volu/ mus peccata deuitare: necesse est penā ad qua3 peccata inducūt nos cognoscere. Et tanta erit peccati deuitatio: quāta erit pene cognitio. Si ergo nō est nisi p fidē: quāta erit fides: tāta erit peccatorum deuitatio et oditio. Per hanc ergo ra tionē patet opera bona et mala procedere a pro fectu et defectu fidei. Secūdo hoc idē probat̃ p auctoritatē Aug. d. Fides mensurat actiones. Et per illud Lac.2. diuinarum institutionum ad uersus gētes circa principiū. Mūdū existimāt nulli deo nos esse cure: aut post mortē nihil eē futuros: totos se libidinibus adijciunt. Et du3 licere sibi putant hauriendis voluptatibus sciē ter incūbūt: p quas imprudētes laqueos mor/ tis incurrunt. Ignorāt enim q̄ sit hominis rō quā si tenere vellent in primis deū suū agnosce rent: virtutē iusticiāq3 sequerent̃: terrēis figmē tis aīas suas nō substernerēt: et mortiferas li/ bidinū suauitates nō appeterent. hec ille. Pro batur etiā auctoritate sacre scripture. Et Prio Moysi dicentis Numeri.20. Quia nō credi distis mihi vt sanctificaretis me corā filijs israel nō introducetis hos populos in terrā qua3 dp bo eis. Ite3.2. Paralipomenon.16. Prebet fortitudinē his q corde pfecto credunt in eum. Et Thobie.2. Vitā illā expectamus: quā domi/ nus daturus est his q fidē suā nunq̄3 mutāt ab eo. Et Esa.6. Si nō credideris nō pmanebis q2 in peccatu3 rues. Ideo dicit̃. Abachuc.2. Iustus in fide sua viuit.i. bene operat̃. Pre/ terea dicit̃ Math.9. et Luc.6. Cōfide filia: fi/ des tua te saluam fecit. Et Math.9. Secundū fidē vestrā fiat vobis. Et.15. O mulier magna ē fides tua: fiat tibi sicut vis. Et Mar.9. Om nia possibilia sunt credenti: etiā maxima et ar/ dua. Et Ioh.3. Qui credit in eū nō iudicat̃: q vero nō credit iam iudicatus est. Et iterum. Qui credit in filiū dei habet vitam eternā: q autē in credulus est filio non videbit vitā eternam: sed ira dei manet sup eū. Itē Paulus magnificat fidē nostrā dicens Ro.i. Gratias ago deo: q2 fides nostra annunciabit̃ vniuerso mundo. Et

Ro.10.c. Corde enim credit̃ ad iusticiam: ore
autẽ confessio fit ad salutē. Dicit.n. scriptura.
Omnis qui credit in illũ nõ confundet̃. Et.2.
ad Cor.13.ait. Si estis in fide xp̃i vos ꝓbare ꝑ
opera. Et ad Gal.2. Nullus iustificat̃ ex opi
bus legis nisi ꝑ fidẽ. Et ad Eph.2. Grã sal/
uati estis ꝑ fidẽ. Et.6. In omnibꝰ sumẽtes scu
tū fidei: vt possitis omnia tela neqssimi ignea
extinguere. Itē Heb.xi. Lapidati sunt: secti
sunt: temptati sunt: in occisione gladij mortui
sunt. Circuiuerunt in melotis: ⁊ in pellibꝰ ca/
prinis egentes: angustiati: afflicti: quibꝰ dignꝰ
nõ erat mundus. Et hec omnia propter fidem
Itẽ Jac.2. Quid ꝓderit fratres si fidẽ qs di/
cat se habere opera autẽ nõ habeat. Nũqd fides
poterit saluare eũ. Itẽ.1. Joh.5.c. Hec est vi
ctoria que vincit mundũ fides nostra. Patent
ergo ꝑdicta ꝑ auctoritates. Tertio ꝓbat̃ ꝑ exẽ
plum. Ponat̃ ꝙ quidam trãseat ꝑ viã: ⁊ occur
rat ei vnus amicus eius dicens: ne transeas vl
terius: quoniã inimici tui ꝓpe parati sunt cum
gladijs interficere te. Ille aũt si credet aufugiet
si autem transierit interficiet̃. Sic enim nobis
euenit ꝑ viam peccatorũ transeuntibus. Uene
runt prophete: martyres: ⁊ apostoli demũ ipse
christus nobis amicissimꝰ: ⁊ clamauerunt om
nibus peccatoribus dicentes. Ne transeatis.
o supbi ꝑ viam supbie. O auari ꝑ viam auari/
cie: qꝛ inimicus vester diabolus interficiet vos
idest ducet vos ad infernũ in illas tenebras ex/
teriores. Quare ergo nõ fugimus. Quare istã
vitã nõ deuitamus. Nõ ob aliud quia non cre
dimus. Rursus ponat̃ ꝙ vnus cupidus ⁊ aua
rus querens ditari nuncios habeat dicentes si
bi. Perge ad illã ciuitatē: ⁊ multas pecunias
lucraberis. Nũquid si credet nõ ibit: imo cur
su velocissimo ⁊ nõ tardabit. Sic nobis euenit
naturaliter desiderantibus felicitatem. Quibꝰ
dictũ est solũ felicitatē esse in alia vita: ⁊ ibi sum
mum bonũ adesse. Nõ ergo ob aliā cãm eue
nit: vt illud summũ bonũ totum cõtemnat̃: nisi
qꝛ annunciantibꝰ nõ credimus. Et sic patet ꝑdi
cta cõclusio ꝑ rationẽ: ꝑ auctoritatẽ: ⁊ ꝑ exẽplũ
Si autẽ q̃reret̃ a me: ꝓpter quid fidei nr̃e tãtis
signis approbate nõ credit hominũ multitudo
maxima: dicerẽ cupiditatẽ ⁊ inordinatã terre/
noꝝ affectionem huius rei solã causam esse: ꝓ
bando sententiã meã per auctoritatẽ Lactantij
in li.7. diuinaꝝ institutionũ aduersus gentes.
Interiꝫ necessariũ puto admonere lectores: ꝙ
hec nostra que tradimꝰ praue vitioseqꝫ mentes
aut omnino nõ intelligent. Ebetat̃.n. acies eo
rum terrenis cupiditatibꝰ que sensus omnes
grauant: imbecillesqꝫ reddũt. Aut etiã si intelli
gent: dissimulabunt tamẽ ⁊ hec vera esse nolẽt:
quia trahunt̃ a vitijs: ⁊ scientes suis malis fa/
uent quoꝝ suauitate capiunt̃: ⁊ vtutis viã dese
runt cuius acerbitate offendunt̃. Nã qꝛ auari/
cia ⁊ opũ inexplebili quadã siti flagrãt: qꝛ non
possunt venditis aut dilargitis que amãt tenui
cultu vitã degere sine dubio malunt id esse fictũ
quo desiderijs suis renunciare cogunt̃. Item
qui libidinũ stimulis incitati: vt ait poeta: in fu
rias ignemqꝫ ruunt: vtiqꝫ incredibilia nos asse
rere dicunt: qꝛ vulnerant aures eorū precepta
cõtinentie: que illos a voluptatibus suis ꝓhibẽt
quibus animã suam cum corpore ad iudicaue/
runt. Qui vero ambitione inflati: aut amore
potentie inflammati: omne studium suũ ad ac/
quirendos honores contulerunt: nec si solẽ ip/
sum in manibus gestemus fidem accõmoda/
bunt ei doctrine que illos iubet omni potentia
⁊ honore contempto humiles viuere: atqꝫ ita
humiles vt accipere iniuriam possint ⁊ refer/
re nolint si acceperint. Hi sunt homines: ꝗ cõ/
tra veritatem clausis oculis quoquo mõ latrãt.
Qui autem sani erunt: idest nõ ita vitijs imer
si vt insanabiles sint ⁊ credent his libenter at/
tendent ⁊ quecũqꝫ dicimus aperta plana ⁊ sim
plicia: ⁊ quod maxime opus est vera ⁊ inexpu/
gnabilia illis videbuntur. Nemo virtuti fauet
nisi qui sequi potest. Sequi autem nõ facile est
omnibus. Hi possunt quos paupertas ⁊ rerũ
exigentia exercuit: ⁊ virtutis capaces efficit.
Hec ille. Et sic habemꝰ primã cathenã. Cõ
tra istam cathenam ad ipsam totaliter dissoluen
dam duplici malleo laborabimus: scilicet ratio/
nis ⁊ exemplaritatis. Primo malleo ratiõis
Presupponãtur ergo res omnes creatas ha/
buisse principium: ⁊ mundũ esse factum: vt di/
cit philosophus.2. methauro. ⁊ in.1. de celo et
mundo. sed nõ ab alio: nisi ab ipso deo. Nam
per hanc cognitionẽ venimus in cognitionem
veri dei: sicut probat Aristo.8. phi. Prio via
cause efficientis. Quia est deuenire ad vnã cau
sam que est causa vltima omniū ⁊ non habeat
causam supra se: quia aliter esset processus in in
finitum: quod a nullo cõceditur. Secundo via
motus quia nihil mouetur a seipso. Et intellige
hic moueri educi de potentia ad actum. Est er
go deuenire ad vnũ immobile: quod faciat om
nia moueri. Et iste est deus: de quo dicit Boe
tius

tius. O qui perpetua munduz ratione guber/
nas. Terrarū celiqꝫ ſator: qui tempus ab euo
Ire iubes: ſtabiliſqꝫ manes dans cuncta moue
ri. Nota ergo ꝙ iſte deus eſt ſumma ſapientia
ꝛ intelligentia: ꝛ ideo omnia fecit ꝓpter aliquē
finem: quia omnis agens ſm rationem agit ꝓ
pter finem: vt dicit phs. 2. phi. ꝛ. 2. de anima.
Si ergo queramus quare fecit elementa ꝛ fru
ctus terre: ꝛ omnia alia animalia. Nō ob aliud
niſi vt oſtenderet ſuā potentiaꝫ: ꝛ ad hominis
vtilitatem qui eis vtitur vt patet. Propter qđ
dicit Ariſto. in. 2. phi. ꝛ in. 2. de anima. Finis
quodā modo omniū eſt homo. Et ex hoc ſeq/
tur hominē eſſe nobiliorē omniū rerū natura/
lium ꝓpter ipſum factarū. Rurſus ſi queratur
quare fecit hominē: ꝛ velimus dicere ꝙ ad hoc
ſolū vt in hac vita comedat ꝛ bibat: ꝛ viuat: ꝛ fi/
naliter moriatur: vt videmus per experientiam
ꝛ vlterius nō ſit de ipſo memoria: ſequeret̄ hoc
falſiſſimū inconueniens: terram ꝛ arbores: et
etiā elementa ꝛ beſtias: nobiliores eſſe ipſo ho
mine. Et quia hoc eſt inconueniens: ꝛ nulla re/
nus vez: ꝛ cōtra omnē philoſophiā naturalem
que vult finem nobiliorem eſſe his que ſunt ad
finem ordinata: vt ait. Ariſt. 2. phiſicoꝝ: ideo
oportet concludere finem noſtrū eſſe alibi idest
in vita futura: ꝛ hominem futurū eſſe immorta
lem ꝛ perpetuuꝫ: quia fruſtra aliter eſſet condi
tus a deo: ꝛ ſic de ceteris creaturis maior cu/
ra fuiſſet deo ꝗꝫ de nobis rationabilibus: quod
falſum eſt. Et hec omnia trahuntur ab illo pul/
cherrimo tex. Lact. in. 7. li. diuinarum inſtitu
tionum. qui ait. Quis. n. tam ineptus tā ocio/
ſus: vt aggrediatur aliqd facere fruſtra: ex quo
nullā vtilitatem: nullūqꝫ cōmoduꝫ ſperet. Qui
domū edificat: non ideo edificat vt tantum do/
mus ſit: ſed vt in ea poſſit habitari. Qui nauē
fabricat: non ideo aſſumit operam vt tantuꝫ na
uis appareat: ſed vt in ea nauigetur. Item qui
vas aliquod inſtituit ac format: nō propter illđ
facit vt tantum feciſſe videatur: ſed vt vas illud
effectum capiat aliquod neceſſarium. Sic ꝛ ce/
tera quecūqꝫ fiūnt non vtiqꝫ in ſuperuacuum:
ſed ad vſus aliquos vtiles laborantur. Mun/
dus ergo a deo factus eſt non vtiqꝫ propter ip
ſum mundum. Non enim calore ſolis aut lu/
ne: aut aſpiratione ventorum: aut humore im/
briuꝫ: aut alimonia frugum: cuꝫ ſenſu careat in
diget. Sed nec illud quideꝫ dici poteſt ꝙ deus
per ſeipſum fecerit mundū: quoniam pōt eſſe
ſine mundo ſicut fuit antea: ꝛ his omnibꝰ que
in eo ſunt queqꝫ generantur deus ipſe non vti/
tur. Apparet ergo animantium cauſa munduꝫ
eſſe conſtitutum: quoniam rebus his quibus
conſtat animantes fruuntur: que vt viuere et
conſtare poſſint omnia his neceſſaria tempori
bus certis ſubminiſtrantur. Rurſus ceteros
animantes cauſa hominis eſſe factos: ex eo cla
rum eſt ꝙ homini ſeruiunt: ꝛ tutele eius: atqꝫ
vſibus data ſunt: ꝛ infra. Sicut ergo mun/
dum non propter ſe deus fecit: quia eius com/
modis non indiget: ſed propter hominem qui
eo vtitur. Ita hominem non propter ſe. Que
vtilitas deo in homine, inquit Epicurus: vt
eum propter ſe faceret. ſcilicet vt eſſet qui ope/
ra eius intelligeret: qui prouidentiam diſpone/
di: rationem faciendi: virtutem conſumandi
et ſenſu admirari: et voce proloqui poſſet.
Quorum omnium ſumma hec eſt vt deuꝫ co/
lat. Is enim colit qui eum intelligit. Is arti/
fex rerum omniū. Is verum patrem ſuum de
bita veneratione proſequitur: qui virtutē maie
ſtatis eius de ſuorum operū inuentione: ince/
ptione: perfectione: metit̄. Quod planius argu
mentuꝫ proferri poteſt: ꝛ munduꝫ hominis: ꝛ
hominē ſui cauſa deum feciſſe: ꝗꝫ ꝙ omnibus
ex animantibus ſolus ita formatus eſt: vt oculi
ad celum directi: facies ad deum ſpectans: vul
tus ſuo cuꝫ parente cōmunis ſit: videaturqꝫ ho
minem deus quaſi porrecta manu ad leuatum
ad contemplationem ſui excitaſſe. hec ille.
Secundo malleo exemplaritatis diſſoluenda ē
hec cathena diabolica. Nam videmus per ex/
perientiam tot ꝛ tanta miracula eſſe facta: que
non niſi per deum fieri potuerunt. Unde Ri
car. in. 4. de trinitate ait. Domine ſi decepti ſu
mus non niſi per te decepti ſumus. Nam tan
tis ſignis firmata ſunt: que non niſi per te fie
ri potuerunt. Et hoc probatur per Ariſto. in
poſtpredicamentis: qui dicit ꝙ a priuatione ad
habitum non eſt regreſſus per naturam. Si
ergo homo priuatus eſt viſu: non poteſt illu/
minari niſi per opus ſupernaturale ꝛ diuinuꝫ.
Similiter mortuus non poteſt reſuſcitari niſi
per miraculum. Quare ergo dubitamus fidei
credere: ꝛ ei totaliter adherere: cum ſit tot et tā/
tis miraculis probata ꝛ confirmata. Quod ſi
dixeris miracula facta non eſſe. Reſpondet
Auguſtinus vigeſimoſecundo de ciuitate dei.
dicens. Si iſta miracula facta eſſe non credunt
vnū grande nobis miraculū ſuit: ꝙ iam ſine vl
lis miraculis totus mundus credidit. Quod

similiter dici pōt de miraculis diebus nostris factis p inclytū confessorē. Antoniū paduanuz nostrū: que tot ⁊ tanta fuerunt: vt vehemētem stuporē toti mūdo induxerint. O fides sancta. o fides catholica. o fides ortodoxa. o fides robo/rata: qs dubitet ampli⁹ tibi credere. Certe nul/lus nisi a sensu ⁊ ratione alienatus. Nā mira/cula tot facta vidimus: audiuim⁹: palpauimus que nullatenus negare possum⁹. Que si qdaz veneno serpentino negabūt vnū grāde miracu lum miraculoꝝ est: q̄ totus mundus vt ita lo/quar pedibus vni⁹ pauperis fratris mortui ꝓ/sternit̄ ⁊ inclinat̄. Ipsum adorāt reges: dn̄i: p̄lati: ⁊ summi pontifices. Credam⁹ ergo indu/bitanter: ⁊ credendo amem⁹: ⁊ amādo deo fide liter s̄uiam⁹: ⁊ finaliter salui erim⁹. Et sic patet prima cathena.

S Ecūda cathena vocat̄ desperabilitas. Nā hec est cōsuetudo demonis ex fal/lacia sua: vt anteq̄z peccatores peccent eis suggerat deū esse misericordē. Sed postq̄z peccauerint suggerit ipsum esse crudelez: vt sic desperādo de misericordia dei: nūq̄z peniteant Sicut fecit Cayn homicida q dixit. Gene. 4. Maior est iniquitas mea q̄z vt veniā merear. Iccirco Salomon ait ꝓuer. 18. impius cū in ꝓfundū peccatoꝝ venerit cōtemnit. s. veniā. Itē in ꝑsona iniquoꝝ dicit Hiere. 18. c. Factus est dolor meus ꝑpetuus: ⁊ plaga mea renuit cura/ri. Sicut fecit Judas Math. 27. Abiectis ar/genteis in templo laqueo se suspendit. Et ex h̄ sequit̄ illud malū: q2 ruunt de peccato in pecca/tum: ⁊ in dies efficiunt̄ deteriores. iuxta illud ad Ephe. 4. Desperantes semetipsos tradide/runt impudicitie in operationē imūdicie omnis in auariciā. Sz cathena ista facile disrumpitur auctoritate scripture: ⁊ exemplo. Naz oīs scri/ptura clamat q̄ deus est misericors. Inter alia Salamon ait. Eccle. 2. c. Pius ⁊ misericors ē dn̄s ⁊ remittit in die tribulatōis peccata. Et idē 17. ca. Magna est misericordia dei ⁊ ꝓpitiatio eius cōuertentib⁹ ad se. Itē. 18. Quis adijciet enarrare misericordiā dei. Itē Joel. 2. Cōuerti mini ad me in toto corde vestro ⁊c̄. ⁊ infra. Et cōuertimini ad dominū deū vestrū: quoniā be/nignus ⁊ misericors est: patiens ⁊ multe miseri cordie ⁊ p̄stabilis sup malicia. Itē p̄s. 29. Au diuit dn̄s ⁊ misertus est mei. Et in plurib⁹ alijs locis: ita q̄ videt̄ scriptura nō aliud facere q̄z p̄/coniugare misericordiā dei. O peccator indura/te. o peccator obstinate: quare ergo desperas. Quare nō cōuerteris ad dominū: q2 dn̄s semꝑ est paratus te recipe ⁊ acceptare. Noli ergo cre dere diabolo: q2 dicit deuz esse crudelē: q2 certe vult te decipere: ⁊ i eternū te dānare ⁊c̄. Se/cundo destruit̄ exēplo: qm̄ nullus vnq̄z conuer sus est ad deū: ⁊ ab eo repulsus est sine miseri/cordia. Patet de latrone. Patet de adultera: seu de peccatrice deprehensa in adulterio: et in alijs de qbus dicit. Bern̄. in s̄mone. 22. super Can. canti. Omnino ꝓpter mansuetudinez q̄ de te p̄dicat̄ currem⁹ ad te dn̄e iesu audiētes q̄ nō spernis pauperē peccatorē. Nō horruisti cō fitentē latronē: nō lachrymātē peccatricē: nō de prehensam in adulterio: nō supplicantē publi/canū: nō negantē discipulū: nō ꝑsecutorē disci/puloꝝ. Certe in odorē hoꝝ vnguētorū tuoruz curremus. Quid ergo dubitatis o peccatores scelerati ad illū pijssimū recurrere q tante ē mi/sericordie: vt omnes velit saluos facere: ⁊ pro/pter hoc voluit filiū suū carnem assumere: ⁊ de mum sanguinē suū preciosissimum effundere. Et ideo ille barbatus Hieronymus in episto la ad Sabianū exhortatoria ad penitentiā dicit. Samuel quondā lugebat Saulē q2 penituerat q̄ vnxisset eū regem sup israel ⁊c̄. vsq3 ibi: cui omnia elementa seruirent.

T Ertia cathena dicit̄ horribilitas satissa/ciendi. Et voco satisfactionē pro resti/tutione fame: pro recōciliatione inimi/corum: pro remissione iniuriaꝝ: pro obserua/tione votoꝝ: pro executione testamentoꝝ: pro euitatione peccatorum: necnō excisione causaꝝ eorundē. iuxta illud Aug. de penitentia. di. 3. circa principiū. Satisfactio est peccatoꝝ causas excidere: nec coꝝ suggestionibus aditū indul/gere. Sed omnia ista horrēt facere peccatores Cōfitentur nāq3 ⁊ cōmunicant: sed nūq̄z resti/tuūt: nūq̄z inimicis reconciliant̄: nūq̄z occasio/nes peccādi deuitant: ⁊ sic eternaliter pūniunt̄ ⁊ dānant̄. Hec est cathena ferrea: hec est cathe na plumbea: hec est mola grauis ad collū pec/catoris demergens ad ꝓfundū inferni. Excla ma ergo ad vsurarios: ad auaros: ad predato/res: ⁊ ad omnes substātias alioꝝ rapiētes: siue ꝑ malos cōtractus: siue p falsam sententiā: siue ꝑ falsaz aduocationē: siue per aliquē aliū modū proximū dannificauerunt: vt restituāt: q2 ali/ter nō remittit̄ peccatū nisi restituat̄ male ablatū extra de reg. iur. li. vi. ⁊. 14. q. vi. c. si res. ⁊ est Aug. in epistola. 2. ad Macedoniū. Hec au/dire horrēt: ista aures coꝝ offendūt: nullaten⁹ satisfacere

satisfacere volũt. Sꝫ heu heu ista cathẽa diabo
lica quantos dãnauit: quãtos ligat ⁊ ligauit: ꝙ̃
tos in baratrũ iferni demersit. Non eni ille er
rauit qui dixit. Pecunie oia obediũt. Pro-
pterea spũs sanctus Baruch. 3. testat̃ oẽs istos
esse dãnatos. d. Ubi sunt q argentũ thesauri-
zant: ⁊ aurũ in quo confidunt hoies. Rñdit.
Ad inferna. Ad iferna oẽs descẽderũt. Por
rent ẽt multe mulieres vane amouere a se sup
fluas vanitates: superflua iocalia: ⁊ adulterios
capillos: vel aliẽos: diabolica fomenta: ⁊ reliq̃
sił'ia que oio si penitẽre volunt relinquere: oꝫ.
Porrent ꝑtiales renũciare ꝑtialitatibus: idul-
gere inimicis: ⁊ remittere iniurias: que tamen
facere obligant̃. Porrent detractores restitue
re famã quã iniuste tulerunt: qui tamẽ non ab-
solui debent nec possunt nisi hoc faciant. Istis
oibus cathenis ferreis ꝓfecto ita ligati sunt: vt
pnia coꝝ vana sit ⁊ vacua: nec ꝯñr põt eẽ deo
grata ⁊ accepta. Contra quã cathenã solus vn⁹
malleus ꝓficit: q continetur in his vbis Hie
ro. Tꝑale eni est qd̃ delectat: eternum vero qd̃
cruciat. Ecce cõsidera ergo qꝛ gaudiũ qd̃ habes
de oibus supradictis tꝑale esse ⁊ instantaneuꝫ:
⁊ oino transitoriũ: penã vero nisi satisfacias: vt
ꝓdictum ẽ futurã esse ꝑpetnã ⁊ eternã firmiter
crede. Quis eni tã ignarũs tanqꝫ insipiens ẽ:
vt modicũ qd eligat habere gaudiũ ⁊ delectatio
nis: ifinitas vero penas ⁊ eterna supplicia su-
stinere velit. O magna h⁹i mentis alienatio: q̃
non cõsiderat illud euãgelicũ dictũ. Quid eniꝫ
ꝓdest hoi si vniuersum mũdũ lucret̃: aie vero
sue detrimentum patiatur. Math. 16. Et sic pꝫ
tertia cathena.

Quarta cathena vocat̃ difficultas. Sug
gerit diabolus maxie mẽti peccatoris
ꝙ nullatenus a peccatis resurgat: nec
i bonũ ꝓficiat: qꝛ hoc ẽ difficile: ⁊ quodãmodo
ipossibile. Ad quã cathenã dissoluẽdam ⁊ faci
litatis nostre ad bonũ ꝑpalandã ⁊ demõstran-
dam mouet̃ quedaꝫ pulchra questio. Si deus
creaturã ꝓmiat sola bona voluntate absqꝫ opi-
bus: ⁊ si necesse ẽ bona opatio adiuncta volũta
ti. Oritur ergo ista questio ex auctoritatibus si
bi inuicẽ cõtrariis. Ab vna eni pte ꝓbatur ꝙ
nõ. Nã dicit Bern̄. in li. de libero ar. Inten-
tio sufficit ad meritũ: bona actio reqritur ad exẽ
plũ: ergo videtur ꝙ quãtũ ad meritũ vite eterne
non sit necessaria bonitas actionis exterioris.
Itẽ sup ps. Dixi cõfitebor ⁊c̃. dicit glo. Uo-
tum ꝓ opatione iudicat̃. Confirmat hoc Gre
go. sup Math. in omel̃. d. Nõ est vacua ma-
nus a munere cũ archa cordis repleta fuerit bo
na volũtate. Item habet̃ ad hoc tex. extra de sẽ.
excom. c. cũ voluntate. in glo. que dicit. Ampli
us respicit deus ad corda ⁊ ad spontaneas vo-
luntates ꝙ̃ ad actus. Adiungit̃ tex. 14. q. 6. c.
vlti. Furtũ autẽ nõ tam in quãtitate rei ꝙ̃ i affe
ctu furantis cõsiderat̃. Et in eo. c. Hiero. ait.
Non eni qd̃ furto ablatũ est: sed mẽs furantis
attendit̃. Et. 15. q. 6. c. i. Amplius respicit de⁹
ad cogitatiões ⁊ spontaneas voluntates ꝙ̃ ad
actus. Et. 22. q. 5. c. qui piurare. Qui piurare
paratus ẽ: anteqꝫ periuret piurũs esse videt̃: quia
deus ex opibus non iudicat: sed ex cogitationi
bus: ⁊ ex corde. 24. q. i. c. odi. Et si holo-
causta obtulerit: vt ieiunare: elemosynas dare
pudicitiam seruare: que sunt vere holocausta:
nõ vere ea suscipit deus. Nã non sacrificioruꝫ
magnitudinẽ: sed offerẽtium merita cãsqꝫ diiu
dicat. Unde ⁊ vidua q̃ in corbona duo minuta
miserat oibus a saluatore prefert̃. 42. di. in. c.
ꝑiculose. ⁊ in. c. in quacũqꝫ. ⁊ in. c. conuertimi
ni. vbi dr̃. Uoluntas ꝓ facto reputat̃. Iteꝫ vt
auctoritats testatur: voluntas remunerat̃ non
manus. Probat̃ ẽt vna rõne sic. Mereri vi
tã eternã est in ptãte nostra. opa aũt exteriora ñ
sunt i ptãte nr̃a: ergo ista nõ sunt necessaria ad
merẽdũ. Sed ex alia pte arguit̃ ꝙ sic. Et ꝓ per
tex. Amb. in li. de offi. transumptiue vero. 26.
di. c. nõ satis. Non satis ẽ bene velle: nisi sit ⁊
bene facere. Et Iac. 2. Fides sine opibus mor
tua ẽ. Et Io. 8. Si filii Abrahe estis opa abra
he facite. Et Mat. 3. Ois arbor que non facit
fructum bonũ excidet̃: ⁊ in ignẽ mittet̃. Et. 2.
ad thesal̃. 3. c. Audiuimus quosdã inter vos i
quiete ambulare nihil operãtes: quasi diceret:
male facitis. Et. 2. Petri. i. c. Satagite vt per
bona opa vestrã certã vacationẽ ⁊ electionem
faciatis. Ex quibus oibus videt̃ cõcludi neces
saria esse opa cum bona voluntate ad meritum
vite eterne. Qd̃ ẽt ꝓbat̃ vna rõne: quia si intẽ-
tio ⁊ voluntas sola sufficeret ad meritum: facilli
mum eẽt mereri vitam eternã: qd̃ ẽ cõtra salua
torem. d. Math. 7. Arta est via que ducit ad
vitam. Ex his ergo contrarietatibus orit̃ ista q̃
stio. Ad quã respondet̃ ꝭm Alex. de ales i. 2.
pte sue sũme. ⁊ Bon̄. in. 2. di. 4. arti. i. q. 3. ꝙ
duobus modis loqui possumus de opibus bo
nis. Aut de illis que sunt de supererogatione.
Aut de illis que sunt de obligatiõe. De primis
dico volũtatem nõ eẽ sine merito: imo ꝓmiari

⁊

etiā si sit facultas ad opandū. Et nota q̄ si ibi
esset impossibilitas tn̄ meretur bona voluntas
quantū si ei esset adiuncta bona opatio cū facul
tate possibilitatis. Et hoc est verū de p̄mio essē
tiali: nō tamē de accidentali. Nam mulier nup
ta desiderās eē virginē: q̄uis istud desideriū
p̄mieť premio essentiali: tamen non de aureola
ꝛ accidētali p̄mio. Similiter dici pōt de marty
rio: ꝛ de aliis opibus superogatiōis. De illis
vero opibus q̄ sunt de obligatione dicendum
ē q̄ aut ille qui hȝ bonā intentionē hȝ facultatē
bene opandi: aut nō. Si nō hȝ facultatē sȝ bo/
nā voluntatē ꝛ rectā intentionē tunc plenitudo
sola volūtatis sufficit ei ad meritū vite absq̄ȝ ex
terioꝝ ope. Et sic hn̄t intelligi oēs ille auctori/
tates ꝛ rationes que primo fuerūt deducte. Si
āt adsit facultas ꝛ ptās: intētio nō pōt sufficere
ad meritū absq̄ȝ ope. Et hoc ꝓbatur rōe: aucto
ritate: ꝛ exemplo. Primo hoc ꝓbať trib⁹ ra/
tionibus f̄m Boñ. vbi. s. p̄ ꝓpter diuinoꝝ
mādatoꝝ obligationē. 2° pp virtutis pfectio/
nem. 3° ꝓpter voluntatis cōpletionē. Prio
ꝓpter diuinorum mādatoꝝ obligationeȝ. Qꝛ
diuini mādati obligatio facit: vt itētio sine opi
bus nō sufficiat cū se offert opportunitas ꝛ fa/
cultas. Mādata eni non solū obligāt ad volen
dū: sed etiam ad faciēdū. Vñ Hiero. ad Eu/
sto. ait. Eterna vita nō nisi p diuinoꝝ manda
torum obseruationē acqriť. Et veritas in euā
gelio Math. 16. Si vis ad vitā ingredi serua
mādata. Secūdo ꝓpter virtutis pfectionē: qꝛ
virtus est vltimū potētie: ꝛ iō elcust potentiaȝ
ad aliqd magnū ꝛ arduū. Potētie aūt aīe non
habēt suam opationē siue pfectionē cōpletam:
nisi exeant in opa sibi debita: qñ adest facultas
ꝛ libertas: atq̄ȝ opportūitas. Vt. n. ait. Ar. in
2. ethi. ad pfectionē virtutis tria requiruntur.
scire: velle: ꝛ opari. Tertio ꝓpter voluntatis
cōpletionē: Qm̄ plena voluntas ponit effectū
si adsit facultas. Alioquin nō diciť hō plene ali
qd velle: si nō facit cū possit: sȝ seīplene ꝛ pigre
Secūdo ꝓbať p auctoritates. Nā Aug. di/
cit in sermōe de dedicatiōe tēpli. Sicut eni ma
lis opibus q̄si qbusdā seris ac vectibus vite no
bis ianua claudiť: ita absq̄ȝ dubio bonis opib⁹
apiť. Et. i. Jo. 3. Filioli mei: nō diligam⁹ ver
bo neq̄ȝ lingua: sȝ ope ꝛ Vitate. Itē Greg. in
quadā omel. penth. ait. Amor dei nūq̄ȝ ē ocio
sus. Opatur eni magna si ē. Si aūt opari ne/
gligit amor nō ē. Ergo si nō adsunt opa non ē
verus amor. Probať ēt hoc p euāgeliū. Ma
th. 25. Esuriui ꝛ nō dedistis mihi manducare
ꝛc. dicit dñs reprobis: ꝛ pp hoc feret sentētiā
dānationis cōtra eos. Si ergo ꝓpter defectum
bonoꝝ opeꝝ quis dānabiť: ergo ꝓpter bonoꝝ
opeꝝ opationem qs saluabiť: ergo opa necessa
ria sunt ad meritū semp itelligendo cū adest fa
cultas ꝛ opportunitas. Et sic itelliguntť oēs ille
auctoritates secūdario adducte. Tertio ꝓba
tur p exēplū. Certe amicitiores dō fuerūt Pe
trus ꝛ Paulus ꝛ reliq apostoli q̄ȝ glibet nr̄m.
Si ergo ipsi coronati sunt p opa bona: pȝ etiaȝ
q̄ nos sine opibus a deo non coronabimur.
Et hoc spāliter ōndit dñs Petro passionē fu/
gienti: cui apparēs i via dixit: vado romā iteꝝ
crucifigi. Videmus ēt p experientiā hoies mor
tales ꝓpter lucra tpalia vehemēter laborare ꝛ i
sudare. Quare ergo nos tedere dȝ ꝓpter illaȝ
sūmmā felicitatē: vbi oē gaudiū: ois iocūditas
oēs diuitie: ois pulchritudo repiť: vigilare: la/
borare: necnō virtutibus abundare. Nā bea/
tus Ber. de quintaualle ordinis minoꝝ p̄m⁹
post sanctū Franciscū. dū staret i choro ad mis/
sam ꝛ leuareť corpus christi cecidit i extasim vs
q̄ȝ ad nonas: deide cōsurgens clamauit ad fra
tres. O fratres mei: agamus bonū: pluries hoc
replicans: nec poterat ista dicens saturari. Et
de hoc reddēs rōnem subiungebat. O quanta
gloria. o quāta beatitudo. o quāta iocūditas bñ
opantibus p̄pata est. Agamus ergo bonū: qꝛ
cetera oia dimittimus: sola bona opa nobiscuȝ
portamus. Dicēte Jo. in Apoc. 14. Opera
. n. illorum sequuntur illos: ꝛ sic patet quarta
cathena.

Quinta cathena vocať exemplaritas.
Quid eni dicit diabolus in corde ho/
minū secularium i peccatis existentiū:
vt in ipsis pmaneant nec p verā pniam resur
gant: nisi illud qδ vulg cōm⁹uniter dicit. Pec
cata nō sunt ita grauia vt p̄dicatur: diabol⁹ nō
est ita turpis vt pingiť. Et vt istis magis adhe
reant ante oculos eoꝝ ponit exēpla alioꝝ. s. do
ctorum: supiorum: sacerdotum: ꝛ religiosoꝝ
Et isto modo ligat animas: adeo vt totus mū
dus sic ligatus pereat. O cathena terribilis: tu
es illa que vt ita loquar deū impassibilē lachry/
mari facis ꝛ plorare: ꝛ p os sui cātoris excla/
mare: ꝛ dicere. Factus sum tanq̄ȝ vas pdituȝ
. i. pforatum qδ ab vna parte capit: ab alia per
dit. Et subiūgit rōnem dicens. Qm̄ audiui vi
tupationē multoꝝ cōmorantiū in circuitu. In
circuitu eni cōmoranť hoies mundani: auari
luxuriosi

luxuriosi: ⁊ reliqui peccatores: qui clamāt ⁊ di
cunt. Si licet doctoribus q leges noscūt: si sacer/
dotibus peccare: ⁊ religiosis q quottidie diuia
legūt: quare nō ēt nobis. Profecto si vera eēnt
q̄ p̄dicant: nō male agerent: nec i vitiis pma/
neret. Et istis diabolicis cathenis irretiti: ⁊ in
peccatis pseuerant: ⁊ de peccato i peccatū ruūt:
⁊ nūq̄ p pniam resurgunt. Et hec ē rō maxia
quare scriptura ita hortať ad bonū exemplū: ⁊
vehemēter reprehēdit pusillos scandalizantes
occasionē peccādi p̄stantes p malū exemplum:
Q̄d aūt horteť ad bonū exēplū pbatur. Nam
in testō veteri dicitur. Q̄d me facere videbitis
facite. Judiciū.7. Sit hec mulier in exemplū
virtutis in effrata. Ruth.4. Hanc tēptationē
pmisit deus euenire illi sicut ⁊ beato Job: vt
posteris dareť exēplum patiētie. Job secundo
Exemplo didici disciplinā. Puer.24. Florete
flores quasi lilium ⁊ date odorē.s. habētes du
plicē mundiciā.s. iteriorē ⁊ exteriorē ⁊ quasi li
banus frōdete.s. p bonā famā. Ecc.36. Item
in euāgelio Ma.5. diciť. Non pōt ciuitas ab.
s. mon. posita. neq; ⁊c. Et ifra. Sic luceat lux
vestra corā hoibus: vt uideāt vestra bona opa
⁊ glorificent patrē vestrū q in celis est. Et Lu.
xi. Nemo accēdit lucernam ⁊ ponit eā sub mo
dio: sed sup candelabrū: vt luceat oibus qui in
domo sunt. Et.12. Sint lumbi vestri precincti
⁊ lucerne ardētes in manibus vestris. Et Jo
an.13. Exemplū eni dedi vobis: vt quēadmo/
dum ego feci ita ⁊ vos faciatis. Ad hoc hortať
apl's.i. ad Cor.xi.d. Imitatores mei estote si
cut ⁊ ego xp̄i. Et ad Ro.12.c. Prouidentes
bonū non solum corā deo: sed ēt coram oibus
hoibus. Et.2. ad Cor.6. In oibus exhibea/
mus nosmetipsos sicut dei ministros. Et ad
Phi.2. Sitis sine reprehēsione i medio na/
tionis praue ⁊ puerse: iter quos lucetis sicut lu
minaria in mūdo. Et ibidē.c.4. Modestia ve
stra nota sit oibus hominibus. Et.i. ad Thes/
sal.4. Rogamus vos fratres vt digne ambu
letis ad eos qui foris sunt. Et.i. ad Thimo.4.
Exemplū esto fideliū i verbo: i cōuersatiōe: in
charitate: in fide: ⁊ in castitate. Et ad Titū.2
Prima auctoritas virginitatē Marie manifestās dicit̄ ,pphetica. Dicit nāqʒ Esa.7.c. Ecce vgo cōcipiet ꝛ piet filiū. Sʒ hāc auctoritatē iudei dicūt nō posse itelligi d̄ xp̄o. Dicūt.n. primo ꝙ ibi dicit̄. dabit dn̄s vobis signū .s.libertatis. Achaç ꝛ populi sui a duobus regibus regnū eius d̄struere volētib⁹. Jesus aūt nazarenus natus ē post tp̄us Achaç p quingentos ānos ꝛ āplius: ergo cōceptio vel natiuitas iesu nazareni nullo modo fuit signū dicte liberationis. Secūdo arguūt q: in hebreo dicitur. Ecce alma: qd̄ nomē nō significat vginē sʒ adolescentulā: ꝛ idifferenter sumit̄ de vgine ꝛ corrupta. Tertio arguūt q: in dc̄a ,pphetia ponitur. Et vocabit̄ nomē eius hemanuel: ꝛ in hebreo habet̄. Et vocabit ipsa.s.alma nomen eius hemanuel. Jesus aūt non fuit vocatus a mr̄e sua hemanuel sed iesus: vt pʒ i euāgelio: ergo hoc ſm lr̄am non pōt itelligi de xp̄o. Quarto arguunt ex hoc qd̄ subdit̄ in hoc.c. anteqʒ sciat puer vocare patrē ꝛ matrē. Ex quo pʒ ꝙ in puero d̄ quo hic est sermo fuit ignorātia: qd̄ xp̄iani negāt de iesu nazareno: in quo fuit plenitudo sciē ab instanti sue cōceptōis: ideo dicūt iudei ꝙ h̄ scriptura exponit̄ de ezechia filio regis Achaç qui post dictū prophete natus ē. Sed hoc dictū ipugnat rabbi salomō p hoc ꝙ ezechias erat 25.ānoꝝ quādo cepit regnare p⁹ Achaç patrē suū imediate: vt hr̄.4.Reg.18. Achaç regnauit tm̄.16.ānis: vt hr̄.4.Reg.16.c. ergo i principio regni Achaç āteqʒ dicēt̄ ,pphetia Ezechias erat nat⁹ ꝛ erat.9.ānoꝝ. Et pp̄ hoc dicit rabbi Salomō ꝙ hec ,pphetia itelligēda ē de filio Esaie. Accepat.n. Esaias i vxorē quādā iuuēculā: ꝛ iā cōcepat d̄ eo. Et q: d̄ puero existente i matris vtero nescit̄ si sit masᷓcul⁹ vel feīa: idō qd̄ certitudialiter p̄dicit̄ p aliqd̄ signū: ē credibile ꝙ illd̄ qd̄ ,pmitit̄ ad tale signū sit futurum Est ergo sēsus ; piet filiū: ꝛ quādo in natiuitate eius videbis vbū meū v̄ificatū: scias te a duob⁹ regib⁹ te iuadē disponētib⁹ cito liberandum Et ita fuit q: p⁹ p̄uaricatōeʒ Achaç rex assyriorū venit i damascū cōtra Rasiʒ regē sirie ꝛ euʒ iterfecit: ꝛ pplm ei⁹ trāstulit i cirenē ut habet̄. 4 Reg.16.c. Et eodē āno vt ibidē dicit̄ O see filiꝰ Helia cōiurauit cōtra Phacee filiū Romelie regē israel ꝛ eū iterfecit. Sʒ ista expositiō nō pōt stare: q: i.c. seq̄nti dicit̄ d̄ puero nato: ꝛ erit extēsio alaꝝ ei⁹ iplēs latitudinē terre tue o hemanuel Et loqt̄ ibi d̄ terra regni iudee: cui⁹ nūqʒ domin⁹ fuit Esaias nec fili⁹ ei⁹: ꝛ ēt hēanuel d̄ quo fuit sermo: nō fuit fili⁹ esaie. Insup in c.8. dicit̄. Anteqʒ sciat puer vocare patrē ꝛ matrē auferet̄ fortitudo damasci: ꝛ spolia samarie corā rege assirioꝝ. Nā āte nonū ānū regis osee fuit capta Samaria a salmanasar rege assirioꝝ vt habet̄.4.Reg.18.c. lʒ osee ante fuerit tributari⁹ regis assirioꝝ. Et sic a natiuitate pueri d̄ quo hic ē ſmo: si fuit fili⁹ Esaie vsqʒ ad captionē Samarie fluxerūt āni.17.s.8.d̄ r̄gno achaç ꝛ.9.de osee: q: puer fuit natus q̄rto āno achaç ante vo.17.ānos puer sciit vocare patrē ꝛ matrē. ꝛ ppea nos cōfitemur ꝙ h̄ scriptura loqt̄ d̄ dn̄o nr̄o iesu xp̄o. vt pʒ math.p̄ ꝛ exponit̄ a doctoribus catholicis. ecce vgo cōcipiet ꝛ pariet filiū.i. btā vgo: ꝛ vocabit̄ nom̄ ei⁹ hemāuel: qd̄ ē iterp̄tatum nobiscū de⁹. Ad primū aūt qd̄ iudei opponebāt dicēdū ē ſm Nico. de lira: ꝙ in sacra scriptura ponit̄ duplex significatum respectu alicui⁹ euētus. Vnū prenosticū qd̄ ē iudicatiuū effect⁹ futuri: vt pʒ Judic.c.6. vbi datū fuit signū Gedeoni i vellē quod indicatiuum auctoris salutis fuit. aliud ē signū rememoratiuū effectus p̄teriti: sicut exodi.3. dixit dn̄s moysi. Habebis signū: ꝙ miseri ꝛc. Cū tu eduxeris populū meū de egypto imolabis sup montem istū. Istud signū est rememoratiuū: ꝛ r̄spicit p̄teritūʒ in magna distantia sicut in pūa: ut ēt signū p̄nosticum respectu futuri. Dicēdum ergo ꝙ liberatio regni iudee a psecutionib⁹ fuit signū saluationis mūdi fiende p xp̄m: ꝛ quia Achaç erat icredulus vbo ,pphetie: cōueniēs fuit vt sibi daret̄ signum rememoratiuū futuri in longinquū: vt ipse in ,ppria psona nō audirʒ sicut in mēte non credebat. Illi tamē q descēderūt ab eo viderūt: vt maria ꝛ ioseph. Et idō signātē ,ppheta non dixit vbum ad Achaç dicēs. audi achaç: sed ad domū Dauid. d. Audite ergo domus Dauid. d̄ q̄ domo fuit ioseph ꝛ mŕia: ñ tm̄ ad eos r̄fert̄ qd̄ ibi dr̄. Nūqd paꝝ vobis est ꝛc. sed quod subdit̄. dabit dominus vobis signū. Ad secūdum dicēdum ꝙ halma i hebreo significat abscōsaʒ: ꝛ ide halma dr̄ abscōsa que significat iuuēculā aspectibus hominū abscōditam: ita ꝙ de eius pudicitia ꝛ itegritate nō dubitat̄: maxime quādo ponit̄ lr̄a.h ꝛ tūc sonat sicut helona: ꝛ sic non inueniuntur in tota scriptura scripte: nisi tantum tres.s.re-

becca. Gen̄.24. vbi dicitur de ea. Puella de
cora nimis virgoq; pulcherrima ⁊c̄. Et sequit̄
Puella que egredietur. In hebreo habetur.
Halma que egredietur. Secūda fuit Maria
soror moysi de qua Exodi.2.dr̄. Fuit puella.
In hebreo dr̄. Fuit halma. Et iste due fuerūt
due virgines purissime: quoniā fuerūt sic no/
minate. Tertia fuit beata virgo Maria i hac
ꝓphetia Esaie. Ad tertiū dicendum ꝙ dup
lex ē nomen alicuius.s.ipositionis ⁊ nature: si
cut petrus est nomē alicuius.s.impositōis. ho/
mo aūt vel hic homo est nomen nature. Iesus
ergo fuit nomē impositum ipsi xp̄o: vt pꝫ Lu
ce.2. Hemanuel est nomē nature seu ꝓprieta
tis: significat enim nobiscū deus: vt dictum est
supra. Et hoc est ꝓprium xp̄i in quo diuina na
tura ⁊ humana sunt cōiuncte in eodem suppo/
sito. Et hoc modo vocatus est pluribꝰ aliis no
minibus proprietates nature significantibus:
sicut vocatus ē lapis Daniel.2. Ad quartū
dicendū ꝙ lꝫ in xp̄o nō fuit aliqua ignorantia.
fuit tamen homo i tempore: ⁊ sic habuit sciam
infusam i tempore ⁊ anteq̄ꝫ illam haberet libe/
ratio populi ꝓmissa per Esaiam completa fuit
Secūda auctoritas manifestans virginitatem
Marie dicitur angelica. Nam luce.2.cū bea/
ta virgo dixisset: quō fiet istud. ⁊c̄. angelus re/
spōdit: spūs sanctus superueniet in te: ⁊ virtus
altissimi obūbrabit tibi: ideoq; ⁊ quod nascetur
ex te scm̄ vocabitur filiꝰ dei. Sed cōtra istaꝫ ve
ritatem isurgunt heretici dicentes btām virgi/
nē nō fuisse virginē. Et arguūt primo: q2 De
ute.7.c. dicitur. Non erit apud te sterilis utri
usq; sexus tam i hoibus q̄ꝫ i iumētis. Sed bea
ta virgo nihil debuit facere qđ eēt cōtrarium le
gi: ergo btā virgo virginitatem nō debuit acce
ptare. Secūdo arguūt: q2 Math.i. dicit̄ de io
seph. Non cognouit eā donec pepe it filiū suū
primogenitū: ergo post cognouit eā. Tertō ar
guūt: q2 Jo.2. dicitur de xp̄o ꝙ descēdit in ca
pharnaū ipse ⁊ mater eiꝰ ⁊ frēs eius ⁊ discipuli
eius: ergo habuit frēs carnales: q2 aliter nō po
neretur copula iter frēs ⁊ discipulos. Quar
to arguūt: q2 Luce.2. dicitur. Dixit mater eiꝰ
ad illū. Ecce pater tuus, ⁊ ego dolētes querebа
mus te: ergo Joseph fuit pater xp̄i. Ista dog/
matizauit eluidius hereticus pessimꝰ quē vali
dissime deiicit Hieronymus in quodā libello
quē edidit cōtra eum. Verūtamē ne nos ꝑ mł
ta vagemꝰ, respōdemus ad prima obiecta ſm
doctrinā magistri snīarum di.12.quarti lib. ꝙ
beata virgo Maria ex istinctu spūs sci ꝓposu
it se seruaturā virginitatē si deo placeret. Cuꝫ
aūt volūtatē dei cognouit votū exp̄ssit. Hoc cō
firmatur.27.q.2.c. Sufficiat.⁊.c.btā Maria
Ad secūdum dicēdum ſm Ric.in.4.di.30.
ꝙ in illa auctoritate Math. donec accipitur si/
cut in p̄s. sede a dexteris meis donec ⁊c̄. quod
non itelligitur ꝙ postea sedeat: sed ꝙ vsq; ⁊ tūc
⁊ postea. Nam sicut dicit Nico. de lira. super
Math. donec significat aliqū tp̄s determina/
tū quo transacto fit aliqd. Aliquādo ponit̄ pro
semp. Et sic accipitur hic ⁊ i auctoritate psalmi
ste preallegata. Primogenitus ēt i scriptura
nō solū dicitur post quē alii: sꝫ ēt ante quē nul
lus ēt similis aliꝰ sequatur. Ad tertiū dicenduꝫ
ꝙ frēs nō solum dicūtur qui eisdem parētibus
nascūtur: sed ēt consanguinei germani. Vnde
Paulus ad Gal.i. dicit. Alium aplorum vi
di neminē: nisi Jacobum frēm domini. Erat
enim Jacobus consāguineus iesu xp̄i filꝰ so/
roris btē Marie sicut ⁊ alij: vt Joānes ⁊ Sy
mon chananeus de quibus loco suo dicemus.
Ad quartum dicendum est ꝙ Joseph ibi itel/
ligitur pater christi putatiue. Vnde Hierony
mus super Math. in illo verbo genuit ioseph
virum Marie. Cum virum inquit audieris
suspitio tibi nō subeat nuptiarum: sed recorda
tio consuetudinis scripturarum quia sponsi vi
ri ⁊ sponse vocātur vxores. Voluit nāq; chri
stus suam matrem virginem fuisse desponsatā
tum vt eius genealogia consueto modo texere
tur per viruꝫ: vt Amb. dicit super Lucā: tū vt
puer natus a ioseph nutriretur: tum vt virgo li
beraretur ab ifamia ⁊ sic ne tanq̄ꝫ adultera lapi
daretur: tum etiam vt dicit Amb. super Luc.i
vt ab ipso Joseph testimonium haberemus đ
sua sponsa vxore virgine p̄gnante. Vt eniꝫ di
cit Math. Postq̄ꝫ vidit Joseph virginem fi
lium dei in vtero tenētem: volebat dimittere
eam: nō ꝙ aliquid mali de ea suspicaretur ſm
Criso. sed q2 ignorabat mysterium. Et eo sic
cogitante: angelus domini apparuit sibi i som
nis. d. Joseph fili Dauid: noli timere acciper̄
Mariam coniugem tuam scilicet ad habitatōeꝫ
tecum: quod enim in ea natum est: de spū sanc
to est ⁊c. Patet ergo ex testimonio angeli tam
virgini q̄ꝫ Joseph apparentis: ipsam virginē
gloriosam intactam omnino permansisse. Ter
tia auctoritas dicitur catholica. in symbolo. Fi
des equidem imaculata dicit xp̄m conceptum
de spiritu sancto: natum ex Maria virgie. Et
ecclesia

ecclesia cantat sancta virgo Vginū ora p nobis
Quod cōueniens fuit christi matrē virginē esse p cōseruationē paterne dignitatis: e puritatis filij: ac ppter finē incarnationis.

Capitulum. .2.

SEcunda conclusio dicit rationis. In qua videre debem⁹ quare xp̄s debuit virginē matrē hr̄e. ad qd̄ adducimus tres rōnes q̄s allegat sanct⁹ Tho. i. 3. pte. q. 27.
Prima est ppter dignitatē patris.
Secunda est ppter puritatē filij.
Tertia est ppter incarnationis finem.

Prima ratio est ppter dignitatē pr̄is. s. conseruandā. Cū enim christus sit ver⁹ deus: non debuit habere aliū patrē q̄ deuz. Nam filius alicuius nobilissimi patris: non debet attribui alteri patri ignobili τ indigno. Cū ergo christ⁹ esset eterni patris dei verus naturalis τ cōsubstantialis filius: nō fuit cōueniens aliuz patrez habere. Secūda ratio est ppter puritatē filij. Nā videmus q̄ flos a radice oritur sine radicis corruptione: τ splendor a luce vel sole sine lucis vel solis lesione: τ verbuz a corde vel mēte absq̄ mentis cōtagione. Cum ergo christus sit flos a radice pr̄is descendens: τ candor lucis eterne: τ dei patris Vbum: consequens fuit q̄ sine corruptione matris conciperet. Nam si conceptio verbi nostri quod est imperfectum corruptionez nō patit: multo magis cōcepto verbi perfecti. Quia igitur caro sic fuit a Vbo dei assumpta vt esset caro Vbi dei: cōueniens fuit q̄ ipsa caro sine corruptione matris cōciperet.

Tertia ratio est ppter icarnatōis finē. Nā ad hoc fuit incarnatio: vt homines renascerentur in filios dei: vt dicit iohā. pmo. Dedit eis potestatē filios dei fieri his qui credunt in nomine eius: qui nō ex sanguinibus: neq̄ voluntate carnis: neq̄ ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Per carnē sm̄ Nico. de lira. intelligenda ē hec mulier Gen̄. 2. c. Hoc nūc os ex ossibus meis: τ caro de carne mea assumpta est. Filij ergo dei nō debebant nasci voluntate carnis τ viri. i. coniunctione maris τ femine: ob quā causaz xp̄s debebat nasci de Vgine. vnde aug. li. de Vginitate ait. Oportebat caput nostruz in signuz miraculoꝝ sm̄ corpus nasci de virgine: vt significaret sua mēbra sm̄ spiritum de Vgine etiā nascitura. Sed cur vitamus ista pdicare de Vginitate Marie: quam Ezechiel. 44. c. pu̇idit in porta clausa: de qua dicit. Porta hec clausa erit τ nō aperiet: τ vir nō trāsibit p eā: q2 dn̄s deus israel ingressus est p eaz. Qd exponens aug. in quodā smone dicit. Quid ē porta in domo dn̄i clausa: nisi q̄ Vgo Maria semp erit intacta. Et quid est homo nō trāsibit p eā: nisi q̄ ioseph nō cognouit eā. Et qd ē dominus solus intrat τ egredit p eā: nisi q̄ spiritus sanctus ipregnauit eā: τ dn̄s angeloꝝ nascit p eā. Et qd est clausa erit in eternum: nisi q̄ Maria Vgo ē ante partū τ Vgo post partum.

Quod sola Vgo Maria fuit mater τ virgo τ qualiter fuit vera τ ppria mater: vt patet ex dictis sacre scripture: τ rationib⁹ doctorum.

Capitulum. .3.

TErtia cōclusio dicit decorationis. Fuit nāq̄ beata Vgo in sua Vginitate decorata priuilegio quodā singulari: vt esset virgo simul τ mater. Quod autē ipsa vera fuerit mr̄ iesu christi atq̄ realis: declarat tripliciter.
Primo auctoritate.
Secundo ratione.
Tertio inuocatione.

Primo declarat q̄ beata Vgo fuerit Va mater iesu christi auctoritate. Nā Luce primo dixit ei angelus. Paries filiū. Et iterū ibidē beata Vgo audiuit beatā Helisabeth dicentem. Vnde hoc mihi vt veniat mr̄ domini mei ad me. Et Luce. 2. Peperit filiū suuz primogenitum. Et eodem. c. Dixit mater eius ad illū. Et Math. 2. Et intrantes domū inuenerūt pueꝝ cū Maria matre eius. Et eodē. c. angelus apparens ioseph dixit ei. Surge τ accipe pueꝝ τ matrē eius. Et Joh. 2. c. Nuptie facte sunt in cana galilee: τ erat mr̄ iesu ibi. Et ioh. 19. cap. Stabat autē iuxta crucē mr̄ eius τ soror mr̄is eius. Secūdo pbat rōne q̄ beata Vgo fuerit Va mater iesu christi. Nam vt colligit ex dictis sancti Tho. in. 3. pte. q. 32. τ pte prima. q. 27. ad hoc q̄ aliquis sit pater: vel aliqua sit mr̄: vl aliquis sit filius quattuor requirunt: scilicet vite generatio: substantie collatio: materie preparate administratio: τ nature specifice assimilatio. Primo enim requirit vite generatio. Nā nō ex quacunq̄ generatione sequit paternitas vel filiatio: sed ex generatione viuentiū. Et ideo si aliqua inanimata ex aliqua materia fiant: non propter hoc sequit in eis ratio paternitatis: vel maternitatis: vel filiationis. Sicut si ex ligno fiat scamnū: nō ppter h̄ hoc lignū dicit pr̄ scāni. Similiter nō dicit q̄ ignis generat⁹ ex igne sit fili⁹ ignis generātis. Secundo requirit collatio substātie. Nam si aliquis facit aliquid nō

cõferendo de sua substãtia: nõ dicit pr̃ vel mr̃. Sicut artifex q facit scamnũ nõ dicit pater scãni nec samnũ filius eius. Tertio requirit materie pparate administratio. Nõ enim simpliciter prebere materiã ad generationẽ alicuius facit patrẽ vel matrẽ: sed pbere materiã sic pparatam. Sicut terra nõ dicit pprie mater hominis: nec homo pater vermis: vnde formatur. Quarto requirit materie specifice assimilatio. Nã si genitus nõ assimilet generãti in natura specifica: generans nõ dicit pater: nec genitũ dicit filius. Sicut capillus q ab hoie generat nõ dicit filius: cum ergo he quattuor cõditões fuerint in beata Vgine: p3 q fuerit Vã mater xp̃i. Primo nãq3 genuit xp̃m viuũ. Vñ Damascenus li. 3. Filius dei cõtraxit ex castissimis et purissimis sanguinibus virginis Marie carnẽ animatã anima rõnali.

Secũdo beata Vgo xp̃o de sua substãtia prebuit. Nã vt dicit sanctus Tho. in. 3. di. 4. beata Vgo in generatõe xp̃i cõtulit qcqd alia mater conferre d3 ad generationẽ filij. Si ergo alie mulieres vere dicunt matres: et beata Vgo vere poterit dici mater. Tertio beata Vgo nõ solũ materiã pbuit ad cõceptionẽ xp̃i s3 materiã sic pparatã. Quarto pduxit sibi simile in spẽ: suũ. s. speciosissimũ filiũ. Tertio pbat q btã Vgo fuerit Vã mr̃ xp̃i inuocatõe. Nã ecclesia sancta dicit ipsa3 reginã misericordie eẽ matrẽ xp̃i cũ cã inuocat: vt ibi. Aue maris stella dei mat alma: et Alma redẽptoris mr̃. Et pfecto est valde gratissimũ h Vbũ mater Vgini gloriose: cũ sibi dicitur: qr in h exprimit ois sua pfectio: laus et gloria. Hinc ẽ qd Ecc. 24. de ip̃a dic̃. Ego mr̃. s. singulari mõ: mater Vgo: mr̃ intacta: mr̃ inuiolata: mr̃ pulchre dilectõis timoris: magnitudinis: et sancte spei. In me ois gr̃a vite et Vtutis in me ois spes vite et veritatis. Trãsite ad me oẽs q cõcupiscitis me: et a generatõibus meis implemini. Spũs. n. meus sup mel dulcis: et hereditas mea sup mel et fauũ. O q3 dulce vocabulu3 ad dicẽdũ mater xp̃i. o q3 fructuosu3 p oibus ad allegãdũ. Ideo in aduersitatibus et angustijs in piculis et i omni tribulatõe ad Vginẽ tã decorã recurramus: q hr̃e meruit in vtero suo regẽ celorum et dñ3. A quo vt a filio ipetrat nobis gratiã: quã nobis pcedat ip̃e iesus xp̃s pijssimus q ẽ bñdictus et laudabilis p ifinita secu. secu. amẽ.

Feria sexta post primam dñicã de aduentu. Sermo de annũtiatiõe dñi nr̃i iesu xp̃i facta p angelũ gloriose Vgini Marie. De stupendis mysterijs huius annunciatiõis et preconijs dignissimis Vginis benedicte.

Sextus fructus. Jesus annunciatus.

Nox precessit dies autem appropinquauit. Itex vbi. s. Sacramentũ ineffabile incarnatõis filij dei ita solemniter celebratu3 est: vt oẽs angelici chori cõuerterent ad leticia3 et exultationẽ: eo. s. tpe quo p sanctã trinitatẽ facto cõsilio angelicus nuncius est deputatus: vt mitteret ad Vginẽ ad annũciãdũ sibi desponsationẽ eterni regis: ex q seq debebat pax humani generis: et salus totius mũdi. Et qm̃ tale mysteriũ est satis efficacissimũ corda dura mollire ac liquefacere i amore dilecti iesu. Jcirco in p̃senti smone de ipsius annunciatiõe dicemus sub vno fructu q est. Jesus annũciatus. Pro cuius declaratione tres cõclusiones erũt notãde.

Prima cõclusio dicit cõgruitatis.
Secũda cõclusio dicit qualitatis.
Tertia cõclusio dicit virtuositatis.

Qd angelus debuit annũciare Vgini cõceptione3 filij dei: vt ex hoc suaret ordo ex parte dei: et cõformitas reparatõis cũ lapsu: et Vgo purissima ardentius se dispp̃eret ad xp̃m suo vtero recipiendum. Cap. .I.

Prima cõclusio dicit cõgruitatis. In qua videbimus qualiter angelus congruenter ad virginem missus est ad annunciandũ dei filij cõceptum triplici ratione.

Prima ratio sumit ex parte dei.
Secũda rõ ex pte ãgeli. Tertia rõ ex pte Vginis

Prima ratio sumit ex pte dei: vt suaret ordo quẽ ip̃e statuit: q mediãtibus angelis diuina hoibus nunciant. Et h est regula Dionysij li. de ange. Hier. vbi ait. Diuinũ benignitatis mysteriũ ãgeli primo edocti sunt: postea p ipsos ad nos cognitõis gr̃a transiuit. Si autem obijceret q beata virgo superior fuerat angelis: ergo nõ debebat sibi tale mysteriũ ab angelo reuelari: qr vt dicit Dio. supremis ãgelis fit reuelatio immediate a deo. Ad hoc rñdere possumus sm Tho. in. 3. pte. q. 30. q btã Vgo superior erat angelis q̃tũ ad dignitatẽ ad quã diuinitus eligebat: s3 q̃tũ ad statũ p̃ntis vite erat inferior: qr et ipse xp̃s rõne passibilis vite modico ab angelis ẽ minoratus: vt dicit ad Heb. 2. c. et notat pmo sententiarum di. 16. Verũtamẽ qr xp̃s fuit simul viator et cõprehensor q̃tũ ad cognitionẽ diuinorum: nõ indigebat ab angelis istrui. S3 mater dei nõ erat in statu cõprehensorum: ideo de diuino cõceptu

no cōceptu p angelos instruenda erat. Et si ad huc obijciat q btā Vgo ex lumine fidei cognoscebat dei filiū incarnādū: qz tāta copia gratie inhabitabat in aia eiꝰ: ergo videt q nō debebat instrui de eo qd iaz sciebat. Ego dico q lz fidē de mediatore habuerit ante annunciationez: tñ ex humilitate cordis sui nūq̄z cognouit seipsaz fore in matrē eligendā tāti filij. Et ex hoc angelꝰ debuit sibi annunciare q filius dei erat in suo vtero venturus: ⁊ suscepturus carnē ex purissimis sanguinibꝰ suis p opationez spūs sancti: qd ⁊ fecit: sicut patet Luc. primo. Secūda ratio sumit ex pte angeli: vt .s. suaret ordo in reparatiōe q suatus fuerat in lapsu. Cecidit nāq̄z hō angelo malo Euā temptāte: reuelari aūt debebat angelo bono Marie nunciāte. Et h igr Beda in omel. Aptū humane restaurationis principiū: vt angelus a deo mitteret ad Vginē partu cōsecrādā diuino: qz prima pditiōis humane causa fuit cū spens a diabolo mittebatur ad mulierē supbie spū decipiēdā. Tertia ratio sumit ex pte Vginis. Et primo vt ex tali nuncio mens eiꝰ eleuaret in deū: vt sic ardenti charitate flāmasceret: vt prius xp̄m cōciperet p amorez mente q̄z corpore. Nā vt Aug. li. de Vginitate ait. Materna ppinquitas nihil Marie pfuisset: nisi felicius xp̄m corde q̄z carne gestasset.

Secūdo vt eiꝰ puritas oñderet. Hinc Hiero. ad Pau. ⁊ Eusto. Bene angelus ad Vginez mittit: qz est semp angelis cognata Vginitas. Tertio vt eēt certior testis huius sacramēti quādo sup hoc diuinitus esset instructa. Sic itaq̄z ordinatū fuit: vt angelus ad Vginē mitteret. Quis excogitare posset: quāta tūc fuerit leticia i celesti hierar. quātū gaudiū: quāta exultatio: cū ordinabat legatio tā solēnis: ⁊ gratia fiēda p angelū. Fluxerūt tot annoꝝ milia: qbꝰ nō solū hoies: s ipsi angeli expectauerāt videre diē illū. O benignitas. o pietas ⁊ magna dulcedo summi dei. Ecce apta ē vena misericordie tue. Angelꝰ vocat a tota trinitate: ābasiata sibi iponit. Vade igt pat vade ad Vginē illā Mariā: ⁊ dic ei: qz illā i meā sponsaz vnicā eligo: ipsam diligo sup oēs creaturas: ipsiꝰ amore vulneratū est cor meū. Vade ait filiꝰ ⁊ dic ei: qz ego ipsaz in matrē eligo: ⁊ passibilē carnē de ipsa suscipiā: eroq̄z ei amorosus filius: ipsaq̄z dulcissima mea mat. Spūs scūs subiūxit. Vade ⁊ dic ei: qz ego secū ero: ⁊ opatōe mea Vgo cōcipiet: virgo pturiet: ⁊ Vgo in eternū manebit. O quāta fuere tūc cātica. O quot laudes: quotue tripudia i regno celoꝝ. Multa pōt humana mēs de ipsis pie cōtemplari: q nos breuitatis cā dimittimus. Diximꝰ tamē ista vt itelligeremꝰ q̄z pgruuz fuerit q āgelꝰ xp̄z icarnādū Vgini ānūciaret. Qd angelus annunciās Vgini cōceptū filij fuit de ordine archangeloruz Gabriel vocatus: q Vgini appuit visione corpali. Ca. 2.

Secūda pclusio dicit qlitatis. In q videre debemꝰ qlitatez angeli nunciantis: ⁊ si nō i oibꝰ saltē q̄ztū ad tria: vz. Primo q̄ztū ad ordinē. Scdo q̄ztū ad nomē. Tertio q̄ztū ad apparitionē.

Primo inquā psideremꝰ cuiꝰ pditiōis fuerit angelꝰ q nūciauit incarnationē xp̄i. Et vt colligitur ex dictis sancti Tho. 3. di. tertij li. ⁊ 3. pte summe. q. 30. ille angelꝰ fuit de medio ordine ifime hierarchie: q ē ordo archāgeloꝝ. Qd couenies videt esse ⁊ veꝝ: vt saluaret pprietas ordinū: qz ad angelos ptinet dirigere actꝰ alicuiꝰ hois q ad ipsuz tm̄ ptinēt. Vñ dicunt mysteria nūciare. Ad archāgelos vo ptinet dirigere actꝰ hois q i totā mltitudinē redūdāt. Vñ ⁊ medij .s. archāgeli dicunt q̄si principes angeli. Quia ergo psensus beate Vginis q p āgelū regrebat erat actꝰ singularis psone redūdātis in vtilitatē multitudinis: imo totiꝰ humani generis: iō angelꝰ ille debuit eē de ordine archāgeloꝝ. Et credibile ē q fuerit summꝰ i illo ordine. Aliq vo alij dicūt illū fuisse de sūmo ordine supreme hierar. qz pprietas illoꝝ ē in dei amore ardere. Et qz i icarnatōe succēdēda erat amoris flāma i tota ecclesia: ⁊ singularit i aia Vginis: ideo angelꝰ ille debebat eē de ordine seraphin. Nec ppter h puertit ordo: qz sicut singulare erat opꝰ icarnatōis cōplēdū i Vgine: nullo mō possibile sm ordinē create nature: ita singularis debebat eē nūciꝰ ille q mittebat ad talia nūciādū. Quicqd aūt sit satis ē nobis q de summis angeloꝝ angelꝰ missus ē: siue fuerit de secundo: siue de supremo ordine prime celestis hierar. Scdo psideremꝰ cuiꝰ pditiōis fuerit angelꝰ q̄ztū ad nomen: qz vocat Gabriel. Qd suo officio cōgruit. Nā sm Grego. Gabriel fortitudo dei interpretat: ad oñdēdū q incarnationis mysteriū eēt p dei fortitudinē nūciāduz. Et similiter ad ostendēdū q dominus virtutū veniebat ad debellādū aereas potestates. Ita q Gabriel annunciauit virgini: q fortis deꝰ veniebat ad fortē mulierē. De qua dr pverb. vlt. Mulierē fortē qs inueniet. Tertio pside remus in angelo nunciante cuiꝰ pditōis fuerit

ceptum ad viſionem ⁊ apparitionez. Et ad hoc
dicit Criſo. ſup Math. ꝙ angelus apparuit vgi
ni viſiõe corpali: qđ cõueniẽs fuit triplici rõne
Primo ratione ſimilitudinis.
Secũdo rõe celſitudinis.
Tertio rõe certitudinis.

Prima rõ fuit ſimilitudinis: qꝛ illud qđ an
nũciabat erat icarnatio inuiſibilis dei. Vñ cõ/
ueniẽs fuit vt ad hui⁹ rei declaratiõem iuiſibi/
lis creatura formã aſſumẽt in qua viſibilr ap/
pereт. Secũda rõ dicit̃ celſitudinis. Cõueniе
bat. n. matri dei q̃ nõ ſolum i mẽte ſed ẽtꝫ in cor
poreo vẽtre erat filiũ dei receptura: vt angeluꝫ
corporaliter videt̃. Sꝫ ſi aliqs obijcẽt: ꝙ ma/
gis faceret ad dignitatẽ vginis: ſi ãgelus ap/
paruiſſet ei viſione itellectuali: qꝛ vt aug. dicit
12. ſup Geñ. ad litterã. Dignior ẽ itellectualis
viſio q̃ꝫ corpalis: qꝛ viſione itellectuali videt̃ in
ſui ſubſtantia: viſione vero corpali videt̃ in aſ/
ſũpta figura: ergo digni⁹ fuiſſet appere viſiõe
intellectuali. Rñdere poſſum⁹ ꝙ intellectualis
viſio ẽ potior q̃ꝫ ſit imaginaria vel corporalis
ſi ſit ſola. Sꝫ ipſe aug. dicit ꝙ excellẽtior ẽ pro/
phetia q̃ hꝫ itellectualẽ vel imaginariã viſionẽ
q̃ꝫ illa que hꝫ alterã tm̃. Jõ beata virgo nõ ſo/
lum pcepit viſionẽ corporalẽ in angeli appitio
ne: ſed ẽt intellectualem illuminationem. Vn/
de apparitio nobilior fuit: fuiſſet tamẽ nobilior
ſi ipm angelum itellectuali viſiõe in ppria ſpe
cie vidiſſet ſiue in ſui ſubſtãtia. Sꝫ hoc nõ pati
tur ſtatus viatoris vt angelũ p eẽntiã videat.

Tertia rõ quare ãgelus apparuit corpali viſi
one dicit̃ certitudinis. Ea. n. que ſunt oculis
ſubiecta certi⁹ cõprehendimus q̃ꝫ ea que ima/
ginamur. Propter hec oia Aug. in quodam
ſmone vginẽ introducẽs loquẽtem ait. Vẽit
ad me quidaꝫ magnus panymphus xp̃i: non
patriarcha primuſ: aut pphetа egregi⁹: ſꝫ Ga
briel archãgelus: facie rutilãs: veſte corruſcãs
greſſu mirabilis: ⁊ aſpectu terribilis: q viſita/
uit ⁊ pturbauit me. hec ille. Felix illa apparitio
et iocunda nimis in qua nũciabatur ab angelo
nouũ letiſſimũ: nouũ gratiſſimũ: nouũ ppinqſ
ſimũ de ſalute humani generis. Quid audiſti
o puella formoſa. o mulier ſãcta. o virgo vtuo
ſa. Quid audiſti: quid angel⁹ tibi retulit. Cer
te nulla vnquã creatura fuit que habuerit taleꝫ
reuelatõem: qualem tu habuiſti. Tibi dr̃ Aue.
. i. ſine veh. Tibi dr̃ plena gratia. Tibi benedi
ctio datur in mulieribus. Tibi prenũciat ange
lus ex tuo vtero i mũdum dei filium egreſſurũ

O beata femina longũ eẽt narrare cũcta q̃ an
gelus dixit. Que virgo reſpondit illa: de qbuſ
plene ſuo loco dicemus. Nũc aũt veniam⁹ ad
tertium quod erat videndũ in tertia concluſiõe
propoſita.

Qđ glorioſa vgo ⁊ ſi non merito condigni
tamen merito congrui ⁊ digni meruit eſſe ma
ter filij dei. Capitulum. 3.

Ertia concluſio dr̃ vtuoſitatis. In q̃
t contemplari libet ſi ex virtutibus me
ruit vgo concipere chriſtum. Et ne p
multa vagemur dicimus ad hoc ſm doctrinaꝫ
domini Boñ. in. 3. di. 4. ꝙ triplex ẽ merituꝫ.
Primum dicit̃ condigni.
Secũdum dicit̃ congrui.
Tertium dicit̃ digni.

Primum eſt merituꝫ condigni: quo quis
ex tanta charitate meret̃ tantam gloriam. Et
hoc merito vgo non potuit mereri concipere
filiuꝫ dei: pro eo ꝙ ex hoc excedit omne meri/
tum. Siue enim dicamus deum fieri hominẽ
ſiue dicamus mulierem fieri matrem dei: vtrũ
qꝫ eſt ſupra ſtatum qui debetur creature. Et tã
hoc q̃ꝫ illud fuit benignitatis ⁊ gratie. Se/
cundum eſt meritum congrui: quo peccator di
citur gratiam ſibi mereri cũ ad gratiam ſe diſ/
ponit. Et ſic beata virgo meruit ante incarna
tionem concipere filium dei: quoniã pre nimia
ſua puritate: benignitate: ⁊ humilitate: idonea
erat vt efficeret̃ mater dei. Tertium eſt me/
ritum digni: quo. ſ. vir iuſtus orat pro alio vt
mereat̃ exaudiri. Et hoc merito meruit beata
vgo concipe xp̃m poſt annũciatiõem: qꝛ ſpũs
ſcũs in eam copioſiſſime deſcendit nõ idiſpoſi
tã. Si enim bene conſideramus qd cõtinet̃ in
vbis illis que vgo ſacratiſſima concludendo
angelo dixit: ecce ancilla domini: certe eam di/
gnã iudicabimus conceptione filij dei. Nam
cũ dixit. Ecce. pmptitudinem obediẽtie oſten
dit: que tanta fuit ꝙ nũqꝫ deo gratior acceptior
qꝫ in aliqua alia creatura ſiue hoie ſiue angelo i
ueniri poterit. Cũ ſubiunxit ancilla dñi: pfun
dũ humilitatis ſue oſtendit ſiue manifeſtauit.
Nõ. n. potuit ea que eligebat̃ vt eẽt mater dei
efficacius ſibiipſi vileſcere: deũqꝫ magnificare
q̃ꝫ ſe ancillã domini nũcupãdo. Cũ dixit. Fiat
mihi: fidẽ ſuã dclarauit. Cuius lumie adeo fu
it illuſtrata: vt nihil de xp̃o icarnãdo ſẽtiret di
minutũ. Cũ tandẽ dixit ſm vbũ tuũ: charitatẽ
ſuã apuit: q̃ ad deũ diligẽdũ ita cũ illo ardẽter
cõiũcta fuit: vt creatura nõ ſufficiat illud cogita
re Nũquã

re. Nūquā in hac vita iuētus ē nec iueniet q
tāto feruore amoris cor suū dederit deo q̄ntum
tribuit tūc ipsa Vgo btā. Nullus eteni eorū q
dilexerūt deū fuit i eo excessu dilectōis: in quo
ipsa feruebat: adeo q illis Vbis, platis merito
digni meruit eē mater dei. O armariū diuine
gratie. o armariū diuine misericordie. o fons pi
etatis. o fons castitatis. o puteus humilitatis.
o plenitudo prudentie. o plenitudo gratie. q̄ tā
tū meruisti. Propter q̄ impetra nobis gratiā
filii tui: vt valeamus illius amore recolē: q ip-
se p nobis dignatus ē facē: q ē benedict⁹ z lau
dabilis p infinita secula seculorum. amen.

Sabbato post primā dñicā de aduentu: s-
mo de mirabili cōceptōe filij dei iesu xpi: z qua
liter Vgo gloriosa ipm cōcepit in vtero suo ve
rū deū z verū hoiem: z de his que occurrūt cir
ca hanc conceptionem' consideranda.

Sextus fructus. Jesus vtero claudit.

Ox precessit

Dies aūt appropinquauit. Itez vbi supra. Letat aia supra modū in cognitōe Vi tatis eius potissimū q̄ ingenij proprij vires ac facultatem excedit: nec haberi pōt nisi aliquo lumie diuine gratie iterueniēte: siue illud sit lumē appi tōis: siue visionis: siue fidei. Et qr hec nobis Vitas predicat: monstraturq fidei radio. s. q xps filius dei cōceptus fuerit de spū scō i ventre Vginali. Iccirco in pñti smone, p tāte Vi- tatis claritate itelligēda ac deuotiōe: dicem⁹ de conceptiōe mirifica ac stupēda dñi nostri iesu xpi. Et more solito, pponimus fructū suauissi- mū z dulcissimū huius sermonis q est. Jesus vtero claudit. in quo tres cōclusiones princi- pales declarabimus videlicet.

Prima cōclusio dicit spūs sancti supuentio
Secūda cōclusio dicit xpi cōceptio.
Tertia conclusio dicit corporis conditio.

Qd Vgo sacratissima cōcepit xpm supue- niēte i ea spū scō: z quare talis cōceptio attribui tur spūi scō: cuius filius nullo modo dictus est xps: atq quō exponit illud angelicū dictū spūs sanctus supueniet in te. Caplm. j.

Prima cōclusio dicit spūs sci supuētio Quia eni sm angelicū pmissū in xpi cōceptione spūs scūs supuenit in Vgie videt attribui spūi sancto spālr corporis xpi cō ceptio: quod couenies ostidit. s. Tho. di. 4. tertij li. z. 3. pte sūme. q. 32. triplici ratione.

Primo ratione charitatis.
Secūdo ratione liberalitatis.
Tertio ratione sanctitatis.

Primo couenieter attribuit spūi scō tal' cō- ceptio rōe charitatis. Spūs. n. scūs ē charitas vel amor dei patris z filij. Ex maximo autem amore dei, pueniut vt fili⁹ dei sibi carnē assumeret in vtero Vginali: vt dicit a Jo. 3. c. Secūdo couenieter dicit xps cōceptus de spū scō rōe liberalitatis. Vt. n. dictū ē supra fructu so z cōclusione. tertio nō aliqbus meritis: sz sola liberalitate z gratia dei fili⁹ carnē assūpsit: ideo spūi scō qui ē ipsa gratia cōceptio xpi attribuit: vt dicit Aug. in enchiridiō. Tertio cōceptio xpi attribuit spūi scō rōe sanctitatis. Quia eni spūs scūs ē spūs scificationis: vt dicit. Ro. 3. iō sicut alij p spm scm scificant spūaliter vt sunt filij dei adoptiui: ita xpus p spm scm ē in scitate cōceptus: vt esset filius dei naturalis: z ppter h angelus dixit btē Vgini. Idēq z qd nascet ex te sanctū vocabit fili⁹ dei: neq tamē xpus qr de spū scō cōceptus dicitur: fili⁹ ē spūs sci putādus: qr vt inqt aug⁹. in ench. Natus ē de spū scō xps: nō sicut fili⁹: z de Maria Vgine sicut filius. Doctor aūt seraphic⁹ dñs Boñ. i. 3. di. 4. dicit q hec locutio xps ē fili⁹ spūs sci. nullo mō ē admittenda: tum p p vitandū errorē cir- ca generatōem tpalem: tū circa generatōez eternā. Circa generatōem tpalem dz vitari error qr cū sm illā si diceret xps conceptus d Vgine spū scō: ac si spūs scūs ei⁹ eēt pater: z Vgo eius mater: iā videret ex hoc q xps nat⁹ eēt d Maria z spū scō: sicut nascitur, ples de viro z muli- ere: qd falsū ē: qr proles ptē accipit a patre z p- tē accipit a matre: i qua assimilat patri z matri i eadē forma z natura. Qd nullo mō ē reperire in xpo: q soli matri assimilat i natura assumpta Circa gnātōem eternā vitādus ē error: ne fiat cōfusio eternarū relationū z proprietatū. Vnd cū propriū sit psone patris gnāre respcū psōe filij: nullaten⁹ admittit xpm eē filiū spūs sancti i quo nō ē alia psona vel hypostasis q̄z illa quā pater ab eterno genuit. Hinc aug. vt dicit magister in. 3. di. 3. ait. Quis dicere audebit xpz eē filiū spūs sci: cū hoc ita sit absurdū: vt nulle fideliū aures valeāt sustinere: iō catholice inferēda ē auctoritas illa angeli. vz. Spūs sanct⁹ supueniet in te: nō. n. supuenit in Vginez scūs spūs vt eēt pater xpi: sed vt dicit Tho. in. 3. sē. di. 3. hec supuētio pōt multipliciter itelligi. prio

spūs scūs supueniet in te .i. sup possibilitatē z cursum nature veniet in te dādo fecunditatem z cōseruādo ꝟginitatē. Scdo spūs scūs supueniet in te .i. supra illud qd̄ habes de plenitudine eiꝰ in te. Qr sicut olim iplenit mētē: nunc pñtia filij sui iplebit vētrē opando filij dei conceptōem. Tertio exponit spūs scūs supueniet in te .i. desup celis veniet i te. Qr oē datum optimū desursū ē. iac. p̄. Quarto expōit spūs scūs supueniet i te .i. supra merita tua: z supra merita oīuz creaturaꝝ. Quīto exponit spūs scūs supueniet in te .i. sup oēs q añ te fuerunt z erūt: vt sis eiꝰ tabernaculū: tēplū: z sacrarium. Ex his cū audimꝰ spm̄ scm̄ supuenisse stati ope ris magnitudinē admiremur: veneremurq; i ꝟgine secūda amplissimū munꝰ plenitudinis gratie sibi cōcesse: q̄ t ta fuit: vt sola eēt illiꝰ mater i terris qui solum habet patrem in celis

Qd̄ xp̄i cōceptio fuit admirabilis valde: tū ꝓpter tp̄s qr facta ē in īstanti: tum propter virginem in qua est facta: tum propter gratiā anime christi. Capitulum .2.

S Ecunda cōclusio dicit cōceptōis. Fuit eqdem xp̄i cōceptio admirabilis valde triplici ratione.

Prima ratio dicit temporis.
Secūda ratio dicit virginis.
Tertia rō dicit gratie.

Primo fuit admirabilis cōceptio xp̄i rōne tp̄is: qr fuit subitanea z in īstāti: nostra āt ē successiua z i tp̄e: vt dicit Jo. Dama. Qd̄ sic fuerit talis cōceptio declarat scūs Tho. in .3. sen. di. 3. q. 2. z in .3. pte sume. q. 33. tali rōe. Conceptio xp̄i scā fuit ꝟtute diuina. Virtꝰ aūt diuina cū sit ifinita effectū suū subito z in īstanti ꝓducē pōt. Jō in cōceptōe xp̄i qttuor codē īstāti fuerūt. Prīo .s. cōuersio sanguinis purissimi btē ꝟginis in carnē z alias ptes corporis xp̄i. Secūdo formatio mēbroꝝ orgāicoꝝ. Tertio aīatio corpis organici. Quarto assumptō corporis aīati ī vnitatē diuine psōe. Jn nobis āt p ꝟtutē finitā: z defectū agētis: z pp dispōnem patiētis: hec successiue cōtingunt ita q materis cōceptio nō pficit nisi vsq; ad certā diē: vt phs dicit .9. de aīalibꝰ z silr scie. Jn xp̄i aūt cōceptōe materna quā ꝟgo ministrauit stati formā z figurā hūani corporis accepit. Secūdo xp̄i cōceptio fuit mirabilis rōne ꝟginis. Magnū nāq; aliqd̄ miraculū contingit eē duobus modis. Vno mō qñ agēs nec ē nāle: nec mā ē nāliter ꝓportionata ad talē formā: vt formatio hoīs de limo terre: que ē miraculosa tā ex parte agētis q̄z ex pte materie patiētis. Alio mō contingit miraculū: qñ mā ē nāle: agēs aūt est supnaturale: sicut qñ aliqs a febre sanatur. Qr ergo mā quā ꝟgo administrauit ad formatiōem corporis xp̄i fuit nālis: ex qua corpus hoīs nāliter formari pōt: z propter hanc materiam naturalem quā virgo preparauit ad conceptionē corporis christi: xp̄s dicitur naturalis filiꝰ virginis: s; ꝟtus formās fuit diuina .s. ꝟtutis spiritꝰ sci: z qr vnūqdq; magis iudicat̄ fm formā q̄z fm materiā: magis fm agēs q̄z fm patiēs. Jnde ē q cōceptio corporis xp̄i d; dici simplr miraculosa z supnaturalis. Secūdū qd ꝟo .s. ex pte materie quā ꝟgo p̄pauit pōt dici nālis.

Sed forte aliqs arguet q cōceptio xp̄i ēt ex pte ꝟtutis actiue sit naturalis tali rōe. Jn illuiatiōe ceci q̄zuis potētia visiua miraculose detur tñ post acceptam potentiā cecus nāliter videt. S; spūs scūs ꝟgini potentiā generatiuā dedit. Ergo postea nāliter gnāuit. Ad hoc rñdet scūs Tho. i .3. di .3. duobus modis. prio q nō est simile exemplū: eo q ceco illuminato datur potentia visiua sine oi dispōne cōtraria visioni z ideo opatio seu visio sequēs ē naturalis. S; potentia generandi data ē ꝟgini manēte ꝟginitate: que ē dispō contraria ad conceptū. Alio modo pōt dici q exēplum nō ē simile: eo q ceco illuminato datur potētia passiua: cuius opatio ē ꝓpter hoc q mouetur ab agēte nāli .s. colore: z iō illa visio ē naturalis. S; ꝟgini datur potētia generādi p hoc q mota ē eius potētia passiua ad generādū ab agēte supnaturali: idō cōceptio corporis xp̄i ē miraculosa. Hinc Anselmus ait. li. de conceptu ꝟginali. Spūs scūs ꝟtus altissimi viꝝ virginē de muliere ꝟgine mirabiliter ꝓpagauit. Tertio xp̄i conceptio fuit mirabilis rōe gratie: qr vt dicit Alex. in .3. xp̄s ab īstanti sue cōceptōis fuit ita plenus gratia: q eiꝰ gratia augeri nō potuit. Nā augmentū nō cōpetit rei fm q res ē iterior: z tota potētialitas capacitatis alicuiꝰ est ipleta ex fine iplēte: z iō nō h; iterius quo crescat. Et qr aīa xp̄i ab initio cōceptōis fini vltimo ē vnita: nō solū p fruitōem vt eēt pfectus cōprehēsor: s; ēt p ꝟbi vnionem: iō gratia eius augeri non potuit.

Qd̄ corpus dñi nostri iesu xp̄i fuit in instāti formatū assumptū: z quare illud nō fuit productum in perfecta quantitate. Capitulum .3.

T Ertia cōclusio dicitur corporis cōditio fuit .n. corpus dñi nostri iesu xp̄i vtero virginis

ro v̄ginis clausum in conceptione triplici cō-
ditione sociatum: videlicet.
Prima dicitur formatio.
Secunda dicitur animatio.
Tertia dicitur assumptio.

Prima cōditio dicitur formatio: q̄ corpus
xp̄i ī istāti cōceptōis fuit pfecte formatū q̄tum
ad pfectā organizatiōez ꝛ dispōnem mēbroꝝ.
Qd pbatur p Aug. li. de fide ad Petruz di-
centē. Firmissime tene: ꝛ nullatenus dubites
nō carnē xp̄i sine diuinitate ī vtero v̄ginis su-
isse cōceptā prius q̄z susciperetur a v̄bo. Et hoc
dicimus fm magistrū in. 3. q verbū non susce
pit nisi carnē formatā. Dñs aūt Boñ. supra p̄
fa̅ta di. dicit hoc fuisse conueniēs triplici rōne.
Primo ex parte verbi assumentis.
Secundo ex parte virtutis operantis.
Tertio ex parte virginis concipiētis.

Prima rō sumitur ex pte v̄bi assumētis:
q̄ nō debebat v̄bum assumere ptē humane na
ture: vt eēt hō fm qd: sz fm totā humanā nām
ꝛ ita carnē ꝛ aiam: maxime cū aia det carni cō
uenientiā vt vniatur cū diuina natura. Et qm̄
aia nō ē nata vniri nisi carni formate ꝛ organi
zate: iō in primo istanti conceptōis necesse fuit
corpus xp̄i ad pfectā organizationem adduci.
Unde Aug. li. de tri. Nō ex vtero v̄ginis pri
us caro cōcepta ē ꝛ postea diuinitas ī carnem:
sed mox vt dei verbū ī vteꝝ venit factū ē caro:
seruata pprietate nature: ꝛ pfectus hō ī vnita-
te carnis humane. Scd̄a rō sumitur ex pte v̄
tutis opantis: q̄ virtus diuina opatur mirabi
liter. Hoc aūt ē miraculū miraculoꝝ: q femia
cōcipiat deū: iō ad sue mirabilis potētie ostensi
onē subito formauit illud corp⁹: qd forte natu-
ra nō poterat nisi successiue. Tertia rō sumi-
tur ex pte virginis cōcipiētis: que statim vt cō
sēsit repleta fuit spū scō: ꝛ mater dei effecta. Et
qm̄ mater dei nō erat: nisi deus vnitus eēt car
ni quā cōcipiebat: ꝛ caro nec deo nec aie deberet
vniri: nisi haberet mēbroꝝ distictōem conue-
nientē. Hic est q ab instanti cōceptōis ī mem
broꝝ distictōe corpus xp̄i debuit esse pfectum
Sed tamē hic remanet mens dubia: cur cor-
pus illud pfectū q̄tum ad organizatōem nō fu
it pductum sine formatū in pfectōne quātū ad
q̄titatem. Nō. n. fuit corpus Ade nobilioris
conditōis q̄z corpus xp̄i: ꝛ tamē illud ī instāti
creatōis fuit pfecte a deo formatū quantum ad
q̄ntitatem molis. Et hoc dicit domin⁹ Bon.
vbi supra. Respondetur q pfectō quantitatis

illius corporis fuit opatione nature cui⁹ ē opa-
ri fm tpis successionē. Et lz deus aliter de illo
corpore facere potuisset: voluit tamē sic esse tri
plici ratione. Primo propter legis vniuer
sitatis conseruationem.
Secundo propter fidei confirmatiōem.
Tertio propter humilitatis xp̄i cōmendatōem

Pria ergo rō fuit pp legis vniuersitatis cō
seruatōem. Nā de⁹ vnicuiqz nature cōcessit p
priā opatōem: nec vtitur miraculo vbi natura
p se pōt sufficiēter opari. Et q̄ nā in xp̄o satis
sufficiēter poterat corp⁹ xp̄i ad pfectā quātitatē
deducere: iō qd in illo derogabat ei⁹ dignitati
noluit de⁹ tp̄s anticipare tāq̄z iustus vniuer-
tatis administrator vt vnūqdqz iuxta virtutez
sibi cōueniētē opari sineret. Et hoc qdē cōuenie
bat: q̄ nāz nolebat pimere: sz repare. Scd̄a
rō fuit pp fidei cōfirmatōem. In hoc. n. veri-
tas fidei cōfirmatur ad firmiter credēdū q xp̄s
nō fātasticā: sz verā carnē assūpsit. Tertia rō
fuit pp hūilitatis xp̄i cōmēdatōem. Cōmēda
tur nāqz sua hūilitas: quādo nō solū dei fili⁹ fa
ctus ē hō: sz nat⁹ ē puul⁹ materno lacte nutrit⁹
ī cuna vagiēs ītra matris brachia gestat⁹ ꝛ offi
cia q̄qz suscipiēs qb⁹ infātuli īdigere solēt. Se
cūda conditō corporis xp̄i dicitur aiatio. Fuit
nēpe illd corpus preter morē alioꝝ: vt dcm̄ ē
in instāti aiatū. De qua aiatōne diffusi⁹ dicturi
sumus ī sequētib⁹. Tertia cōditō illi⁹ corpis
fuit assumptio: q̄ ī codē ēt istāti fuit a verbo as
sūptū. Unde Greg. 18. li. moral. Angelo an
nūciāte: ꝛ spū. s. adueniēte mox verbū ī vtero:
ꝛ mox ītra vteꝝ verbū caro. Quib⁹ diligenter
cōsideratis si xp̄m īspicē volucrim⁹ in vtero v̄
ginis reclusuz ducemur ad igētes grās ei p-
soluēdas: q p nobis petōrib⁹ ꝛ p nobis misis
ꝛ vilissimis v̄miculis: p nobis inimicis eter
ni patris. 9. mēsib⁹ hītare voluit ī thalamo v̄-
ginali. Sz qd dicem⁹ de virgie illa gratiosissi-
ma q̄ talē filiū tenebat ī vtero. O res digna mi
ratu. O stupēdū pdigiū. O ieffabile sacramē
tū. Stat ī sua cellula v̄go dvota ꝛ ī ventre suo
baiulat quē celi ꝛ terra cape nō possūt. Scie-
bat se virginē eē. Expiebatur se iā concepisse.
Certissima erat ex angelica īstructōe de noui-
tate tāti miraculi: q̄ cōcepat filiū dei hūani ge-
neris redēptorē. Multa erāt ī ei⁹ corde suaui-
tatis repletio multa ī mēte dulcedo: ꝛ copia io
cūditatis. Leue pōd⁹ leuiqz sustiebat. o quot la
chryme fluebēt ex oculis illi⁹ virginis: humi-
lis in tali gestione tanti filij iubilantis. O quid

dicebat. Quid loq̄bat. Quid cogitabat. Certe humana mens secreta huiusmodi plene exco/gitare nō valet. Possumus tamē pie credere puellā illā deo dilectā die noctuq; in semetipsa dixisse: filiū dei in ventre habeo. Ipsu; teneo quē prophete p̄dixerunt: quē patriarche p̄nunciauerunt: quē sancti patres desiderauerūt: qui mundū saluare debet: qui infernū expoliabit: q paradisum aperiet: q angelos letificabit. Ipse est dei filius. Ipse est me⁹ filius. O fili mi dulcissime. O fili mi amātissime. O fili mi pijssi/me: quem corde credo: corpore teneo: quādo te oculis ꝓprijs aspiciā. Quādo te infantulū natu; lacte depascā. Vnde hoc mihi: vt tu me in tuā matrē elegeris. Gratias tibi ago de⁹ me⁹ qui sis in eternū benedictus. Hec ꝛ similia poterat virgo mēte reuoluere. Nos aūt debiles ꝛ infirmi eā precemur humilib⁹ precib⁹: vt pro nobis intercedere velit apud suū dilectū filiū regnantē in celis que; ipsa tenuit in vtero incar/natū in terris: qui est benedictus ꝛc. amē.

Dominica secunda de aduentu. Sermo de diuinitate Iesu christi: q sicut fuit verus ꝛ p̄fectus hō: ita fuit verus ꝛ p̄fectus de⁹: qđ si q̄s nō crederet: absq; dubio periret: q2 ita debem⁹ credere xp̄m deū vt etiā nō negemus hominem: ꝛ ita ipsum hominē tenemur cōfiteri vt etiā deu; esse nō dubitemus.

Octauus fructus. Iesus est filius dei.

b Eatus qui non fuerit scandaliçatus i me. Verba sunt redēptoris nostri originaliter Math. xi. c. ꝛ in euāgelio p̄sentis dn̄ice. Conat̄ antiquus hostis q̄ztū potest mentē euertere a luce veritatis: vt errore disseminato in animā sibi credente; eam facile decipiat: atq; deducat per semitā vitioꝝ. Et inter cetera conat̄ sugge/rere his qui vel curiosi vel inertes fuerint opi/niones varias falsas ꝛ impias circa incarnationis sacratissime mysteria. De q̄bus q male sentit de xp̄o redemptore vere scandaliçat̄: ꝛ a sua salute procul dubio efficitur alienus. Iccirco redemptor noster discipulos Ioannis instruxit dicens eos fore beatos q nō scandaliçant̄ in ipso. i. qui bene sapiunt de diuinitate ꝛ humanitate. Et q̄m xp̄m incarnatū ita cōfiteri debemus hominē vt nō negemus deū. Ideo in p̄n̄ti ser/mone de iesu xp̄i diuinitate dicturi sum⁹. De qua nullus in xp̄o scādalizari d3: q2 oēs ipsum credere tenemur veꝝ hominē ꝛ veꝝ deum: ad qđ plenius intelligendū veritatē hāc curabim⁹ declarare sub vno fructu. s. Iesus est fili⁹ dei. Pro quo notabim⁹ tres ꝯclusiōes p̄ncipales.

Prima cōclusio dicit̄ testificationis.
Secūda ꝯclusio dicit̄ attributionis.
Tertia cōclusio dicit̄ op̄ationis.

Quod xp̄s deus sit: q2 hoc habet̄ ex testimonio humano angelico ꝛ diuino: ita q̄ tā scripture iudeoꝝ q̄; gentiliū siue etiā christianoꝝ cla/mant christū esse veꝝ deū. Cap. .I.

p Rima cōclusio dicit̄ testificatōis. Colligim⁹ nāq; xp̄m esse filiū dei ex multiplici testimonio scripturaꝝ q̄ de ipso loquunt̄: de q̄b⁹ aliq̄s adducam⁹. Pro quaꝝ ordinatione annotabim⁹ triplex testimoniū in scriptura inuentū siue repertū de dn̄o iesu christo.

Primū dicitur humanū.
Secundū dicitur angelicū.
Tertiū dicit̄ diuinum.

Primū testimoniū dicit̄ humanū: qđ ꝓferūt iudei: ꝛ testificant̄ gentiles: ꝛ inimici xp̄i manifestant. Primo nāq; iudei testificant̄ diuinitate; xp̄i. Ecce ia; Esaias icipit loq. Dicit. ix. c. Paruul⁹ natus ē nobis ꝛ fili⁹ dat⁹ ē nobis. Ecce humanitas. Et sequit̄. Et vocabit̄ nomē ei⁹ admirabilis cōsiliarius: de⁹ fortis: pater fu/turi seculi: p̄nceps pacis. Ecce diuinitas. Quia vt dicit Nico. de lira. sup h̄ passu. Translatio. 70. interpretū h3. Et vocabit̄ nomen ei⁹ magni cōsilij angelus: in trāslatione v̄o chaldaica h̄r. Vocabit̄ nomē ei⁹ p̄manens in secula messias. Itē Hiere. 23. Ecce dies veniunt dicit dn̄s: ꝛ suscitabo dauid germē iustū. Trāslatio chaldaica h3: statuā messia; iustū. Et subdit̄. Et hoc ē nomē qđ vocabunt eu; dn̄s iustus noster. In hebreo v̄o ponit̄ nomē dei thetagramaton: vt dicit Nico. de lira: qđ est nomē solā essentiam dei significans pro vt dicit Rabbi Salomon. Itē Baruch. 3. c. Hic est de⁹ noster: ꝛ nō estimabit̄ ali⁹ aduersus eū. Ecce diuinitas. Et in/fra. Post hoc in terris visus est ꝛ cū hoib⁹ cō/uersatus est. Ecce humanitas. Itē Ioh bap. q xp̄m baptizauit dicit. Ioh. I. Vidi sp̄m descē/dente; q̄si columbā de celo: ꝛ manētē sup eū: ꝛ ego nesciebā eū: s3 q me misit baptizare in aqua ille mihi dixit: sup quē videris spiritū descēdētē ꝛ manētē sup eū: hic est q baptizat in sp̄ū scō: et ego vidi ꝛ testimoniū p̄hibui q2 hic est fili⁹ dei. Itē Nathanael dixit xp̄o Ioh. I. Tu es filius dei. Et Petr⁹ apostoloꝝ princeps Math. 16. a xp̄o interrogatus respondit. Tu es xp̄s fili⁹ dei viui

m vestꝝ stetit queꝫ vos nescitis. Jo. 1. c. ⁊ i euāgelio p̄sentis dñice. Precursor dñi nostri iesu xp̄i Joānes baptista ex dispositōe spūs sci xp̄m dei filiuꝫ publice predicauit: cuius altitudinē singulariter idicare voluit his q fuerāt ab hierosolymis ad eū missi: q tñ cū ceteris phariseis ac iudeis ꝑfidis nullo mō acqeuerūt Joānis testimōio vacissimo. Noluerūt que de xp̄o audierāt a Joāne humili mēte suscipe. Et q2 in euangelio hodierno fit specialis mētio de Joānis p̄dicatiōe qua xp̄m dei filium firmiter fortiter veraciterq; asserebat. Jccirco ꝓ euāgelij declaratōe fructum ꝓponimus elucidādū q est. Jesum ioannes p̄dicat. Ad cuius expositōem tres conclusiones occurrunt annotande.

Prima conclusio dicitur missionis.
Secunda conclusio dicitur interrogationis
Tertia conclusio dicitur magnificationis.

Quod missi sunt ad Joannē sacerdotes ⁊ leuite interrogantes an eēt xp̄s. Caplm. 1

p Rima cōclusio dicitur missiōis. Que notatur in prima pte euangelij vbi dicitur q͛ miserūt iudei ab hierosolymis sacerdotes ⁊ leuitas vt iterrogarent eum. Tu qs es. Vbi nō imerito querimꝰ quare iudei potius opinabant̄ de Joāne q͛ eēt xp̄s: q̄ȝ ꝺ dño nostro iesu xp̄o. Nam ſm Origenē tēpus aduentus xp̄i populū recreabat: ⁊ quodāmō iam p̄ns existens legis pitis ex sacris scripturis speratum colligentibus: ꝓpter qꝺ Theodas non modicā multitudinē quasi xp̄s congregauit: ⁊ post illum Judas galileus in diebꝰ ꝓfessiōis. Cum ergo feruentiꝰ expectaret̄ xp̄i aduentꝰ iudei transmittūt ad Joannē cōiter scire volētes si ip̄e se xp̄m fateretur propter tria.

Primo ꝓpter baptismi nouitatē.
Secūdo ꝓpter predicatōis claritatē.
Tertio ꝓpter vite austeritatem.

Primo iudei habuerūt de Joāne talē opinionē ꝓpter baptismi nouitatē: q2 vt dicit̄ i fine huiꝰ euāgelij ioānes erat in bethania trans iordanē baptizās. Hec bethania ſm glo. alia fuit ab illa que nō longe erat ab hierusaleꝫ: vbi fuerat lazarus mortuꝰ suscitatꝰ. De qua ēt dicit̄ Origenes q͛ alio noie vocabat̄ bethabora. Et q2 nullus ꝓphetaꝝ ante Joānem acceptauērat baptizare: iō baptismꝰ eius quādam nouitateꝫ p̄tendere videbat̄ que nō imerito supiores iudeoꝝ mouere poterat: vt de Joāne suspicaret̄ q͛ eēt xp̄s. De quo baptismo q̄ttuor ꝟitates tenēde sūt catholice. Prima ꝟitas ſꝫ Ric. in 4. q͛ si extēdamꝰ nomē sacramēti ad oē signuꝫ rei sacrātis suscipientē: sic baptismū Joannis erat sacramētū: q2 exp̄sse repn̄tabat xp̄i baptismū: qui ē res sacras suscipiētem. Si aūt restrīgamus nomē sacramēti ad illud qꝺ ē sacre rei signū ⁊ cā: sic nō erat sacramētū: q2 nō conferebat grām ex vi sacramēti vt declarabimꝰ. Vñ respectu sacri baptismi xp̄i ꝺ; dici fuisse sacrāle q2 fuit quedā dispō ⁊ p̄pato ad illius baptismi susceptōem vt dicit magister sniaꝝ i littera. di. 2. q̄rti li. Scda ꝟitas q͛ baptismꝰ Joannis vt dicit prefatꝰ doctor fuit institutus auctoritate diuia. Qꝺ ꝓbat̄ ꝑ illud qꝺ dicitur a Joanne baptista. Jo. 1. qui misit me baptizare ille mihi dixit. Sup quē videris spm̄ descēdētem ⁊ manētem supra eū: ipse ē qui baptizat in spū sancto Hoc ip̄m p;: q2 Math. 21. xp̄o querēti de baptismo ioānis: vtꝝ eēt ex celo an ex hoibus: nō fuerūt ausi dicere q͛ ex hoibus. Et dicitur ille baptismꝰ ioannis: co q͛ ipse solus fuit minister primarie instōnis ⁊ executōis illius baptismi.

Tertia ꝟitas q͛ baptismus ioānis ſm glo. sup illud Luc. 3. predicās baptismū pnie: non dabat seu cōferebat grām: vt dicitur ibi ioānes dare nō potuit baptismū: quo pctā soluerentur Nam vt dicit Bon. 2. di. quarti li. talis baptismus fuit istitutus ꝑ quādam prepatōnem ⁊ assuefactōem ad baptismū xp̄i. de cōse. di. 4. c. n̄ regnābant. Vnde glo. Math. 3. super illo ꝟbo. Ego

bo. Ego baptizo ait. Tm̃ corpora lauo: qꝛ pec
cata soluere nequeo: vt sicut nascẽdo ⁊ predicã
do pretereo: sic baptizãdo ad christi baptismuz
dirigam. Quarta est ꝟitas ꝙ baptizati ba/
ptismo ioãnis iterum debuerũt rebaptizari: si
cut patet ꝑ Aug. sup ioã. ⁊ ponitur de cõse. di.
4. c. Aliud. vbi dicitur. Si quos baptizat iu
das iteꝝ non sunt baptizandi: ⁊ quos baptiza/
uit ioãnes: iterum sunt baptizandi. Et idez li.
2. de baptismo contra donastitas ait. Dñs ihs
xp̃s tali baptismo mũdat ecclesiam: quo accep/
to nullũ alteꝝ requirat. ioãnes ãt tali baptismo
precigebat: quo accepto esset ẽt baptismũ dñi/
cum necessariuz. Et hoc habet̃ expresse. Act.
19. c. quando baptizatos baptismo ioãnis pau
lus baptizauit baptismo xp̃i. Dicit tamen dñs
Boñ. ꝙ quorũdam opinio fuit ꝙ baptizati ba
ptismo ioãnis si nõ habebant fidem trinitatis
rebaptizãdi erant. Si aũt habebant fidem tri/
nitatis: qua interius isignebantur tanꝙ cara/
ctere: habebant spm̃ scm̃ ꝑ impositõem manuũ
⁊ ideo nõ erant rebaptizandi. Scotus aũt i. 2.
di. sui quarti. q. vnica inquit ꝙ dupliciter põt i
telligi baptismus ioãnis. Vno modo i forma
bãptismi christi: quam potuit didicisse a disci/
pulis christi vel ab alijs audientibus eos bap/
tizare. Et tũc non dicitur ꝓprie baptismus ioã
nis sicut non dicit̃ baptismus Petri vel pauli
Et planũ est ꝙ tales sic baptizati non erant ba
ptizãdi. Alio modo potest itelligi baptism⁹ ioã
nis non in forma baptismi christi: sed in aliqua
alia forma ꝓpriĕ. s. in noĩe venturi: vt dicit̃ act.
19. vel absqꝫ aliqua forma. Et sic de baptizato
satis videt̃ necessarium ꝙ erat baptizand⁹ ba/
ptismo christi: tum ꝓpter preceptum generale
obligãs omnes quod non implebant sic bapti
zati a ioãne: tum qꝛ medicina preparatiua susce
pta: cõgruum est recipere medicinã curatiuam
Baptismus autem ioannis vt dixi paulo supe
rius erat sicut dispositio ⁊ medicina preparati/
ua ad baptismuz christi. Ideo nõ tenetur opi/
nio magistri a doctoribus in hoc passu: qꝛ non
videtur habere rationes conueniẽtes. Se/
cundo iudei magis opinabantur ꝙ ioannes es
set christ⁹ ꝙ̃ð dño nostro iesu christo ꝓpter do
ctrine claritatẽ. Adeo nãqꝫ doctrina eius erat
grata: vt magna populoꝝ freq̃ntia conueniret
ad ipsũ audiẽdũ. Vnde Math. 3. dicit̃. Exi/
bat ad eũ hierosolyma ⁊ oĩs iudea: ⁊ oĩs regio
circa iordanẽ. Et si dicat̃ ꝙ populi stulte facie
bant cũ non constabat eis de auctoritate ioãnis
qui ẽt nulla miracula faciebat: vt dicitur ioh. i.
Dicitur ꝙ fama miraculose conceptionis ioã/
nis de sterili ⁊ sene: ⁊ ãnunciatio eius facta pa
tri in loco: ⁊ festo solẽni: ⁊ ablato vsus lingue ⁊
eius restitutio nota plebi: ⁊ preclara vita paren
tum: ⁊ eius ab ifantia permansio in desertis: ⁊
sanctitatis: ⁊ stupẽda efficacia spũs in loquẽdo
dabat aptissimũ testimoniũ ioãni ꝙ eẽt vox illa
clamãtis in deserto: de qua dicit Esaias: iõ exi
tus populoꝝ nõ erat temeritas: sed potius mo
tio spũs dei: ⁊ rõis ⁊ voluntatis eoꝝ sibi cõsen
tientis. Tertio iudei de ioãne opinabantur
ꝙ eẽt xp̃s ꝓpter vite austeritatem vel singula
ritatẽ. Nam christus serebat vestes cõmunes
ioãnes aũt de pilis cameloꝝ cõfectas. Christ⁹
panem ⁊ vinũ comedebat cum peccatorib⁹: io
annes autem habebat durissimuz victuz ⁊ eui
tabat cõsortia pctõꝝ. Christ⁹ de fabro ꝓgenit⁹
esse credebatur: ioannes ꝟo a sũmo sacerdote.
Verũtamen non excusantur iudei quibus iste
de quo tãtam opinionem habebat christuz eis
ostendit: vt patebit in sequentibus. Ex hoc vt
prediximus in sequenti fructu conuincuntur il
li qui homines ex exterioribus iudicare volũt.

Quod destinatis ad ioãnem ipse ad tria ve
raciter respondit. Cap. 2.

Ecunda cõclusio dicitur iterrogatõis
S Nam hi q fuerunt ad ioãnem destina
ti: ipsum sagaciter ⁊ studiose iterroga
uerunt proponẽtes sibi simpliciter tria ad que
ipse veraciter voluit respondere.
Primũ qs es tu. Secũduz Helias es tu.
Tertium propheta es tu.

De primo dicit textus. Et cõfessus ẽ ⁊ nõ
negauit. Et cõfessus ẽ qꝛ non sũ ego christus.
Vbi rñdet f'm Criso. itentõi eoꝝ: qꝛ ad hoc q̃
rebãt. Tu qs es: vt rñderet eis si eẽt christ⁹ vel
nõ. Dicit Criso. Sic fide dignũ existimauerũt
eẽ ioãnẽ vt ei de seipso dicenti crederẽt. Ad
secũdum sibi propositum dicit. Nõ sum. Qð
contrariari videt̃ sententie saluatoris: qui dixit
Math. xi. de ioãne baptista. Ipse est Helias
⁊ ad hoc secundum Origenem dixerunt qui
dam ꝙ ioannes erat Helias: tamen ignora
bat se esse Heliam. Et hoc nimirum tenent
qui asserunt uerate incorporationis vnionem
tãꝙ anima multa posset induere corpora. Vn
de iudei per leuitas: ⁊ sacerdotes querũt an eẽt
Helias: arbitrantes Helie aĩmam in ioanne
esse. Qui dixit. Non sum: nesciens priore/
uam vitam propriam. Sꝫ hũc errorẽ iteremit

Origenes dicens. Qualiter aut̄ videt̄ rōnabi
le si tanq̄ꝫ ꝓpheta a spū illuminatus: ⁊ de deo
vnigenito tanta narrauit ignorasse de seipo an
vnq̄ꝫ ei⁹ anima fuerit in Helia. Ideo Greg.
in omel. hūc passū declarat dicens. Ex his ver
bis q̄stio nobis valde implexa generat̄. Alio
q̄ppe loco inq̄situs a discipulis dn̄s de Helie
aduentu: respondit Helias venit: ⁊ nō cogno
uerūt eū. Sed si vultis scire Joānes ipse ē he-
lias. Req̄situs aūt Joānes dixit. Non sū He
lias. Quid est hoc fratres charissimi: q꜡ qđ ꝟi
tas affirmat hoc ꝓpheta ꝟitatis negat. Valde
enim inter se diuersa sūt. Ipse est: ⁊ non ego.
Quomodo ergo ꝓpheta ꝟitatis est: si eiusdeꝫ
ꝟitatis sermonibus concors non est. Sed si
subtiliter ꝟitas ipsa req̄rat̄: hoc quod inter se
cōtrarium sonuit: q̄uo contrariū non sit inueīt̄
ad Zachariam nanq̄ꝫ angelus de ioanne dixit.
Ipse p̄cedet ante illū in spū ⁊ ꝟtute Helie: q꜡
sicut Helias scd̄m dn̄i aduentū preueniet: ita
Joānes preuenit primū. Nam sicut ille p̄cur
sor venturus ē redemptoris. Joānes ergo in
spiritu helias erat: in ꝑsona helias non erat.
Qđ ergo christus fatetur de spiritu: hoc Joā-
nes denegat de ꝑsona. Quia ⁊ iustum erat vt
discipulis dn̄s spūalem de Joāne sniam dice
ret. Et Joānes idem turbis carnalibus non
de suo spū sed de corpore responderet. hec ille.

Ad tertiam interrogatōem respondit Joan
nes se non esse ꝓphetam. Qđ si alicui dubiuꝫ
hec respōsio faceret: cum dn̄s eū ꝓphetā dicat
⁊ pl⁹ q̄ꝫ ꝓphetam: nos respōdere possumus q꜡
hic propheta tripliciter potest capi: vꝫ.

Primo modo generaliter.
Secūdo modo specialiter.
Tertio mō singulariter.

Primo mō accipitur generaliter ꝓ quolibꝫ
ꝓpheta: ⁊ sic Joānes nō erat ꝓpheta. Et Au
gu. ait. Joānes maior erat q̄ꝫ ꝓpheta: q꜡ queꝫ
ꝓphete longe ante prenūciauerūt Joānes pre
sentem demōstrabat. Scđo mō accipit̄ ꝓphe
ta spāliter: ⁊ sic f̄m Nico. de lira. famosa erat
opinio tūc temporis apud antiq̄s iudeos: q꜡ an̄
xp̄m veniret vnus magn⁹ ꝓpheta eo q꜡ scriptū
ē Deut. 18. c. Prophetam suscitabo eis đ me
dio fratꝝ suoꝝ. Que q̄dem auctoritas f̄m ꝟi
tatem itelligenda ē ad l̄ram de xp̄o: licet iudei i
telligerent eā de alio ꝓpheta. Et iō iterrogaue
rūt eū: si esset ille ꝓpheta. Et respōdit nō. Nō
enim negauit se esse ꝓphetaꝫ absolute. s. ꝓphe
tam missū ante xp̄ꝫ: q꜡ negasset ꝟitatem. Sed
negauit seip̄ꝫ esse ꝓphetaꝫ de quo loquit̄ scrip
tura preallegata: q̄ ad litteram intelligēda erat
de xp̄o: vt dcm̄ est. Tertio mō accipit̄ ꝓphe
ta singulariter. Et sic f̄m glo. accipit̄ ꝓ Heli
seo: in quo requieuit duplex spūs ꝓphetarum. 4
Reg. 2. c. Jō Joānes dixit. Nō sū. s. Helise
us. Mira certe hūilitas Joānis aiam posside
bat: q in tanta estimatione sui noluit iactāter di
cere quod nō erat. Potuisset respōdere se esse
xp̄m vel prophetam ⁊ noluit. Recusauit sibi
vsurpare honoreꝫ alienū: ⁊ ꝟitatem rei peten
tibus manifestauit. Sed veh mūdo a scādalis
ꝓ tali honore: ⁊ quotiēs ꝟitas offuscat̄. Quot
mendacia ꝓferunt̄: quot flagitia ꝑpetrantur.
Certe vix illa explicare possumus. Nō sic faci
ebat Joānes: q nobis sue hūilitatis prebē vo
luit exemplum. Et hec sufficiant pro secunda
conclusione.

Quod ioānes sua predicatiōe christum ma
gnificauit. Capitulum. 3.

Ertia conclusio dicit̄ magnificationis.
Magnificauit eni Joānes xp̄m illuꝫ
predicādo: declarās his qui interroga
bant euꝫ specialiter de tribus.

Primo de maiestate.
Secundo de proprietate.
Tertio de sublimitate.

Primo de maiestate magnificauit xp̄ꝫ: q꜡
illis petētibus quis es vt responsum dem⁹ his
q miserunt nos: qd dicis de teipso: respondit.
Ego vox clamātis in deserto dirigite viā dn̄i.
Vbi xp̄ꝫ dn̄ꝫ predicat: f̄m q꜡ Esa. 40. predixe
rat. Joānes eni demōstrat se clamare in deser
to iudee: vt oēs se p̄parent i aduentu xp̄i i mū
duꝫ. Et bene designatur Joānes i proprieta
te vocis: q꜡ erat ānūciator ꝟbi dn̄i: hoc ē xp̄i q
est ꝟbuꝫ patris. Vn̄ Greg. in omel. ait. Sci
tis aūt q꜡ vnigenitus filius ꝟbuꝫ patris voca
tur. Joāne attestāte qui ait. In principio erat
ꝟbum ⁊c̄. Et subdit. Et ipsa aūt nr̄a locutiōe
cognoscimus: quia prius vox sonat vt ꝟbum
possit audiri. Joānes ergo voceꝫ se esse asserit
q꜡ ꝟbum p̄cedit: aduentuꝫ itaq̄ꝫ dn̄icuꝫ precur
rēs vox dicit̄: q꜡ per eius mysteriū patris ver
buꝫ ab hominibus auditur. Theophilus autē
dicit q꜡ Joānes vox ē: q꜡ ꝟitateꝫ manifeste an
nūciat. Oēs. n. qui i lege erāt obscure loquebā
tur. Sed posset queri quare ioānes appellat se
vocē. Respōdet̄ triplici rōe. Prima rō est: q꜡
ꝟbum est in corde: sed manifestat̄ ꝑ vocem di
centis: ⁊ ponit̄ in corde audiētis: ⁊ sic nihilomi
nus ꝟbuꝫ

nū ꝗ verbū adhuc remanet in corde dicentis et
audientis: ⁊ vox transit. Sic etiā xp̄s q est ver
bū in corde patris ad nos venit: ⁊ Joh. ipsum
manifestauit. Sic xp̄s ⁊ remanet in corde pa/
tris per eternā generationē: ⁊ in cordibꝰ nostris
per fidē: ⁊ Joānes transiuit ꝑ mortē. Johā. 3.
Me oportet minui illū autē crescere. Secūda
ratio est: qꝛ sicut verbuꝫ est prius q̄ꝫ vox: ⁊ non
vox preit verbū: sic xp̄s fuit ante Joh. Et ideo
ipse dixit Jo. i. Prior me erat. Et nō Joānes
p̄cessit xp̄m. Luc. i. Ipse precedet ante illuꝫ in
spiritu ⁊c̄. Tertia ratio est qꝛ sicut vox est cōiun
cta verbo: nec tamē est verbū: sic Joānes mul/
ta sanctitate cōiunctus fuit xp̄o nec t̄n fuit xp̄s.
Nā xp̄s fuit sponsus Joānes v̄o amicus spō
si. Secūdo magnificauit xp̄m de prioritate.
Nā sequit̄ euāgeliū. Et qui missi fuerant erant
ex phariseis: interrogauerūt eū: ⁊ dixerunt ei.
Quid ergo baptizas si tu nō es xp̄s: neqꝫ He
lias: neqꝫ ꝓpheta. Respondit eis dicēs. Ego
baptizo in aqua: medius autē vestrū stetit quem
vos nescitis. Quod sic intelligit̄ ſm Greg. qꝛ
per carnē dominus apparens ⁊ visibilis extitit
corpore ⁊ inuisibilis maiestate. Vel ſm Cri/
so. quoniā decens erat xp̄m cōmixtū esse popu
lo vt vnū multoꝝ se vbiqꝫ humilē esse decentē.
Vel ſm Theophilū. Medius erat phariseorū
dn̄s: sed ignorabāt eū: qꝛ ipsi scripturas se sci/
re putabant. Et inquantū in illis ꝓnunciabat̄:
dn̄s medius eoꝝ erat. s. in cordibus eoꝝ. Sed
nesciebant eū: eo ꝙ scripturas nō intelligebant
Ipse est qui post me venit: q ante me factus est
Sed quomodo veꝝ est hoc dictū: cū xp̄s secun
duꝫ diuinitatē sit genitus ⁊ nō factus. Secūdū
humanitatē vero post cōceptū p̄cursoris in vte/
ro virginis sit incarnatus: vt patet Luc. i. Ad
quod respondet Grego. in omel. dicens. Sic
nāqꝫ dicit̄ ante me factus ac si dicat̄ antepositꝰ
est mihi. Post me ergo venit: qꝛ postmodū na
tus. Ante me factus est: qꝛ mihi prelatꝰ. Ter
tio magnificauit xp̄ꝫ de sublimitate: cum dixit.
Cuius nō sum dignus vt soluā corrigiā calcia/
mentoꝝ eius. Circa qđ dubiuꝫ occurrit si xp̄s
calciamenta portauit. Et ſm hanc sententiā vi/
detur ꝙ sic. Tamē ex altera habet̄ Luc. x. c. ꝙ
xp̄s apostolis suis calciamenta portare ihibuit
Et ipse fecit qđ docuit Act. primo. Et Hiero.
ad Eusto. inquit. Discipuli absqꝫ calciamento/
ruꝫ onere: ⁊ vinculis pelliū ad p̄dicationē noui
euangeli destinant̄: ⁊ milites vestimentis iesu
sorte diuisis caligas nō inuenerunt quas tolle/
rent. Ideo ſm Nico. de lira dicendū ē: ꝙ Joā
nes metaphorice locutus ē: dicens se nō esse di
gnuꝫ exhibere christo etiā minimū seruitium:
sicut solent homines aliquādo loqui ad ostendē
dum suā paruitatem: vl̄ alicuius alterius excel
lentiam. Vel ſm Grego. dicere possumus ꝙ
per corrigiā calciamenti incarnationis myste/
riuꝫ intelligit̄. Ait enim. Incarnatus dn̄s ve/
niens quasi calciatus apparuit: qui in diuinita/
te sua morticina nostre corruptionis assumpsit.
Corrigia ergo calciamenti est ligatura mysterij
Joānes ergo soluere corrigiā calciamenti eius
nō valet: quia incarnationis mysteriuꝫ nec ipse
inuestigare sufficit. Ac si patenter dicat. Quid
miruꝫ si mihi ille prelatus est queꝫ post me qui
dem natuꝫ considero: sed natiuitatis eius my/
steriuꝫ non cōprehendo. Hec Grego. Quis
itaqꝫ iudeos pertinacissimos: ⁊ formidolosos
nō iudicet: quia postq̄ꝫ Joannis testimonium
audierunt: christū querere neglexerunt: imo ip
sum inuentū suscipere noluerunt. Sed nō mi/
nus imo multo magis iniqui existimandi sunt
falsi christiani qui christū expellunt de cordibus
suis. Audiunt prophetas: patriarchas: aposto/
los: martyres: confessores: virgines: doctores
⁊ predicatores clamantes xp̄m esse saluatorem
mundi: ⁊ eū fugiunt: ⁊ malis operibus ipsum
persequunt̄. O quot scelera: quot impietates:
quot facinora mala falsi christiani cōmittūt: rur
sum crucifigentes filium dei: vt dicit apostolꝰ.
aperiamus ergo corda nostra: mundemus illa
ab omni inquinamento: ⁊ suscipiamus domi/
num iesum christū qui seipsum tā benigne no/
bis cōmunicare voluit apparens in medio ho/
minū: vt omnes eū cognoscerent: atqꝫ ab ipso
quererent munus eterne salutis: qđ nobis cō/
cedat ipse qui est benedictus in secula se. amē.

Feria secunda post tertiā dominicā de aduē
tu. Sermo de satisfactione per christū facta.

Fructus. 16. Jesus satisfactor.

m Edius autem

vestrum ⁊c̄. vbi. s̄. Propter
grauitatem peccatorū humani
generis suscepit christus inno
cens carnē: eterno patri cū sua
penitentia pro omnibꝰ assumpta plene satisfa/
cturus. Nō enim pro seipso christus venit i mū
dum: ⁊ passus est sudores: labores: obprobria:
vulnera: ⁊ durā mortē: sed vt paternā iusticiaꝫ
cōtra hominum peccata ex cōdecenti placeret.

Nam ita cõtra peccata mortalia indignať deus
vt nullus posset per se sufficere nõ solũ pro pec
cato primoꝝ parentũ: sed pro quocunqꝫ peccato
proprio ipsius furorẽ mitigare. Cuȝ itaqꝫ fru/
ctuȝ tam vberrimũ omnes gustamꝰ. s. ꝙ iram
dei vincere possumꝰ ex beneficio incarnati iesu
Idcirco in presenti ſmone de satisfactione per
xp̃m facta dicturi sumus sub vno fructu qui est.
Jesus est satisfactor. In quo cõtemplabimur
xp̃m satisfactorẽ. Pro cuius declaratione tres
cõclusiones erunt notãde.
Prima diciť cõgruitatis.
Secũda diciť possibilitatis.
Tertia diciť copiositatis.

Quod humanũ genus reparari per satisfa/
ctioneȝ cõgruũ fuit. Capitulũ. primũ.

Prima cõclusio diciť cõgruitatis. In
qua videndũ est ꝙ magis cõgruũ fuit
humanũ genus reparari ꝑ satisfactio
neȝ ꝗ̃ per aliũ modũ. Et hoc ſm dominũ Bo
na. i. 3. di. 20. ar. 1. q. 2. maxime ꝑꝑ tres rõnes
Primo ratione diuine iusticie.
Secũdo ratione diuine sapientie.
Tertio ratione diuine honorificentie.

Primo ratiõe diuine iusticie: qꝛ illa via ma
gis cõueniens fuit ad reparationẽ humani ge/
neris: in qua seruať ordo diuine iusticie. Ma/
gis autẽ seruať ordo diuine iusticie cũ malũ pu/
nitur: ꝗ̃ cũ malũ relinquitur impunitũ. Sȝ cũ
peccator reparať per satisfactionẽ: malũ puniť:
cuȝ sine satisfactione: malũ relinquitur ipunitũ
Ergo magis seruať ordo diuine iusticie in re/
paratione ꝑ satisfactionem ꝗ̃ sine satisfactione.
Hanc rationẽ tangit Anselmus in li. cur deꝰ
homo vbi ait. Si peccatũ impunitũ dimittitur
similiter se hȝ deus peccanti ꝛ nõ peccãti. Se
cundo magis cõgruũ fuit reparationẽ p̃dictam
esse per satisfactionẽ rõne diuine sapientie. Nã
illa via magis cõgruit reparationi humani ge/
neris: in qua magis seruať ordo diuine sapien/
tie. Sed sic est ſm Aug. ꝙ ordinatio peccantiũ
in supplicijs: siue peccati in pena manifestat de
corẽ diuine sapientie que nõ patiť vniuersuȝ ex
aliqua sui parte deturpari. Sed cũ peccator re/
leuatur ꝑ satisfactionẽ pena sequiť ad culpã: cuȝ
vero sine satisfactione: culpa nõ ordinať ꝑ penã
Ergo reparatio humani generis potius cõue/
nit diuine sapientie ꝑ satisfactionẽ ꝗ̃ sine satisfa
ctione. Tertio rõne diuine honorificentie ma
gis cõgruũ fuit ꝛc̃. Nã illa via magis ꝯuenit re
parationi humani generis in qua magis seruať
honorificentia diuine maiestatis. Sȝ peccator
cũ peccat ꝑ p̃uaricationẽ deũ inhonorat. Si er
go peccatũ dimittiť sine satisfactione: peccatũ re
linquiť absqꝫ honoris ablati recõpensatione: cũ
aũt satisfactio reddiť honor recũpensať. Ergo ĩ
mõ reparãdi honorẽ ꝑ satisfactionẽ magis ſua
tur honorificentia diuine maiestatis ꝗ̃ ꝑ aliuȝ
modũ. Sȝ instare possumus multipliciter. Et
primo sic. Magis decet deuȝ facere qđ magis
facit ad ostensionẽ sue benignitatis ꝛ misericor
die. Sed dimittere peccata omnia absqꝫ aliqua
satisfactione pene: est maioris misericordie: ꝗ̃
exigere ab illis penã. Sed deus est misericor/
dissimus ꝛ benignissimꝰ: adeo vt benignior co
gitari nõ possit. Ergo videť ꝙ modus ille repa
randi q est absqꝫ satisfactione magis sibi ꝯuenit

Secũdo possumꝰ instare: ꝙ ille modꝰ magis
cõuenit reparationi humani generis: q magis
est ostensiuus diuine sufficiẽtie. Sȝ si sic deus
humanũ genus repararet ꝙ nullã satisfactionẽ
requireret: magis sufficiens appareret. Osten
dereť. n. tunc ꝙ emẽdaꝝ nostraꝝ ꝛ bonoꝝ no/
stroꝝ nõ indiget. Ergo modus reparãdi absqꝫ
satisfactione magis eẽt cõueniens. Tertio pos
sumus obijcere ꝙ ille modus magis conuenit
reparationi humane nature q magis est osten/
siuus diuine potentie potentie: ꝓ eo ꝙ repara/
tio est q̃dã recreatio. Sȝ si deus absqꝫ omni sa
tisfactione reparasset genus humanũ solo vbo
sicut fabricauit mundum: maior ibi esset diuine
virtutis ostensio: ergo ꝛc̃. Quarto possumꝰ
arguere: ꝙ ille modus magis cõuenit repara/
tioni humani generis: in quo hõ magis astrin/
gitur ad laudandũ ꝛ amandũ deũ. Sȝ si deꝰ cul
paȝ habentẽ reliquisset absqꝫ omni satisfactione
pene: esset magis laudandus ꝛ amãdus ab ho
mine: qꝛ ab ipso plura percepisset: ergo ꝛc̃.

Quinto possumus arguere: qꝛ ille modꝰ ma/
gis cõuenit reparationi humani generis: ĩ quo
magis eruditur hõ ad executionẽ diuini man/
dati: ꝛ imitationẽ dei. Sȝ hõ dȝ remittere ꝛ cõ/
donare alijs culpã ꝛ penaȝ: ergo si deꝰ homini
debuit dare exẽplũ ꝑfectionis: videť ꝙ magis
decuit reparare genus humanuȝ totũ relaxãdo
ꝗ̃ satisfactionẽ aliquã exigendo. Respondetur
ad obiecta ſm dñm Boñ. vbi. s̃. Ad p̃mũ
ꝙ vniuerse vie dñi misericordia ꝛ vitas. Cuȝ
igiť ipse sit summe iustus ꝛ misericors: ideo in
reparatione generis humani: q̃ est excellentissi
ma viaꝝ dei: cõgruũ est vt simul currat miseri/
cordia cũ iusticia. Et ideo decens fuit vt deꝰ ab
homine

homine satisfactionē exigeret, p iniuria sibi facta. Et si hō nō posset: tunc misericordia diuina subueniret dādo ei mediatorē q pro eo satisfaceret. Ad secūdū dicēdū: q sicut deus exigit a nobis mādatorꝫ suorꝫ obseruātiā: non pp suā indigētiā: sꝫ pp ordinationē nr̄aꝫ: q2 debemus ei tāq̄ꝫ dño obedire: sic ꝛ p peccato exigit emēdā: nō ppter hoc q indigeat: sꝫ vt reducat nos ad ordinationē debitā. Ad tertiū dicim⁹ q si i omni ope dei ondat diuina potētia: i ope tn̄ repatōis magis manifestatur benignitas ꝛ misericordia: ꝛ p cōseques ipsa iusticia cū misericordia annexa: sic i deo ē: vt cū posset vno verbo gen⁹ humanū reparare: maluit tn̄ reparare cū difficultate ꝛ penalitate: q2 magis opportunuꝫ erat ibi misericordiā ondere q̄ꝫ potentiam. Ad quartū dicit q plus nos stringit ad honorē ꝛ laudē dei h̄ q dedit vnigenitū filiū suuꝫ q̄ꝫ si nō dedisset. Ad qntū dicim⁹ q si debeam⁹ xp̄m imitari i aliqb⁹: nō tn̄ necessariū ē ipsum imitari i oib⁹: ad deū spectat q̄rere vindictā: fm q dicit ad Ro. 12. Mihi vindictā ꝛ ego retribuā. Et tamē nobis vindicta phibita est. Vn̄ doctores omnes cōcludūt q nullo modo iusticia dei potuisset efficacius mitigari q̄ꝫ per viam satisfactionis. Et sic patet prima cōclusio.

Quod nulla creatura preter xp̄m potuisset pro homine satisfacere.

Capitulum. .2.

Secūda conclusio dicit possibilitatis. In qua cōsiderare lꝫ possibilitatē satisfactionis fiende p peccato tripliciter.

Primo ex parte angeli.
Secūdo ex parte hominis.
Tertio ex parte xp̄i.

Primo ex parte angeli. Alexāder in tertio dicit q nullus angel⁹ nec oēs simul potuerunt hāc satisfactionē reddere. Sꝫ cōtra h̄ possum⁹ arguere: q2 hō q cecidit p aliū ipellentē: dꝫ releuari p illū eūdē. Sꝫ hō p angelū cecidit. Ergo p angelū debuit fieri satisfactio. Ad h̄ dicit alexander vbi supra: q satisfactio p angelū nō est cōueniens neq̄ꝫ possibilis multiplici ratione. Primo rōne diuine iusticie. 2° rōne sequele peccati. 3° rōne diuine iusticie. Prio rōne diuine iusticie q̄ reqrit vt q peccauit satisfaciat. Sꝫ hō peccauit: ergo hō dꝫ satisfacere. Secūdo rōne sequele peccati. Nā reatus peccati originalis obligat totā hūanaꝫ naturā: ꝛ oēs illi⁹ generis seu nature ad dānationē eternā: sꝫ nullus angelus pōt se equare toti humane nature. Et sicut dicit anselm⁹. Illud p qd dꝫ fieri satisfactio dꝫ esse maius q̄ꝫ cōmissum. Oportet aūt q ille q habet satisfacere de peccato originali sit tātus q possit equari toti humane nature: ꝛ q etiā plus valeat. Tertio rōne restitutōis. Nā si hō reparet: oportet q restituat ad dignitatē illā quaꝫ habiturus erat ante peccatū. Hō aūt si repararetur p angelū: nō posset restitui ad illā dignitateꝫ patet: qm̄ si nō peccasset esset equalis angelis dei in celis. Et idē nobis pmittit post reparationē ꝛ resurrectionē Luc. 20. ꝛ Math. 22. Erūt sicut angeli dei i celo. Si aūt repararet p angelū: angel⁹ p cōsequēs eēt hois dñs: q2 vt dicit anselm⁹: q̄cūq̄ꝫ alia psona hoiem a morte redimeret: ei⁹ huus idē hō recte iudicaret. Ad argumētū rñdet: q idē ordo seruatus est in lapsu ꝛ in reparatione humani generis: q2 sic ibi fuerat cōsensus mulieris: malo angelo eidē suggerente: ita cā reparationis hominis fuit cōsensus mulieris: bono angelo eidē nunciāte. Secundo licet cōsiderare huius satisfactōis possibilitateꝫ respectu hominis. Sicut enim angeli nō potuerunt satisfacere de peccato: ita ꝛ homines siue aliqua alia creatura. Et si dicatur q augustinus dicit q iusticia diuina nō plus exigit in pena q̄ꝫ cōmissum fuit in culpa. Si ergo cōmissa ē culpa a pura creatura: ergo pura creatura debuit satisfacere. Respondet alexāder in tertio: q quantitas peccati ade debet attendi penes tria: videlicet.

Quantū ad peccantem.
Quantū ad inordinationē peccati.
Quantū ad illū in quem peccatur.

Et qd quātitas talis peccati debeat sic cōsiderari patet: quoniaꝫ si quis offenderet regem et militē: plus offenderet offendendo regē q̄ꝫ militem. Ita diuina iusticia attendit quātitatē peccati Ade. Cuius peccatū lꝫ ratione peccātis fuerit solius creature: tn̄ peccauit i bonū ifinitū. s. in deū. Insup deordinauit ꝛ reā fecit totaꝫ humanā naturā: ergo fm istos duos respect⁹ est Ade petm̄ ifinitū: ꝛ trāscēdēs oēꝫ hūanaꝫ creaturā. Scdo dꝫ cōsiderari i pena quātū cōmissuꝫ est i culpa: culpa aūt fuit ifinita: ꝛ petm̄ pp deū offensuꝫ: ex quo pꝫ q dꝫ exigere penā ifinitā in petō Ade: aut si admittat satisfactōeꝫ: dꝫ fieri satisfactio a tali psona: i qua sit ifinitū bonū: ꝛ a q̄ sit ordinatio toti⁹ humane nature. sꝫ nulla pura creatura ē talis. Ergo ppter hoc de iusticia nō fuit: vt p purā creaturā fieret satisfactō. 3° lꝫ cōsiderare possibilitatē hui⁹ satisfactōis ex pte xp̄i

Nam cum ſatiſſactio fieri nõ poſſet ꝑ aliquam creaturã: vt dcm̃ ẽ: cõueniens eſt vt ſatiſſaciat xp̃s deus ⁊ hõ: qꝛ vt ait Anſelmus: ſic ſatiſſac deus ꝗ põt: hõ ꝗ dꝫ: vt mẽs humana qbuſlibet curioſis iqſitionibus dimiſſis: ſatiſſactori xp̃o grãs agat: ⁊ ĩfirmitatẽ ꝓpriam cognoſcens ad ipſum medicum humiliter currat.

Quod chriſti ſatiſſactio quãtum ad culpas penas ⁊ anguſtias fuit copioſa. Caplm̃. 3.

Ertia ↄcluſio dicit̃ copioſitatis. Si. n. cõſideremꝰ ſatiſſactõem ꝑ xp̃m factã inueniemꝰ eã copioſã ⁊ abũdãtem valde ſm̃ illud p̃s. 129. Copioſa apud eũ redemptio. Ad qδ plene itelligendũ itueri lꝫ: ꝙ huiꝰ ſatiſ/factio ſingulariter ſe extendit ad tria: videlicet.

Primo ad culpas.
Secundo ad penas.
Tertio ad anguſtias.

Primo iquam xp̃s ſatiſſecit pro noſtris cul pis ſufficientiſſime pro qbuſ inimici dei eramꝰ ꝓpter primoꝝ pentum pctm̃: ⁊ quotidie di inimicitiaꝫ icurrimus propter debita propria. vñ Aug. 2. li. de ciui. dei. 3. c. ait. Dicũtur i ſcrip/turis inimici dei qui nõ natura ſed vitijs eius aduerſant̃ impio: nihil ei nocere valẽtes: ſꝫ ſibi Cũ itaqꝫ nulloꝝ hoium vires ſufficiãt ad ami/citiã recõciliandã ⁊ abolendã: xp̃s benedictus meritũ ſuũ ⁊ paſſiõis ſue ſanctiſſime eterno pa/tri obtulit: cuius virtute vniuerſalis pax dei ⁊ hoium eſt conſecuta. Et cũ quiſqꝫ poſt facinora ⁊ cõmiſſa vere penitens ad deũ redire voluerit nõ poteſt ipſe magnus deus ⁊ excelſus dicere Offendiſti me ĩfinitũ bonũ: culpa tua infinita: nõ ſufficit pnia tua: vt meã obtineas amicitiaꝫ Quinimo obligatus eſt benigne ⁊ gratioſe re deũtẽ pctõrem ad amorẽ ſuũ ducere ⁊ amplecti. Et iõ pctõr põt dicere. Et ſi merita mea ſint ĩſufficientia: vt te deuꝫ meũ quẽ iniq̃ offendi ⁊ turpiter dereliq pacificũ videã: nõ ẽ tamẽ ĩſufficiens meritũ dilecti filij tui: ꝗ pro me tibi ⁊ pro oibus pctõribus pleniſſime ſatiſſecit. Securuſ ergo ad te clamore regro vt mihi idulgeas: vt ignoſcas: vt veniã p̃beas. Multa ſunt flagitia mea: de qbus me dolenter accuſo. Et qꝛ dolor meus nõ ſufficit illoꝝ maculam delere: ſuſcipe dolorẽ filij tui: ꝗ pro me paſſus ẽ: pro me ſan/guinẽ fudit: pro me mori dignatus ẽ. O incogitabilis virtus vbi icarnati. o mira ſuauitaſ aie penitentis. Nulla ẽ tã grãdis culpa pro q̃ xp̃s nõ ſatiſfecerit. Iõ Apoc. 1. dicitur. Lauit nos a pctis noſtris in ſanguine ſuo. Et Augꝰ. ait. Fuſo ſanguine ſine culpa oĩum culpaꝝ ciro/grapha deleta ſũt. Dr̃ aũt cirographũ ſꝫ boñ. di. 19. tertij li. metaphorice a ciros qδ ẽ manus ⁊ graphoſ quod ẽ ſcriptura: quaſi ſcriptura manu fcã. Sicut. n. qñ aliqs obligat ſe alteri facit ei cirographũ: ita hoies peccantes obligant ſe vt diuina iuſticia habeat eos punire: diabolica malicia poſſit eos accuſare: cõſciaqꝫ propria re/mordere. Oia ergo cirographa ꝑ chriſtum deleta ſũt. Et ſi dicatur hoc nõ eẽ veꝝ: qꝛ multa ſunt pctã ꝑ que diabolus detinet hoies hic ⁊ in futuro ad luẽda ſupplicia: ergo vr̃ ꝙ nõ omẽs culpe ſint delete. Reſpondere poſſumꝰ ꝙ me/ritũ xp̃i poteſt dupliciter conſiderari.

Primo q̃ꝫtum ad ſufficientiam.
Secũdo quantum ad efficaciam.

Primo ſi cõſideremus meritũ xp̃i q̃ꝫtum ad ſufficientiam: ſic ſe extendit ad oẽs hoies: et ad oẽs culpas: qꝛ oẽs hoies merito xp̃i pñt ſaluari. Si aũt cõſideremus q̃ꝫtũ ad efficaciaꝫ: ſic ſe extendit tm̃ ad eos ꝗ faciũt quod debẽt: ⁊ qꝛ multi i hoc deficiũt: iõ nõ expiuntur effectũ meriti ieſu xp̃i. Qui tanto nequiores ſunt quanto pro eis xp̃s ſicut ⁊ pro alijs copioſiſſime ſatiſfecit. Secũdo xp̃s ſatiſſecit pro noſtra pẽa. vn/de. 1. Pe. 2. c. Peccata noſtra ipſe ꝑtulit i corpore ſuo ſup lignũ. Que vba expõnẽs magi/ſter ſniaꝝ ſup di. 19. tertij li. c. 4. ait. Portare pctã noſtra ẽ portare penã noſtroꝝ pctõꝝ. Et de hoc Eſa. 53. c. ait. Vere lãguores nr̃os ipſe tulit: ⁊ dolores noſtros ip̃e portauit. Naꝫ vt dicit Boñ. vtute paſſionis dimitt̃ nobis pena eterna ⁊ pena ſatiſfactoria: ſicut hꝫ fieri in ſacramẽto baptiſmi: ⁊ in relaxatõibus quas facit eccleſia ⁊c̃. Tertio ſatiſfecit xp̃s pro nr̃is anguſtijs vtute paſſionis ⁊ reſurrectõis: ſicut dicit Boñ. in. 3. di. 19. qñ ꝗ amici dei erunt: accipiẽt donũ ipaſſibilitatis: ⁊ erũt imunes ab omni amaritudine: quã guſtamꝰ in pñti vita. Nõ dormiant igitur mortales miſeri: ſed feſtinãter currant ad xp̃m. Ipſe nãqꝫ ẽ qui pctõres vẽit ſaluare. Ipſe pro eis ſanguinis proprij preciũ expoſuit. Ip̃e ad eoſ clamitat Math. xi. c. Venite ad me oẽs qui laboratis ⁊ onerati eſtis. venite. ſ. vos peccatrices aĩe aggrauate pondere pctõꝝ veſtroꝝ: ad me dilectoreꝫ veſtꝝ: ad me amatorẽ vr̃ꝫ. Et ego ex charitate mea ⁊ amore ĩtimo quo vos diligo reficiã vos: grãm reſtituendo: exonerãdo vos ab oi pena quã debere/tis pſoluere. O reprehenſibilis multoꝝ pigritia ꝗ proprie ſaluti cõſulere negligũt. Apta ẽ vena

clemẽtie

clementie christi iesu: et peccatores nõ curãt. Heu iquã: heu multa milia aiarum descendũt ad infernũ: que si vellẽt merito xp̃i possent saluari. Nihil deest ex parte ipsius: ipsarum tamen tarditas ẽ manifesta. Nolũt currere ad fontem aq̃ viue: qui vt prediximus plenissime pro omnibus satisfecit: offerens redeũtibus a peccõ in presenti grãm et in futuro gl'iam quaʒ nobis ille cõcedat qui ẽ benedictus in secula. Amen.

Feria tertia post tertiam dominicam de aduentu. Sermo de penalitatibus et defectib9 assumptis a christo.

Fructus. 17. Jesus defectus sustinens.

Medius autem

vestrũ stetit quem vos nescitis vbi supra. Omnes conditiones assumpte nature in dño iesu xp̃o predicãt suam ardentissimã charitatẽ. Admirãdũ profecto ẽ eũ suscepisse naturã nostrã cũ penalitatibus et angustiis: qbus propter peccã subiicit̃ hoium debilis vita: passus ẽ nãq; xp̃s famẽ sitim labores et erũnas: sicut et ceteri hoies. Quod nos considerãtes animi vires debemus restringere ad cogitanduʒ q̃ʒ vehemens fuit charitas filii dei. ob quod in p̃nti sermone de penalitatibus et defectibus assumptis a christo dicturi sumus: sub vno fructu: q ẽ. Jesus defectus sustinẽs. Pro cuius declaratõe tres cõclusiones nõnde erũt.
Prima dicitur qualitatis.
Secunda dicitur equitatis.
Tertia dicitur causalitatis.

Quod christus illos defectus assũpsit quos assumere debuit. Capitulum. I.

Prima conclusio dicitur q̃litatis in q̃ videre debem9 quales defectus sustinuit seu assũpsit. Ad qd̃ dicit magister sententiaꝝ di. 15. c. 1. et 3. tertii li. q illos defect9 assũpsit: quos illũ assumere decuit: et nobis expediẽs fuit. Quod declarat dñs Bon. i eadeʒ di. ar. i. q. i. et Alex. in. 3. sũ. d. q quidã sũt defectus ex culpa et ad culpam: sicut pronitas ad malũ et difficultas ad bonũ. Et tales nõ decuit xp̃m assumere: q2 fuit magister iusticie: eo segregatus a peccõ. Quidã v'o sũt defect9 ex culpa sed nõ ad culpã: quoꝝ qdã sũt ptiales: qdã v'o sũt generales. Gnãles vocãtur illi q respiciũt totam humanã nãm: sicut famescere: sitire: egere: et huiusmõi. Partiales v'o defectus sũt illi qui respiciũt aliquas psonas spãliter: sicut diuerse egritudinũ spẽs. Quũ ergo christus venerat naturã humanã redimere cõiter sine psonaruʒ distinctõe: iõ defectus vniuersales penales tm̃ habuit: et nõ vitiosos: et nõ defectus partiales. Generales defectus voluit assumere: q2 in assũptiõe defectuũ appet huiliatio. Sʒ sʒ Bern. descendit q̃ʒtum ascendere potuit. Si ergo maior ẽ humilitatio i assumptõe pluriũ defectuũ q̃ʒ paucoꝝ: videtur q assumere debuit oẽs defectus. Rñdet Bon. q ois humiliatio bõa et laudabilis ortum hʒ ex discretione rationis. Non eni dʒ procedere ex impetu: sed ex cã rationabili: et q2 de aliquibus defectibus rõabile nõ erat vt christus se per eorum assumptõem humiliaret: q2 potius ex illa humiliatõe se inutilem q̃ʒ vtilem reddidisset: sicut si fuisset cecus vel gibbosus: et huiusmõi. ideo tales defectus nullo modo voluit assumere.

Quod equuʒ fuit defectus penalitatis i christo reperiri. Cap. 2.

Secũda cõclusio dicitur equitatis. equũ eteni et rõabile fuit: supradictos defectus et penalitates in christo reperiri ppter tria.
Primo propter precium nostre salutis.
Secundo propter exemplum virtutis.
Tertio propter fulcimentum nr̃e fragilitatis.

Primo ppter preciũ nostre salutis: q2 proposuerat nos nõ corruptibilibus auro et argento redimere: sed precioso sanguine suo: vt dicit̃ i. Pet. i. c. et aiam suam ponere p animabus nostris. Ad hoc aũt nõ fuisset idoneus: nisi naturã deficientẽ et passibilem assumpsisset. Et si contra hoc obiicitur. Sicut sũme iusticie repugnat defectus culpe: sic sũme potẽtie repugnat defectus fragilitatis et ipotentie. Sed deum sũme iustum nõ decuit habere defectuʒ culpe nec in se nec in natura assumpta. Ergo pari rõne nec defectum penalitatis et ipotentie. Respondere possumus sm Boñ. q hec similitudo tenet si cõpetur infirmitas et culpa ad naturaʒ diuinã. In natura enim diuina sicut nulla põt esse iniusticia: sic nulla potest esse ipotẽtia. Si ãt compentur ad naturaʒ assumptã: sic non habʒ v'itatem: p eo q ipsa infirmitas põt esse materia exercende v'tutis. Virtus. n. infirmitatis exercetur potissime in perpessione terribilium eorum maxime que mortem inducunt. Culpa v'o et iniquitas omnino aduersantur iusticie: et vituperabile reddit magis laudabile: quãdo est coniuncta interiori v'tuti animi sm merita

ſtatum. Scđo fuit rõabile xp̃m p̄fatos de
fectus aſſumere,ꝑpter exemplum ꝟtutis: ſpāli
ter humilitatis ⁊ patientie: q̄bus mediantibus
ꝑuenitur ad celum: ⁊ in q̄bus xp̃s nos ip̃z vo/
luit imitari: vt dicitur. 93. di. c. domin⁹ noſter.
ieſus xp̃s. Tertio fuit cõueniens ,ꝑpter ful/
cimentum noſtre fragilitatiſ: vt. ſ. fragilitati no
ſtre ſuccurreret: manifeſtando nobis ꝟitatem
aſſumpte nature. Hanc ratione͂ tangit magi/
ſter ſniarum in littera. Sed cõtra ip̄am poſ/
ſumus arguere: q2 in reſurrectione glorioſa nõ
erũt huiuſmodi defectus: ergo ꝑ hos defectus
non ꝑbatur ꝟitas humane nature. Ad hoc re
ſpondet Alex. in tertio. q2 vt ſcribitur .i. Cor.
15. c. Seminatur corpus aiale ſurget corp⁹ ſpũ
ale: ⁊ prius eſt quod aiale: deinde quod ſpũale.
Ideo aliud ē oſtendere ꝟitatem corporis vt ē
ſpũale: aliud: vt ē aiale. Nam vt corpus ē aiale
īdiget alimēto vt ſpũale non. Silr̄ aliud ē oſtē
dere ꝟitatem anime: vt ē vnita corpori aīali
aliud vt ē vnita corpori ſpirituali.

Quod iſti defectus ex alia cauſa ſunt i nobis ⁊ ex alia in chriſto. Capitulū. 5.

Ertia concluſio dicitur cauſalitatis. nã
vt dicit magiſter ſniar̄ in. 3. di. 15. c. 3
ex alia cã ſunt iſti defectus ī nobiſ: ⁊ ex
alia in xp̃o. In nobis. n. ſunt ex neceſſitate cõ/
tracti: ſed in xp̃o ſũt ex voluntate aſſumpti. Ait
enim textus ſic. Ex ſola voluntate miſeratiõis
de noſtro in ſe tranſtulit ꝟam infirmitatem: ſi
cut accepit ꝟam carnem. Quod declarat dñs
Boñ. d. q̄ nos defectus a ꝑentib⁹ trahimus
,ꝑpter legē ,ꝑpagationis ⁊ legem cõcupiſcētie
que militat in iſtis mēbris. Nam paſſibilis ge
nerat paſſibilē: ⁊ habēs legem in mēbriſ gene
rat filium ſubiectũ cõcupiſcentie: ⁊ ex reatu illi⁹
cõcupiſcentie iſunt proli oēs penalitates. Et,ꝑ
pterea dicũtur oēs iſte penalitates i nobis con
tracte: quaſi ex cõcurſu duor̄ tracte. ſ. ,ꝑpaga/
toris nature: ⁊ corruptoris concupiſcentie. In
xp̃o aũt ſecus. Ipſe. n. neutro mõ fuit ,ꝑpaga/
tus: nec ſm̄ ,ꝑpagationem legis naturalis: nec
ſm̄ corruptõem libidinis: ſed ſpũs ſcũs adue/
niēs in ipſa ꝟgine ⁊ ipſam ſecũdans: carnem
eius ab oi feditate corruptõis purificauit: paſſi
bilem aũt reliquit. Ex illa aũt carne ipſe fili⁹ dei
edificauit ſibi corpus imaculatum: ⁊ illud cor
pus vniuit ⁊ ſibi ⁊ anime ratõali: que q̄dem i/
munitatem habuit a culpa: ⁊ in ſe ⁊ in carne cõ
iuncta. Et ſicut imunitatem habuit a reatu cul
pe: ſic ſm̄ ordinē diuine iuſticie imunitatē ha/
bēre debuiſſet a paſſibilitate miſerie: q̄ ergo in
carne illa remanſit penalitas: hoc fuit ex diſpen
ſatõe ipſius aſſumentis: concurrente ſimul ac/
ceptõe illi⁹ aie rõalis: que in primo iſtanti ſue
creationis habuit vſuz cognitõis: ⁊ placuit ſibi
tali corpori vniri ,ꝑpter ſalutē generis humani
Et ſic pz q̄ tales defectus in xp̃o fuerũt nõ ne
ceſſitate generatõis: ſed volũtate diſpenſatiõis
volũtate iquã diuina ꝑueniēte: ſed volũtate cre
ata comitãte. Dicim⁹ aũt fuiſſe a volũtate diui/
na nõ tanq̄z iſligente de nouo: ſed tanq̄z a relin
q̄nte in acceptatõe anime xp̃i: cũ in ei⁹ arbitrio
eēt ⁊ volũtate defectus illos ip̃m excludē. hec
Boñ. in. 3. di. 15. ar. 1. q. 3. Conſiderem⁹ er/
go nos q ſaluari cupimus qualr̄ aia ei⁹ benedi
cta ab iſtanti ſue creationis preuidit oēs labo/
res quos ipſe paſſurus erat in. 33. ãnis i huiuſ
vite ꝑegrinatione. Preuidit q̄ in p̄ſepio frigo
re ⁊ paupꝫtate cruciari debebat: q̄ in deſtis egy
pti cũ matre paupcula eēt ꝑegrinus futur⁹: q̄ i
terra aliena penuriaz ſuſtineret: q̄ in ieiunijs:
oratõibus: ⁊ vigiliis: ⁊ ſui corporis vulneribuſ
a iudeis illatis eēt fatigandus. Et tñ prompte
benigne ⁊ liberaliter dixit. Magis contentor
nãm humanã aſſumere cũ penalitatibus vt ſal
uetur mũdus: q̄z ſine penalitatibus vt dãnetur
mũdus. O pelagus amoris ieſu xp̃i. o fornax
ſuccenſa nimis illius aie benedicte. Quõ pote
rimus nos ꝟmiculi cõdignas ⁊ debitas grãs
ꝑſoluere tanto redēptori: qui nõ niſi ex amore
tã ſtupenda facere dignatus ē in aſſũpta carne
Amor fecit eũ lachrymari. Amor fecit eum pe
grinari. Amor fecit eũ vulnerari. Amor fecit
eũ verberari. Amor fecit eũ in cruce mori. O
aia inſignita imagine dei dilige xp̃m: dilige in
quã illũ qui ē tuus legitimus ſpõſus: quem vi
des amore tuo nũc vagientē in p̄ſepio: nũc fati
gatũ in itinere: nũc orantē in ſolitudine: nũc flē
tem in cruce: vt te ducat ad regnũ eterne btitu
dinis: i quo ipſe xp̃s regnat. Amen.

Feria quarta poſt tertiã dñicã de aduentu.
Sermo de moribus ieſu xp̃i: ⁊ qualiter aiam
ſuã benedictam cũ paſſionibus regulauit.
Fructus. 18. Ieſus rectus moribus.

Edius autem

⁊c̃. vbi ſupra. Qm̃ in precedē
ti fructu de defectibus a xp̃o aſ
ſumptis aliqua dixim⁹ i gene
rali: cõueniens ē vt in preſenti
ſermone

ſermone aliq̄d dicamꝰ in ſpāli de ipīs defectibꝰ
ſm ꝙ reſpiciunt aīam rōalem: qꝛ ipſe dei filius
⁊ v̄buꝫ caro factus tā ex ꝑte corporis q̄ꝫ ex ꝑte
aīe ordinatiſſimꝰ adeo fuit: vt nihil ſuꝑfluū aut
diminutū in aſſūptōe noſtre nāe valeat in ipſo
reꝑiri. Et qm̄ in aīa ē potētia iraſcibiliſ: iccirco
videbimꝰ quēadmōꝫ xp̄s q̄ꝫtū ad iſta tria aīaꝫ
ſuam benedictā cū paſſiōibꝰ regulauit. Erit āt
fructꝰ huiꝰ ſermōis. Jeſus rectꝰ moribꝰ. Pro
cuiꝰ declaratōe tres concluſiones ſūt notande.
Prima dicitur excluſionis.
Secūda dicitur contriſtationis.
Tertia dicitur conturbationis.

Quod chriſtus non habuit defectus igno-
rantie. Capitulum. I.

P Rima concluſio dicitur excluſionis.
Nā dn̄s noſter ieſus xp̄s q̄ꝫtū ad po-
tentiā rōalem voluit a ſe excludē defec
tum ignorātie: vt docet magiſter ſniaꝝ di. 15.
c. 2. tertii li. Et rō ē ſm Boñ. di. p̄dicta. ar. 2.
q. I. qꝛ nec xp̄m decebat: nec nobis expediebat
xp̄m nō decebat: qꝛ aīa eiꝰ debuit eē deiformis
ac ꝑ hoc repleta luce ſapiētie ⁊ rectitudine iuſti
cie. Ignorātia aūt priuatio ē ſcie: ⁊ pōt eſſe via
in errorē ⁊ obliquatōem a rectitudine iuſticie:
ac ꝑ hoc xp̄o nō cōpetebat. Nobis ēt nō expe-
diebat quos venerat redimere dirigere ⁊ doce
re. Qd̄ facere nō potuiſſet ſi habuiſſet defectū
ignorantie. Inde ē ꝙ Anſelmꝰ ait in li. cur de
us homo. Illa aſſumptio in vnitatē ꝑſone filii
dei nō niſi ſapienter a ſūma ſapientia fiet: ⁊ iō
nō aſſumet in hoīe ꝙ nullo mō ē vtile. Et iterū
idem. Qūo tot ⁊ tanta facēt oꝑa ſine imēſa ſa-
pientia. Et iteꝝ. Qūo illi crederēt hoīes: ſi il-
lū ſcirēt neſcientē. Si aūt neſciret ad quid erit
vtilis ei ignorantia. Sꝫ circa hoc cōtingit du-
bitare. primo qꝛ Jo. Dama. loq̄ns de v̄bo in
carnato ait. Qꝫ ſcire ꝙ ſeruilē ⁊ ignorantē na
turā xp̄s aſſūpſit. Secūdo: qꝛ Leo papa ī ſ
mone de ephia ait. Adorauerūt infantē ī nulla
ab alioꝝ generalitate diſcretū. Sꝫ gnāliter alii
īfantes ſūt ignorantes: ergo ⁊ chriſtus ī ſua in
fantia habuit ignorātiā. Tertio arguit̄: qꝛ ſcia
īflat. Sed chriſtꝰ ſūme ſe humiliauit: ⁊ defectuſ
noſtros aſſūpſit q̄ faciūt ad humilitatē: ergo de
buit habē defectū ſcie. Ad hoc r̄ndet̄ ⁊ primo
q̄ꝫtum ad primū ſm do. Bon. et Dama. non
attribuit ignorantiā ⁊ ſeruilitatē nāe aſſumpte
rōe iſtiꝰ ſingularis nāe q̄ fuit v̄bū copulatuꝫ in
vnitatem ꝑſone: ſed q̄ꝫtum ad alias nās conſi-
miles ī ſpē: quaſi diceret. Aſſumpſit nām no-
ſtrā que ē ignorās nō in chriſto: ſꝫ ī nobis. Ali
ud dcm̄ Leonis pape ē. Ad qd̄ reſpōdetur ꝙ
loq̄tur de chriſto de his que exteriꝰ apparebant.

Ad tertiū dicit̄ ꝙ dupliciter ē loqui de ſciētia
Aut, put ē abſq́ꝫ charitate. Aut, put ē charitati
coniuncta. Si loq̄mur de ipſa, put ē a charitate
diuiſa: ſic dicit apl's ꝙ inflat. Si aūt accipit̄, put
ē charitati cō iuncta: ſic nō ē via ad īflationem
ſed potius ad rectitudinem ⁊ edificationeꝫ. Et
hoc modo fuit in chriſto. De cuius ſcientia in
ſequentibus plenius loco ſuo dicemus. Nunc
autem quantum ad preſens propoſitum nobiſ
ſufficiat intelligere ꝙ chriſtuſ ignorantiam nul
lo modo ſecum habere voluit. Ex quo colligi-
mus q̄ꝫ grauiter errant qui ignorantiaꝫ ſtudēt
magnificare: quaſi in ea aliquid perfectionis in
ueniant. Quos quid aliud dixeriꝫ q̄ꝫ beſtiales
⁊ brutales. Nam vt ſcribitur. 38. di. c. ignorā
tia. Ignorantia eſt mater cunctorum errorum
Et de qua Aug. in li. de verbis apoſtoli dicit
Peſſime matris ignorantie: peſſime inde ma
tris filie due ſunt falſitas ⁊ dubietas. Illa mi
ſerior: iſta miſerabilior: illa pernicior: iſta mole
ſtior. Quare chriſtus in exemplum debet eſſe
omnibus vt ignorantiam fugiant.

Quod chriſtus habuit potentiam concupi
ſcibilem. Capitulum. 2.

S Ecūda concluſio dicitur contriſtatōis.
Voluit nāq́ꝫ deus quantum ad poten
tiam concupiſcibilem contriſtari. ſm il
lud Math. 26. Triſtis eſt anima mea vſq́ꝫ ad
mortē. Et iteꝝ ibidem: cepit contriſtari ⁊ me
ſtus eſſe. Hoc ideꝫ patet: qꝛ fleuit ſuper hieru
ſalem: vt ſcribitur Luc. 19. Et ratio ē ſꝫ Ric.
di. 15. tertij li. qꝛ ſicut ex coniunctione rei ama
te cum apprehenſione eiuſdem cauſatur in ap
petitu paſſio delectationis: ſic ex coniunctione
rei odite cum apprehenſione eiuſdem cauſatur
in appetitu paſſio triſticie. Et quia rex de pro
ximo ⁊ certitudinaliter futura conſiderat̄ quaſi
iam preſens propter inſtantem propinquitatē
⁊ infallibilitatem: ideo non ſolum reſpectu rei
odite cum eſt preſens: ſed etiaꝫ reſpectu rei odi
te infallibiliter ⁊ de proximo future eſt paſſio
triſticie. Unde ſm philoſophum ſo rethorice
illi qui iam decapitantur non timent videntes
ſibi neceſſitatem imminere: ſed triſtantur. Et
ideo qꝛ ſenſualitas anime chriſti morteꝫ recuſa
bat cum apprehendit ipſam vt de proximo ⁊ i
fallibiliter venturam fuit in eius appetitu ſen
ſitiuo paſſio triſticie. Sed contra hoc arguere

possumus: qꝛ vt dicit phs tertio ethicoꝝ. Ea
dem magis eligenda sunt sine tristicia q̄ȝ cū tri
sticia: sed xp̄s optime sciuit eligere: ergo magis
debuit redimere genus humanuȝ sine tristicia
q̄ȝ cū tristicia: vt patet Esa. 42. c. vbi de xp̄o di
citur. Nō est tristis neqȝ turbulentus. Et puer
bioꝝ. 12. Nō cōtristabit iustus qcqd ei accide/
rit. Et Seneca ꝓbat multiplici ratione ꝙ tristi
cia nō cadit in sapientē. Et fundamentū sue ra
tionis est: qꝛ virtuteȝ nihil ledere pōt: sicut nihil
potest eā auferre: ergo si xp̄s vere sapiens fuit
ꝛ virtutē incōcussam habuit: passioneȝ tristicie
non sensit. Amplius nullus tristat nisi de co
qꝺ fit cōtra voluntatē suam: sed cōtra volunta
tem christi nihil fieri potuit: ergo nō videtur ꝙ
in se tristiciā habuerit. Respondet ad hoc s̄m
dominū Boñ. di. 15. ar. 2. q. 2. tertij li. ꝛ Ric.
ibidem ꝙ pōt esse triplex tristicia.
Prima est p̄ter rationis imperium.
Secūda est cōtra rationis iudicium.
Tertia est subiecta rationis imperio.
Prima tristicia est que cōsurgit ex quadam
necessitate ꝛ surreptione: sicut motus primi. Et
hec qdē cōmunis est sapientib⁹ ꝛ insipientibus
bonis ꝛ malis. Secūda tristicia est in qua ra/
tio subijcit sensualitati: nec tantū turbat: sȝ etiaȝ
pturbat. Tertia est quando qs tristat rōne di/
ctante ꝛ suadente ipsum tantuȝ ꝛ taliter sup ali/
quo debere tristari. Et isto tertio mō fuit vere
in xp̄o. Duob⁹ aūt primis modis nō fuit in eo
tristicia. Et s̄m hoc soluunt auctoritates in cō/
trariū adducte. Ad illud vero qꝺ vltimo addu/
cebatur: ꝙ nihil cōtra voluntatē xp̄i euenit: di/
cendū ꝙ hoc est verꝝ de voluntate rationis ab/
soluta: nō aūt est verꝝ de voluntate conditiona/
ta. Cōtristatus ē ergo christus cū videret suos
labores ꝛ hominū ingratitudinē ac multorum
peccata ꝛ damnationē. Et qꝛ oīa tam p̄terita q̄ȝ
p̄sentia q̄ȝ etiā futura clare videbat ab instāti sue
cōceptionis: iccirco sepius contristabat ꝛ affi/
ciebat merore: adeo vt de ipso legat in quadam
epistola ꝙ visus est flere: ridere aūt nūq̄ȝ. O q̄ȝ
pie mens humana moueri debet cū xp̄m dei fi/
liuȝ. 33. annis semp in amaritudine cōtemplat
Vide quomodo vide q̄so o aīa mea: ꝛ inspice
diligenter qualiter benedictus iesus semp tri/
statur: siue sit puerulus in cuna vagiēs: siue sit
in maternis brachijs semp gestatus: siue sit in
medio doctoꝝ: siue sit in cōuiuijs: siue cōuerse
tur cū discipulis: siue doceat in templo: siue mi
randa operet. Interroga ipsum: ꝛ dic ei. O le
ticia āgeloꝝ. O gaudiū animaꝝ sanctaꝝ. Cur
nō letaris inter honores. Et statim dicet tibi.
O oia mea: ego cōtristor ꝓpter te. Ego cōtri/
stor ꝓpter peccata tua: ꝓpter q̄ ego nō nisi do/
lere debeo. Ego cōtristor: qꝛ video quot angu/
stijs: quot cruciatibus: quot laborib⁹ te anima
mea exquiro. Et tn̄ ob ingratitudinē ꝛ ignorā
tiam de me nō curāt: me fugiunt: me spernunt
ꝛ diabolū sequentes me abhominant. Contri/
stabat ergo xp̄s ob multas hmōi causas: ꝛ q̄ȝ/
to plura videbat ꝛ cognoscebat volūtati sue cō/
trariari: tāto vehementior in eo erat tristicia.

Qꝺ xp̄s potentiā irascibilē habuit. Ca. 3.

Tertia cōclusio dicit cōturbatōis. Se/
cundū enim catholicā veritatē in chri/
sto fuit cōturbatio ꝛ ira quantū ad po/
tentiā irascibilē: sicut patet ioh. 2. qn̄ eiecit emē
tes ꝛ vendentes de templo. Sed cōtra hoc obij
citur primo s̄m Aug. de ciui. dei. Perturba/
tio passionū a sapientib⁹ ꝛ bonis ita regitur: vt
malint eā nō habere quā vincere. Sȝ dic gre/
go. li. 5. moraliū. ꝙ ira per zelū sapiētes turbat
ergo cuȝ xp̄s fuerit sapientissimus ꝛ optimus:
maluit eā nō habere q̄ȝ vincere. Iteȝ sup illud
Iob. 5. Virꝝ stultū interficit iracūdia. Greg.
dicit. Ira sicut per vitiū oculuȝ mentis excecat:
ita per zelū turbat. Sed oculos mentis in xp̄o
nec excecare potuit nec turbare: cū ipse esset in
cōtinuo vsu cōtemplationis: ergo non videt ꝙ
aliqua affectio ire in eo fuerit. Respondet ad h̄
s̄m Ric. in. 3. di. 12. ꝙ ira tripliciter pōt accipi.
Vno modo pro superabūdātia: q̄ s̄m phm. 4
ethicoꝝ. 7. c. dicit iracūdia: ꝛ sic ira non fuit in
xp̄o. Alio modo accipit ira ꝓ voluntate iudicā/
di aliquod male factum: ꝛ sic ira est in appetitu
intellectiuo. Et hoc modo nō fuit in xp̄o. Ter/
tio mō accipit ira ꝓ quadā passione appetit⁹ sen
sitiui insurgente ex apprehensione illate iniurie
vt possibilis vindicari q̄ȝuis cū difficultate. Si
enim apprehendat iniuria vt nō possibilis vin
dicari nō insurgit nisi passio tristicie. Si v̄o ap
prehēdat vt possibilis vindicari absqȝ omni dif
ficultate tūc insurgit passio ire: qꝛ tūc talis vindi
cta nō apprehendit sub ratione ardui. Hoc ter
tio modo fuit passio ire in appetitu sensitiuo ani
me christi: ex hoc ꝙ apprehendebat inferri deo
iniuriā a peccatoribus q̄ȝtū in eis erat: q̄ iniuria
possibilis erat vindicari cū difficultate tn̄: nō ex
parte dei: sed ex parte peccatorū rebelliū ꝛ diffi
ciliū ad penitētie susceptionē. Hec tamē passio
in xp̄o nō fuit cōtra imperiuȝ rationis: nec preter
imperiū

tatem. Ubi iuuenem qui mortuus efferebatur
ad vitam redire imperauit. Et non ſolum in
Epheſo: verum etiam per totam aſiam multa
miracula eſt operatus virtute diuina: ſicut dif/
fuſius patet in ſua legenda. Secundum priui
legium dicitur admirande conſũmationis.
Mirabiliter enim curſum ſuum conſũmauit.
Nam cũ

Nam cum esset .88. annorum apparuit ei do/minus dicens. Veni dilecte mi. Qui die do/minico predicauit vsque ad magnam partem. diei: demumq; in foueam descendit: super quam tanta lux emicuit: q nullus ibi respicere pote/rat. Recedente vero lumine: fouea impleta manna inuenta est. Vbi difficultas oritur apd plurimos: si Joannes fuit mortuus. Et dixe/runt aliqui q non est mortuus: sed dormit in sepulchro: hoc accipientes in signum: q in se/pulchro suo videtur quedam scaturicies man/ne per modum ebulitionis surgere. Et dicunt q hoc causatur ex vita eius. Sed Augustin⁹ hoc improbat: quia hoc non esset ioannis priui legium: sed magis detrimentum: si tam diu di uina fruitione retardaretur aliis apostolis i glo ria existentibus. Alii vero dixerunt q ioānes non est mortuus: sed cu; Enoch ⁊ Helia trās latus est in paradisum. Hoc autem videtur es se falsum: quia scribitur ad Heb. 9. c. Statutū est homini semel mori. Nec virgini gloriose concessum non mori. Quidam enim dicunt: q est mortuus: tamen sine dolore: sicut fuit si ne corruptione carnis. Quod videtur senti/re Hieronymus in prologo in ioannem ⁊ in Apocalypsim: vbi ait. Hic est ioānes q sciēs superuenisse recessum: conuocatis discipulis i Epheso post multa signorum experimenta in de fossum descendens sepulture sue: locutione facta reddidit spiritum: tam extraneus a dolo re sue mortis q̄ a corruptione carnis fuit alie nus. Et si dicatur q christus dixit Petro de ioanne. Sic eum volo manere. vnde exijt ser mo inter fratres q discipulus ille non moritur Secundum Aug. est dicendum q christus re spondit ad verba Petri petentis habere ioan nem socium in passione ⁊ martyrio dicēs. Sic eum volo manere donec veniam: non ad iudi cium in fine: sed ad vocandum eum in gloria; celestem ab huius mundi statu. Tertium pri uilegium dicitur superne glorificationis. in ce lesti nanq; curia copiosam esse ioannis gloria; omnes cognoscere possunt qui sciunt gloriam esse meritis correspondentem. Et nē multa di camus: ioannes euangelista non in infimo or dine ⁊ gradu est sanctorum collocatus: verum etiam ipse est qui propter amorem inter seraphi ardentes habitare creditur. Si ergo felix ⁊ be ata dilectio est: que ioannem ad gloriam ac dul cedinem vsq; perduxit: ipsius exemplo vt chri stus nos diligat studeamus: qui est benedictus ⁊ laudabilis per infinita secula seculorum. Amē.

In festo innocentum. Sermo p eisdem.

Fructus. 26. Innocentes pro christo occidūt.

a **Ccipe puerum** ⁊ matrem eius ⁊ fuge in egyp tum. Angeli ad ioseph loquen tis verba sunt ista. Math. 2. c. Iniquitas Herodis impij et crudelis christum iesum in cuna vagientē per sequi vt occideretur curauit. Quod se implere credens ne deciperetur non solum super chri stum vt ipse interficeretur effudit iram suam: sed etiam super alios paruulos innocentes: quorum solennitas celebrata est in ecclesia. Vbi mens deuota intueri debet quanta sit ob ligatio rationalis creature ad filium virginis diligendum qui in qualibet etate sua pati pro nobis dignatus est. Quamobrem in presenti sermone recensere debemus ea que de fugatio ne ⁊ eius peregrinatione in egyptum: ⁊ puero rum occisione euangelica historia testatur sub vno fructu qui est. innocentes pro christo occi duntur. De quo tria principaliter occurrūt cō templanda.

Primum est innocētis iesu elongatio ex ange lica monitione.

Secundum est Herodis nequitia ex paruulo rum necatione.

Tertiū ē occisorum merita ex remuneratione.

Quod monitus ioseph per angelum cum ie su ⁊ Maria fugit in egyptum.

Capitulum primum.

p Rimu; mysterium contemplandum dicitur innocentis iesu elōgatio ex an/gelica āmonitiōe. De quo in textu euā gelij scribitur. Angelus domini apparuit in somnis ioseph. ⁊c. Vbi tria dubia possunt oc currere.

Primum ē an aliquis angelus deputatus fue rit ad custodiam christi.

Secūdum ē quare christus illo tempore mori recusauit.

Tertiū ē cur i sua fuga egyptū petere voluit.

Ad primu; dubium videtur a quibusdam dicendum q christus ad sui custodiam angelū habuit. Multa enim in scripturis inueniūtur ex quibus facile hoc colligi potest. Nam Lu ce. 2. c. habetur q angelus nūciauit xpi natiui tatem: q potuit eē āgel⁹ ad sui custodiā deputat⁹ Et ibidē. 22. Ecce appuit ei angelus dn̄i cōfor

tans eum. Ubi Beda ait. In testimoniū vtri
usq3 nature angelum eum confortasse: ⁊ ange
lum ei ministrasse describitur. Jesus xp̄s s̄m
humanā3 naturam ⁊ passibilitatis statum fuit
paulo minus ab angelis minoratus: vt d̄clarat
magister in primo sniaꝝ di. 16. Unde q̄ztū ad
hoc angelico videbatur indigere p̄sidio. An/
gelicam custodiam deus fecit ad anime digni/
tatem s̄m Hieronymuz super Math. 18. c. q
dicit. Magna q̄ppe est dignitas aīmarum: vt
vnaqueq3 ab ortu natiuitatis sue habeat ange/
lum ad sui custodiā deputatū. Aia aūt xp̄i cum
sit nobilissima: non d3 tanta dignitate priuari.
Que tamen omnia: ⁊ si videntur conclud̄e ve
ritatem: tamen falsa sunt: q2 non habuit xp̄us
angelum ad sui custodiam deputatum s̄m do/
ctores in. 2. di. xi. vbi ar. 1. q. 3. beatus Boñ.
rōem assignat. Quia nec demōes eu3 poterāt
opprimere per violentiam corporis diuinitati
vniti: nec poterant allicere affectum per blandi
tias: plenitudine gratie confirmatum. Ideo
xp̄s non indigebat angelo bono: nec q̄ztu3 ad
defensionem corporis: nec q̄ztum ad eruditio/
nem ratōis: nec q̄ztum ad excitatōem affectio/
nis. Non solum autem xp̄s non indigebat: s3
nec ei ēt competebat. Custodia. n. in custodiē/
te respectu custoditi dicit presidentiam quādā3
Et q2 angeli xp̄o domino subiiciebātur: iō nul
lum officiū p̄sidentie ipsius iesu xp̄i eis admit
ti debebat. Quicq̄d aūt de scripturis allegatu3
ē: de angelis administrātibus ⁊ custodientib9
⁊ seruiētibus ipsi xp̄o: nō de presidentibus ē i
telligendum. Nūq̄3. n. ita minoratus est xp̄us
ab angelis: vt aliquis angelus auderet ei presi
dere: cū ita bene sit adorandus xp̄s in cruce ⁊ i
sua ifirmitate sicut ⁊ in sua v̄tute. Cum v̄o di
cebatur ꝙ angelica custodia fuit ad homis di/
gnitate3: dicendū ꝙ custodiri ab angelis ita di
cit dignitatem in aīa respectu aliaꝝ creaturarū
que non cōmittūtur angelice custodie: vt tamē
dicat imperfectōem respectu beatoꝝ: qui aliēa
custodia nūq̄3 egent. Et anima xp̄i ab instanti
sue conceptionis erat p̄fecte beata ꝙ angelum
custodientem non debebat habere: sed bene mi
nistrantem. Quod non in vno tm̄ sed in pluri
bus locis manifestu3 est sicut p3 Math. 4. ubi
dicitur ꝙ ministrabant ei angeli. In obsequiū
ergo xp̄i angelus apparuit in somnis ioseph.
Sed adhuc v̄satur in dubiu3 animus. Q2 ap
paruit angelus zacharie: apparuit v̄gini glori
ose: apparuit pastoribus dum vigilarent. Cur
ioseph apparuit in somnis. Ad hoc respondet
Crisostomus in omelia dicens. Nō apparuit
manifeste sicut pastorib9: q2 valde fidelis erat.
Pastores indigebāt q̄si rudes. Uirgo idigu
it quasi ab angelis instruēda. Sil'r zachari/
as indiguit ante cōceptōem prolis miraculi vi
sione. Hec ille. De hoc Remigi9 assignat rō
nem moralē: ⁊ dicit. Per hoc ꝙ angelus ap/
paruisse in sōnis dr̄ mystice designat: quia il/
li qui a curis terrenis ⁊ secularibus negociis re
quiescūt: p̄frui angelica visione merentur. hec
ille. In hac app̄itōe notanda sūt v̄ba angeli q
dicit. Surge ⁊ accipe pueꝝ ⁊ matrē eius: ⁊ fu
ge in egyptū. Quia vt dicit Crisostom9 super
Math. nō p̄pter matrē puer natus ē: sed pro/
pter puerū mater sep̄ata ē. Et s̄m Hilariū: cū
euangelista desponsatā eā vocauit iusto con iu
ge nūcupauit: sed post partū mater iesu ōndit:
vt queādmodū deputaretur Marie in v̄gini/
tate coniugiū: ita venerabilis ostenderet ei9 in
iesu matre v̄ginitas. Ad secūdu3 dubium re
spondet Augustinus in questionibus noui ⁊
veteris testamenti. vbi ait. O ia p̄priis locis ⁊
t̄pibus gessit saluator. Cum ergo xp̄s mori dis
poneret pro hominibus: differre voluit vsque
ad trigesimūtertiū annum etatis sue: tū vt illo
t̄pe itermedio v̄bo pariter ⁊ exemplo instruēt:
tum vt v̄itatem vtriusq3 nature isinuaret oib9
tum vt dilectionem suam ardenter ostenderet:
q2 vitam suam pro nobis dedit: qn̄ erat in p/
fectissimo statu. Ad tertiū dubiū rn̄det euāge
lista cum dicit: ꝙ in egipto xp̄s mansit vt iple/
retur quod dcm̄ est per p̄phetā3. Ex egipto vo
caui filiū meum. Aug. in quodam sermone de
epiphania dicit. Moyses aliquando in egypto
clauserat diē: illuc xp̄s adueniens sedentib9 in
tenebris reddidit clarissimam lucē. Q ō vtiq3
verum esse ostendit magister in hystoria sco/
lastica. Nocte enim illa xp̄s cu3 matre intrauit
egyptum: qua precepto suo exiuerant filii israel
vt sicut nō fuit domus in qua primogenit9 nō
iaceret mortu9 angelo p̄cutiēte: sic ipso ingredi
ente nō fuit templū in quo idolum nō corrueri
Quod Esaias predixerat. 19. c. Ecce domin9
ascēdet super nubem leuem: ⁊ igredietur egy/
ptum ⁊ mouebūtur simulacra egypti a facie ei9
Hāc p̄uinciā cōmēdat hysidorus quartodeci
mo ethimologiarū dicens: eam esse que prius
aerea dicebat. deinde egypt9 vocata ab egyp/
to Danai fratre ibi regnāte. Hec ab oriete si/
ne fine ⁊ rubro mari coniuncta ab occasu. Li/
biam habet

byam habet: a septētrione mare magnuȝ: regio celi imbribus isueta: ꝛ pluuiaꝝ ignara. Nilus solus circūfluens cā irrigat: ꝛ inundatione sua fecundat: vnde multaꝝ terrarū partē frumento alit. Ceterorūȝ quoqȝ negocioꝝ adeo copiosa: vt impleat mercibus suis orbē terraruȝ. Hanc christus sibi elegit fouere etiaȝ vt ibi se esse monstraret futuꝝ. In egypto enim plus religio viguit ꝙȝ alibi. Si quis nunc ad egypti veniat solitudines: paradiso omni illā videret hereniuȝ digniorem. Et sic egyptus anachoritis: veluti astris celuȝ fuit adornata. Hec ille. Multa declaramus de christi fuga in egyptum. Sed pia mens nostra debet cōsiderare ꝙȝ dolenter audiuit mater Joseph sibi dicentē. O virgo dulcissima fugiamus repente: qr Herodes filiū tuū perdere querit. O quātus timor virgineā menteȝ inuasit: quātusue dolor cor benignissimum penetrauit. Puto enim ꝙ sine mora filiū i brachijs suscipiens lachrymantibus oculis cū Joseph sene puella cū paruulo desertū iter arripuerunt. Cōtemplare nūc anima mea quot noctes duxerunt insomnes: quot vicibus sitis estuauerunt ardore: quotiens ꝛ absqȝ cibo nocte inuigilauerunt in heremo. Compatere nūc anima dura creatori tuo pro te peregrinanti. Cōpatere ꝛ Joseph qui sollicitus erat ad inquirenduȝ per heremū: vt matris ꝛ filij necessitatibus occurreret pro viribus: ꝛ nō valebat. Compatere ergo virgini sacratissime que nunc terret: nunc pauet: nunc filiū inter vbera stringit: nunc faciē eius lachrymis rigat: nunc adorat: nunc etiam eius deflet penalitates. O impossibile esset excogitare: ꝙ supra hoc mysterio facta sunt: ꝛ multa alia que fiebant. Profecto si excogitarentur vix oculi a lachrymis cōtineri valerent.

Qō maxima ꝛ crudelis fuit nequitia Herodis cōtra xp̄m. Cap. .2.

Secundū mysteriū cōtemplandū dicit̃ Herodis astuta nequitia et puerorū necatione. De quo hodie tria consideranda sunt.

Primū dicit̃ differentia.
Secundū dicit̃ sufferentia.
Tertiū dicitur malicia.

Primum cōsiderandū dicit̃ differētia. Secundum enim historiaꝝ doctrinam tres fuerunt Herodes.

Primus dictus Herodes Ascalonita: sub quo dominus natus: ꝛ a quo pueri occisi sunt.

Secundus dictus est Herodes Antipas qui Joānem decollauit.

Tertius dictus est Herodes agrippa: qui Jacobum occidit: ꝛ Petrum incarcerauit.

Secundū cōsiderandū dicitur sufferētia. Nō enim Herodes eoipso quo delusus est a magis pueros occidi mandauit: sed post aliquod tempus. Quia vt dicit Nicolaus de lira: cū vellet omnes pueros de Bethleem interficere: ne puer sibi incognitus euaderet: impeditus ē ab executione huius facti: eo ꝙ a Cesare Augusto per epistolaȝ est citatus romā filioꝝ accusationibus responsurus. Eundo autē Romā et remanendo in curia: ꝛ reuertendo ad iudeā ꝑposuit annū ꝛ plus. Et ideo post fere duos annos ad regnū suum reuersus: ꝛ in regno cōfirmatus est: quādo sententiaȝ pro se contra filios habuit. Et tunc ꝑfecit necem pueroꝝ prius in mente conceptā. Tertiū cōsideranduȝ dicitur malitia. Quisnam explicet quāto dolo anim⁹ Herodis fuerit repletus: qui vt christuȝ perderet: nō soluȝ ipsum sed omnes pueros qui erāt in Bethleem: ꝛ in omnibus finibus eius a bimatu ꝛ infra. i. ab infantib⁹ duoꝝ ānoꝝ vsqȝ ad pueros quinqȝ annoruȝ mandauit occidi. Cui assertioni vere fidē facit: ꝙ quedā ossa Innocentum adeo grandia sunt: ꝙ pueroꝝ duos ānos habentiū esse nō possunt: nisi dixerimus corpora tūc maioris quātitatis fuisse. Quare autem Herodes ita mandauit: cū christus esset duoꝝ annoꝝ: ꝛ nō vnius anni tantuȝ: ꝛ vnius mensis: nec vnius diei: cuius etatis pueri interfecti fuit secundū primā opinioneȝ: nec trium annorum secunduȝ opinionē secundā. Respondet Augustinus in sermone de innocentib⁹. qr timebat ne puero cui sidera famulabantur paulo supra etateȝ vel infra species mutata esset: ꝛ sic tempus occultaret. Ideo videt̃ pueros a bimatu vsqȝ ad pueros vnius diei interfecisse. Tunc adimpletuȝ est qō dictuȝ est ꝑ Hieremiā ꝓphetam. Vox in rama audita est: ploratus ꝛ vllulatus multus. Rachel plorans filios suos. Vbi Hierony. ait. Quādo dicit̃ in rama: nō putemus nomē loci esse: q est iuxta Gabaa: sed rama excelsum interpretat̃: vt sit sensus. Vox i rama audita est: idest longe lateqȝ dispsa. Cui dicto cōcordat dictuȝ Crisostomi sup Matheū ꝙ ploratus fletus paruuloꝝ ostendit: vllulat⁹ autem matruȝ significat lamentuȝ. Et qō dicit̃ in euangelio. Rachel plorans filios suos: secūdum ꝙ dicit Nico. de lira interpretat̃ metaphorice: quasi merens sit Bethleeȝ r[illegible] sue se/

pulture: qꝛ ibi in sepulchꝛo est: vt habeť Gen. 35. Et hoc dicit Hieronymus sup Matheum Vbi ait. Queriť quomodo Rachel filios alterius tribus idest bethleem quasi suos ploꝛet. Respondebimꝰ bꝛeuiter: qꝛ sepulta sit iuxta bethleem in effrata ꝛ materni coꝛpusculi hospitiuꝫ nomen matris accepit. Siue quoniaꝫ Juda et Beniamin due tribꝰ iuncte erant: ꝛ Herodes pꝛeceperat nõ solum in Bethleem interfici pueros: sed in omnibus finibus eius. Vnde per occasionẽ Bethleem intelligimus, multos etiã de Beniamin fuisse occisos. Hec Hierony. O quale edictum irrationabile ꝛ crudele. o q̃ꝫ lugubꝛis ꝛ flebilis executio. O q̃ꝫ iniusta ꝛ iniqua occisio. Rapiebanť paruuli quidã a pectoribus matrũ: quidã in cunis iacentes: quidam blande parentibus alludenteſ: quidã vrbane in domibus perambulantes: ꝛ sine vlla pietate vľ pꝛoijciebanť ad muros: vel gladio: vel strictis in gutture manibꝰ suffocabanť. Vidisses tunc in terra iacere cadauera pueroꝝ. Vidisses nũc terraꝫ coopertã ꝛ madefactã sanguine pueroꝝ paruuloꝝ innocentiuꝫ. Vidisses matres ĩ qualibet domo sparsis crinibus pꝛopter taꝫ hoꝛrendum flagitiũ singultibus lachꝛymis ꝛ vllulatibus acclamantes. O quãta compassio animuꝫ audientiũ mouere debet in spectaculum adeo funestum ꝛ lugubꝛe: ꝛ cetera.

Quod inocẽtes merito passionis chꝛisti sũt remunerati. Capitulum. 3.

Tertiũ mysteriũ contemplanduꝫ diciť occisioꝛũ remuneratio. De p̃mio aũt istoꝛuꝫ sanctoꝛuꝫ apud nõnullos extiterunt varie sententie: quas omnes ad tres sententias reducemus.

Pꝛima diciť sententia falsa.
Secunda dicitur sententia debilis.
Tertia dicitur sententia vera.

Pꝛima sententia falsa est eoꝛum qui dicunt paruulos hos occisos nihil meruisse: eo ꝙ ĩ eis nondũ erat expeditus rationis vsus: nec voluntarie pꝛo chꝛisto patiebanť. Cõtra quos est auctoꝛitas ecclesie vniuersalis: que hos colit pꝛo sanctis: ꝛ in sanctoꝝ numero cõfitetur. Vnde Augustinus in sermone innocentum. Hodie fratres charissimi natale illoꝝ infantiũ colimꝰ: quos ab Herode crudelissimo rege ĩterfectos esse euãgelij textus eloquiť. Et ideo cũ summa exultatione gaudeat terra nostra: celestiũ militũ ꝛ tantaꝝ parens fecunda virtutũ. Ecce ꝓphanus hostis nunq̃ꝫ beatis paruulis tantũ ꝓdesse potuisset obsequio quantũ pꝛofuit odio. Nam sicut pꝛesentis diei festa manifestant: quantum cõtra beatos paruulos iniquitas abundauit: tãtuꝫ in eis gratia diuine benedictionis effulsit. Hec Augustinꝰ: qui in hoc etiaꝫ ſmone multa pꝛosequiť de gloꝛia istoꝝ sanctoꝝ. Ideo istorum falsa est opinio. Secũda sentẽtia est debilis. Nã vt inquit Tho. 2. 2. q. 124. fuerunt q̄dam qui dixerunt ꝙ in innocentibus acceleratus est vsus miraculose liberi arbitrij: ita ꝙ voluntarie etiaꝫ passi sunt. Q̃ď dictũ nullibi reperitur autenticuꝫ: ideo vbilibet tanq̃ꝫ debile acceptatur: quia vt inquit Hieronymus ad paulinum. Quod de scripturis auctoꝛitateꝫ nõ habet: eadem facultate cõtemniť qua ꝓbať. Tertia sententia est vera. De qua loquiť scũs Tho. vbi supꝛa: ꝙ martyrij gloꝛiã: quã in alijs pꝛopꝛia voluntas mereť: illi paruuli occisi dei gratia sunt assecuti. Nam effusio sanguinis ꝓpter chꝛistuꝫ viceꝫ gerit baptismi. Vnde sicut ĩ pueris baptizatis per gratiã baptismaleꝫ meritum chꝛisti operať ad gloꝛiaꝫ: sic in istis operatuꝫ est ad palmam martyrij obtinendã. Et hoc est q̃ď dicit Augustinus in quodã ſmone de epiphania quasi alloquens ad innocentes sic inquiẽs Ille de vestra coꝛona dubitabit in passione ꝓ chꝛisto: qui etiaꝫ paruulis baptismũ ꝓdesse nõ estimat. Nõ habebatis etateꝫ in qua passurum chꝛistũ crederetis: sed habebatis carneꝫ in qua pꝛo chꝛisto passuro passioneꝫ sustineretis. h ille Cum itaq̃ꝫ viderimꝰ hos paruulos felicissimoſ celicolas esse factos: qui pꝛopter chꝛistum passi sunt: eos veneremur: vt etiaꝫ pꝛo domino iesu chꝛisto simul cũ eis pati nõ timeamus: qui ꝑfecto laboꝛantes exaltat in fine: ꝛ beatos facit in gloꝛioso regno celoꝝ: in quo viuit ꝛ regnat ĩ secula seculoꝝ. Amen.

In sancto Siluestro. Sermo de dignitate sacerdotali.

Fructus. 27. Jesus sacerdotes appꝛobans.

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. Eccle. 44. Verba hec sumit ecclesia in cõmendatione beati Siluestri cõfessoꝛis in hodierna epistola recitata. Qui mũdum ineffabili sapientia multiplici varietate reꝝ creauit: ip̄e ecclesie sue sancte status diuersos mire disposuit: in quibus cõtemplari possumus candoꝛem sapientie sue pꝛoficere ad salutẽ: cũ ad illos vocati iuste

n iuste ac sancte operari conantur. Est tamē in ter ecclesiasticos gradus laude dignus & vere commendandus sacerdotalis ordo: qui vsq3 ad pontificalem potest ascendere celsitudinē. In qua qui normā debitam obseruare studet: deo placet: & gratus efficitur. Fecit hoc modo beatus Siluester qui a iesu christo in sancto contubernio est gloriose deputatus. Ad cuius commendatione3 in plenū sermone de ipso loquo/lentes: fructū nostrū proponimus consuetu3: q est. Jesus sacerdotes approbās. Vbi tria pulchra notari possunt de beato Siluestro a christo pbato: que qdem hec sunt videlicet.

Primū dicit sacerdotalis dignitas
Secūdum dicitur sacerdotalis sublimita.
Tertium dicitur sacerdotalis sanctitas.

Quod sacerdotalis dignitas excellentior est quacūq3 temporali dignitate.

Capitulum. primum.

Rimū priuilegium dicit sacerdotalis dignitas: quia de ipso dicit. Ecce sacerdos. Est enim sacerdotalis dignitas excellentior quacūq3 dignitate tpali. Quod pbare possumus tripliciter.

Primo ratione.
Secūdo auctoritate.
Tertio exemplo.

Primo pbare possumus ratione excellentiam sacerdotalis dignitatis. Que triplex pōt esse: videlicet.

Prima dicit significationis.
Secunda dicitur institutionis.
Tertia dicit conditionis.

Prima ratio dicitur significationis. Nam sacerdos secundū hysidorum. 7. ethimologiarum: idem est quod sacer dux: vel sacra dans. Ratio aute3 istius duplicis interpretationis secundum Thoma. in. 4. distin. 24. est quia per mysteriu3 sacerdotale sacerdos est medius inter deū & populū. Nam ipse diuina nunciat et ministrat populo: & vota populi offert deo. Dicitur etiam sacerdos: quasi sacra dans. Sacra aute3 quis dare potest duobus modis: vel auxiliando: vel sacramenta dispensando. Primo modo quilibet iustus inq3tu3 sacra sua merita dat vel cōmunicat alijs auxiliando interpretatur sacerdos. Secundo modo nomen sacerdotis est institutu3 ad significandu3 eu3 qui sacra dat: idest sacramentoru3 dispensatione3. Et sic ille qui est in gradu ordinis cōstitutus dicitur sacerdos. Secūda ratio dicitur institutionis. Nam sacerdotium precessit lege3 scriptam: qa in testamento veteri primus sacerdos q iubente domino victimas obtulit fuit Aarō: sicut patet Genesis. 14. c. Demu3 per sacerdotium iubente domino regalis potestas est ordinata. Vnde. i. regu3. 8. c. dixit dominus ad Samuelem sacerdotem. Audi voce3 eorū: idest filiorum israel petentiu3 habere superiorem: & cōstitues super eos rege3. Inde est q spiritualis auctoritas terrena3 potestate3 habet instituere vt sit: et iudicare si bona non sit. Quod pbatur per apostolum Paulu3. d. i. Cor. 7. c. Nescitis quoniam angelos iudicabimus: quāto magis secularia. Quod etia3 notat. c. per venerabilem. extra qui filij sint legitimi. 9. q. 3. c. nemo. & i. c. aliorum. Tertia ratio dicit cōditiōis. Est eni3 sacerdotalis dignitas spiritualis. Et ideo quāto spiritus nobilior est corpore: tanto sacerdotalis dignitas est nobilior quacūq3 dignitate temporali: sicut patet extra: de trāslatione episcopi & electi. in. c. inter corporalia. Et hoc est quod notatur. 6. di. c. Duo quidem. vbi sic habetur Auru3 non tam preciosius plumbo: q3 regia potestate sit ordo sacerdotalis altior. Et eadem di. in. c. quis dubitet. sic dicitur. Quis dubitet sacerdotes christi regu3 & principum omniūq3 fidelium patres & magistros censeri. Secundo possumus probare excellentiam dignitatis sacerdotalis auctoritate. Nam Petrus. 2. sue prime epistole: sacerdotibus ait. Vos estis genus electu3: regale sacerdotium: genus sancta: populus acquisitionis. Et ecclesiastici. 7. c. dicitur. Honora deu3: & honorifica sacerdotes. Et Esa. 61. c. scribitur sic de sacerdotibus. Vos sacerdotes domini vocamini: ministri dei nostri dicetur vobis. Et. xi. q. 3. in. c. absit. Antherius papa ait. Absit vt quicq3 sinistru3 de his arbitremur: qui apostolico gradu succedentes christi corpus sacro ore conficiunt: per quos nos christiani sumus: qui claues regni celoru3 habentes ante iudicij diem iudicant. In veteri quidē lege habetur. Quicūq3 sacerdotibus nō obtemperasset: aut extra castra positus lapidabatur a populo: aut gladio ceruice subiecta cōtemptu3 expiabat cruore. Et Hierony. ad Rusticū monacū sic de sacerdotibus scribit Nō est humilitatis mee: neq3 mensure iudicare de ceteris: neq3 de ministris ecclesiarum sinistrū qppiā dicere. Et. 6. q. i. c. sacerdotes. Telesphorus papa ait. Sacerdotei q ppzio ore corpus

domini conficiunt ab oĩbus ſunt obediendi ⁊
timẽdi non dilacerandi: aut detrahẽdi. Et.xi.
q.2.c. Sacerdotibus. Greg. Mauricio im/
patori ſic ſcribit. Sacerdotibus nõ ex terrena
ptãte dominus rex noſter citius indignetur: ſʒ
excellenti conſideratõe ꝓpter eum cuiꝰ ſunt ſer
ui ita eis dominetur: vt ei debitam reuerẽtiaʒ
ĩpendat. Nã in diuinis eloquijs ſacerdotes ali
quãdo dij: aliquãdo angeli nũcupantur. Nam
ad Moyſẽ de eo qui ad iuramẽtum deducẽdꝰ
ẽ dicitur. Applica iſtuʒ ad deos: vʒ ad ſacerdo
tes. Et rurſum ſcriptum ẽ. Dijs nõ detrahes
ſ. ſacerdotibus. Et ꝓpheta ait. Labia ſacerdo/
tis cuſtodiũt ſciam ⁊ iuſticiam ⁊ legem requirũt
ex ore eius: qꝛ angelus domini exercituum eſt
Quid igitur mirũ ſi pietas veſtra dignet̃ eos
honorare: qbus in ſuo elogo honorem tribuẽs
eos aut angelos aut deos ẽt ipſe appellat deus
hec ille. Tertio poſſumꝰ ꝓbare excellentiã ſa
cerdotalis exẽplo. Legimus nãqʒ multos xp̃ia
niſſimos impatores fuiſſe nõ dedignatos ſubij
cere ſe ſacerdotibus. In quoꝝ numero fuit ille
pijſſimus Theodoſiꝰ de quo ſcribit̃ in hiſtoria
tripartita. Hic aũt cum audiſſet apud theſalo/
nicam ciuitatẽ quoſdaʒ iudices fuiſſe lapidatos
ĩdignatus oẽs pariter iuſſit interimi vbi.7.mi
lia ſunt occiſi nullo p̃cedente iudicio. Cum ve
ro Mediolanũ veniſſet: ⁊ ſolẽniter in ſacrum
voluiſſet itrare templum: occurrit ei Ambroſi
us ep̃s foris ad ianuas: ⁊ ſic igredientẽ his ſer
monibus a ſacris liminibus ꝓhibuit inceſſuʒ.
Neſcis miſer impator ꝑpetrate a te necis quã/
ta ſit magnitudo. Neqʒ poſt cãm tanti furoris
mens tua molẽ preſumptõis agnoſcit. Sʒ for
te recognitõem pcti ꝓhibet ptãs imperij. De/
cet tamẽ vt vincat rõ ptãtem. Quibus igit̃ ocu
lis aſpicies cõis domini templũ. Quibus cal/
cabis pedibꝰ ſanctũ illiꝰ pauimẽtum. Quõ ma
nus extẽdẽs: de qbus adhuc ſanguis ſtillat i
nocꝰ. Recede recede: ne ſecũdo pctõ priorem
neqtiam augere cõtẽdas. Audiẽs hos ſermo/
nes ipator gemẽs ⁊ flẽs ad regalia remeauit.
Cũqʒ octo mẽſes tranſiſſent: ꝓpinquauit nati
uitatis domini feſtiuitas. Impator aũt ſatis an
guſtiabat̃. Quẽ videẽs Ruffinus tũc magiſter
militũ ⁊ impatoris familiariſſimꝰ cãm ſue triſti
cie queſiuit. Qua cognita Ruffinus ad Am/
broſium perexit. Quem cũ Ambroſius vidiſ/
ſet: mox ait. Impudentiam canũ imitatus es o
Ruffine. Ego dico tibi: qm̃ impatorem ingre
di limina ſacra ꝓhibeo. Quo mox Ruffinꝰ im
patori retulit. At impator in media iã platea ꝑ
go iquit: ⁊ iuſtas in facie ſuſcipiã contumelias
Et veniẽs ad antiſtiteʒ ſupplicabat vt vincula
eius ſolueret dicẽs. Tuũ ẽ docere: meuʒ aũt eſt
ſuſcipere. Cui Ambroſius iniũxit vt legẽ con
deret: ne quis ſniam mortis poſſet dare aĩmo
irato: ſed trãſacto dierum numero.30. Quod
⁊ fecit: ſicqʒ lachrymoſus ⁊ dolẽs cũ humilita/
te ad eccl'iam ẽ introductus: ſeruãs in oĩbus re
uerentiã antiſtiti Ambroſio. Quid de cõſtan
tio impatore dicemꝰ: qui poſt ſuſceptuʒ baptiſ/
ma ſacerdotes honorare ſtuduit. Nam de ipſo
ſcribitur.96.diſ.c.in ſcripturis. In ſcripturis
narrat̃ Conſtantinus impator dixiſſe. Vere ſi
ꝓprijs oculis vidiſſeʒ ſacerdotẽ dei: aut aliquẽ
eoꝝ q monaſtico habitu circũcincti ſũt peccantẽ
chlamydẽ meã explicarẽ: ⁊ cooperirem eũ: ne ab
aliquo videret̃.xi.q.2.in c.ſacerdotibꝰ. ſic ha
betur. Eccl'iaſtica quoqʒ teſtat̃ hiſtoria: qꝛ cum
pie memorie Cõſtantino principi ſcripto obla
te accuſatões cõtra ep̃os fuiſſent libellos qdeʒ
accuſatõis accepit: ⁊ eoſdẽ qui accuſati fuerant
ep̃os cõuocãs in eoꝝ conſpectu: libellos quos
acceperat icendit dicens. Ite ⁊ inter vos cãs ve
ſtras diſponite: qꝛ dignũ nõ eſt: vt nos iudice/
mus deoſ. In qua ſnia ſibi magis ex humilita
te qʒ illis aliqd p̃ſtitit ex reuerentia ipenſa. An
te eũ qppe pagani in republica pricipes fuerũt
q verũ deũ neſcientes: deos ligneos ⁊ lapide/
os colebãt: ⁊ tamẽ eoꝝ ſacerdotibuſ magnum
honorẽ tribuebãt. hec ibi. Et ne multa dicamꝰ
efficaciſſimũ ẽ exemplũ xp̃i. de quo Cyprianꝰ
carthaginẽſis.93.di.c.dominꝰ.ait ſic. Domi
nus noſter ieſus xp̃s rex ⁊ iudex vſqʒ ad paſſi
onis horã ſeruauit honorem pontificibus ⁊ ſa
cerdotibus. Nã cũ leproſuʒ mũdaſſet: dixit ei.
Vade oñde te ſacerdotibus. Sacerdotem ad/
huc appellans quẽ ſciebat eẽ ſacrilegũ. Itẽ cuʒ
ſubditus paſſiõi alapã accepiſſet nihil cõtumeli
oſe locutus ẽ in pſonam pontificis. Ex quibuſ
oĩbus clare dep̃henditur pampliſſimã eſſe ſa
cerdotalẽ dignitatẽ. Cui nõ debent xp̃iani eſſe
iſeſti: qm̃ vt dicitur.3.q.1.c. Nulli. Dñm cru
cifigũt qui eum in ſuis ſacerdotibus pſequunt̃
Sic faciebãt antiqui tyrãni ⁊ inimici xp̃i: quos
tamen diuina manus impunes non permiſit
abire.

Ecũdum priuilegium beati Silueſtri
s dicitur ſacerdotalis ſublimitas: qꝛ fuit
ipſe nõ tm̃ ſacerdos: ſed etiã magnus
Naʒ mortuo Melchiade epiſcopo vrbis ro/
me Silueſter

me: Siluester ab omni plebe in summũ pontificem est electus. Ubi sciendum est q in nouo testamento xp̃s instituit triplicem gradum sacerdotum.
Primus est inferiorum.
Secundus est episcoporum.
Tertius est pontificum maximorum.
Primus gradus sacerdotum constitutus a xp̃o est gradus sacerdotum iferiorum. Naz habuit dominus septuagintaduos discipulos: quibus succedunt presbyteri: qui sunt minores in auxilium operis: vt notatur. 95. di. c. Olim
Secundus gradus est episcoporum: qui sacerdotes maiores respectu aliorum inferiorum dici possunt. Hi locum duodecim apostolorũ tenent in ecclesia: sicut patet. 68. di. in. c. Quorum vices. τ. 12. q. 1. in. c. videtes. Tertius gradus est pontificum maximorum. Naz dominus super alios elegit Petrum in summuz sacerdotem: sicut notatur di. 16. in. c. ita dominus noster. Et. 21. di. in. c. in nouo testamẽto τ habetur in eadem di. c. Cleros. Ubi etiã dicitur q talis grad⁹ seruatus ẽ in veteri lege vbi Aaron summus sacerdos fuisse traditur τ filij eius sacerdotes minores fuerunt. Talis etiam discretio a gentilibus maxime introducta ẽ: qr suos sacerdotes flamines a filo qd portabãt in capite: alios simpliciter flamines: alios archiflamines appellabant. Quãte aũt p̃eminentie sit maxim̃ pontificatus gradus ostendit Agatho papa. 19. di. in. c. Sic omnes. vbi sic dicit Sic oẽs apostolice sedis sanctões accipiẽde sũt tanq̃ ipsius diuina voce Petri firmate. Quisqs enim catholice ad papalem celsitudinẽ sublimatur: ipse ẽ Petri successor: ipe vicarius xp̃i ipe ẽ cui⁹ totus mũdus deuote ẽ subiectus. Et lz sit magna potestas imperialis: longe tamen nobilior est facultas pontificalis. Et idõ scribit de maioritate τ obedientia. in. c. solite. Fecit deus duo magna luminaria in firmamento celi: luminare maius vt preesset diei: τ luminare minus vt p̃esset nocti. Utrũq̃ magnum: lz alter maius. Ad firmamẽtũ igitur celi: hoc ẽ vniuersalis eccl'ie: fecit deus duo magna lumiaria. i. duas instituit dignitates: que sunt pontificalis dignitas τ regalis potestas. Sed illa que p̃est diebus. i. spũalibus maior ẽ: que vo carnalib⁹ minor: vt q̃ta ẽ inter solem τ lunã: tãta eẽ iter pontifices τ reges dr̃ia cognoscat. h ibi. Multa adduci possũt ad pbandũ ea que dicimus: q̃ cã breuitatis omittim⁹: cõcludentes summum pontificem excellere dignitate ac auctoritate q̃scũq̃ siue tpali siue spũali statu exaltatos τ honoratos.

Tertiũ priuilegiũ beati Siluestri dicitur sacerdotalis sanctitas: qr diebus suis placuit deo. Tota. n. vita scõrum ẽ dies. Unde. 1. ad Tes. 5. apostolus aït. Omnes vos filij lucis estis. Tria nãq̃ duz eẽt põtifex vt placeret deo exercere voluit btũs Siluester
Primo pascere populum exemplo.
Secundo pascere populum verbo.
Tertio pascere populum temporali subsidio.
Primo voluit pascere populum exemplo. Nã adeo fide τ morib⁹ resplendebat: vt nõ solum a xp̃ianis: verũ ẽt a paganis miro diligeretur affectu. Scdõ voluit pascere pplm vbo: qr sepius vultu angelico xp̃m filiũ dei predicabat: xp̃ianosq̃ cõfortabat: vt in fide stabiles p manerent: τ Constantinum de fidei sacramentis plene docuit τ istruxit. Ut. n. dicitur i eius legenda: psequente ipso Constantino christianos: exiuit Siluester de vrbe: ac in quodã mõte cũ suis clericis mansit. Cũ vo Constantin⁹ in mirabilem lepram icidisset: ad consiliũ pontificum idolorum adducta erant tria milia puerorum: vt eos occidi faceret: τ se in eorum sanguine recenti τ calido balnearet. Egrediente autem eo ad locum vbi balneum preparari debebat: matres puerorum obuiauerunt ei miserabiliterq̃ vlulabant. Constantinus ergo iussit stare currum: τ erigens se dixit. Audite me omnes qui hic statis. Dignitas imperij romani de fõte nascit pietatis: q̃ hanc ẽt legez dedit: vt capitali sñie subderet qcũq̃ in bello aliquem occidisset infantem. Quanta ergo erit crudelitas: vt hoc nostris faciamus filijs: qd nos phibuimus alienis. Meli⁹ ẽ ergo mori salua vita inocentũ: q̃ p eorũ iteritũ vitam recupare crudelẽ. Jussit ergo vt matrib⁹ suis pueri τ dona plurima preberẽtur. Seq̃nti vo nocte Petr⁹ τ paulus apparuerũt ei dicẽtes. Qm̃ exhorruisti sanguinis effusionẽ: misit nos dñs ihs xp̃s dare tibi recupãde sanitatis cõsiliuz. Siluestrũ ergo ep̃m q apud mõtem sirapti latitat accersi. Hic tibi piscinã ostẽdet, in qua imersus ter ab oĩ curaberis lepre morbo. Euigilãs stati Cõstantin⁹ misit milites ad Siluestrũ. Quos videẽs ad palmã martyrij credidit se vocari. Presentatus tandẽ Constantino audiuit per ordinẽ sui somnij visionẽ. Percunctãti aũt Constãtino qui essent qui sibi apparuerant duo dij.

respondit Siluester eos esse xp̄i apostolos: τ nō deos. Quoꝝ imagines afferri fecit Silue/ster: τ impatoꝛ tales esse qui sibi apparuerant. exclamauit. Siluester āt cū cathecuminū fecit: τ vnius hebdomade ieiuniū indixit sibi: τ car/ceres aperiri monuit. Cūqꝫ in aquā descendis/set baptismatis: ibi admirabilis splēdoꝛ emicu it: sicqꝫ mūdus exiuit: τ xp̄m vidisse se asseruit Ipsa aūt die sui baptismatis multa ad amplia/tōnem cultus xp̄i statuit τ oꝛdinauit. Tertio voluit btūs Siluester pascere ppl'm tpali subsi dio. Scribitur nāqꝫ in sua legenda: q̄ omniuꝫ oꝛphanoꝝ: viduaꝝ: τ paupeꝝ noia in scriptis habebat: τ oibus necessaria ꝓuidebat. Fecit ēt multa signa viuēs. Qui mūdum spꝛeuerat cū oibus suis cōcupiscentijs. Unde τ in fine ob/doꝛmiuit in dn̄o. Cuius exēplo animenť sacer dotes: vt sicut illi confoꝛmes sunt in dignitate: ita cū studeant seq in vite sanctitate. Nam tāto magis obligantur deo ad rōem reddendā quā to ab ipso plura dona suscipiūt. Qui ideo plura eis contulit beneficia: vt ei seruiētes magis ex altentur in regno celoꝝ: in quo viuit τ regnat. Amen.

In circuncisione domini. Sermo de eadeꝫ.
Fructus. 28. Jesus est circuncisus

Postquam consumati sunt dies octo vt circūcidereť puer. Scri buntur hec verba Luc. 2. c. τ in euangelio hodier/no. Ardens amoꝛ iesu xp̄i ipsius mētem pulsare cepit in etate tenella τ isantili: vt hūano generi passionis sue beneficia inciperet dispensare. Octaua nāqꝫ die sanguinem suum fudit in cir cūcisione apparens velut peccatoꝛ circūcisiōis legi subiectus: cū tamē mūdus fuerit ab oī soꝛ de. Et qꝛ piū ē contēplari qualr puerulus il/le lachꝛymās circūcidebatur. Idcirco in p̄senti sermone de ipsius circūcisione dicturi sumꝰ, ꝓ ponētes fructū. Jesus est circuncisus. Ad cuiꝰ explanationem tres cōclusiones notabimus.
Prima dicitur institutionis.
Secunda dicitur obseruationis.
Tertia dicitur cessationis.

Quod sacramentum circuncisionis conue/nienter fuit institutum. Caplm .I.

Prima conclusio dicitur institutionis. In qua dicimus circuncisionis sacra/mentum cōuenienter fuisse institutuꝫ: qꝛ deus illud istituit sicut pꝫ Gen̄. 17. vbi sic habetur Circūcideť ex vob oē masculinū: τ circūcidetis carnē p̄putij vestri: vt i signū sit federis iter me τ vos. Infans octo dieꝝ circūcideť ex vobis. Huius aūt instōnis conuenientia triplex assi/gnatur a Ric. in. 4. di. I.
Prima est ratione moꝛbi.
Secunda ē ratione tempoꝛis.
Tertia ē ratione persone.
Prima cōueniētia ē rōe moꝛbi: contra quē circūcisio fuit instituta: qui erat peccatū oꝛigina le. Quod expꝛesse repꝛesentabat circuncisio: τ q̄tum ad cām: τ q̄tum ad ꝓcessū: τ q̄tū ad ef/fectū. Contrahiť. n. pctm̄ oꝛiginale per ꝓpaga tiōem libidinosaꝫ: quā cām circūcisio repꝛesen/tabat rōe mēbꝛi in quo fiebat: quod deseruit v̄tuti generatiue. Processus aūt fuit circularis qꝛ vt dicit Anselmus. pꝛimo p̄sona coꝛrumpit nām deinde nā personam: quē ꝓcessū repꝛesē/tabat circūcisio p circularē pellicule icisionem. effectus v̄o ē abūdantia cōcupiscētie: quem re p̄sentabat supfluitas pellis que ab ipso mēbꝛo separabať. Jō nō tm̄ cām τ ꝓcessus: τ effectus oꝛiginalis peccati: sed ēt deletio p circūcisioneꝫ significabať. Scd̄a cōueniētia fuit rōe tēpo ris in quo istituta fuit circūcisio. Erat. n. q̄daꝫ dispō ad suscipiendū legē τ ad distinguendum ppl'm cui dāda erat lex ab aliis populis. Et idō anteq̄ꝫ lex dareť debuit istitui. Fuit ēt instituta circūcisio ad significādum ppl'm qui eēt deo pe culiaris: τ suo cultui mācipādus. Tertia cō/uenientia dicitur rōe p̄sone cui data fuit: qui fu/it Abraā: de quo dicitur Gen̄. 17. Tulit auteꝫ Abꝛaā Ismaelē filiū suū: τ oēs v̄naculos do mus sue: vniuersosqꝫ quos emerat: cūctos ma res ex oibus iuris domꝰ sue: τ circūcidit carnē p̄putij sui. Et Ismael filius eiꝰ. 13. annos iple uerat ante tp̄s circūcisionis sue. Eadē die cir/cūcisus ē Abꝛaā τ Ismael filiꝰ eius: τ oēs vi/ri domus illiꝰ tam v̄naculi q̄ ēptitij τ alienige ne piter circūcisi sunt. Ipse eqdem Abꝛaaꝫ pꝰ diluuiū specialius se diuino cultui mancipauit Unde exiuit de terra sua: τ de cognatōne vt se ab ifidelibus separet: vt habetur Gen̄. 12. c. a quo erat descensurus ppl's qui legem scriptam erat suscepturus: τ de cuiꝰ genere nasciturus erat scūs scōꝝ. Et hoc ē quod dicit apl's. Ro. 4. Signū accepit circūcisionis signaculū iusti/cie fidei: que ē i p̄putio: vt sit pater oium credē tiū. Huic dixerat deus Gen̄. 12. c. Faciā te i. gentem

gentem magnā ⁊ benedicam tibi ⁊ magnificabo nomē tuū: erisq3 benedictus. Benedicam benedicentibus tibi: ⁊ maledicā maledicētib⁹ tibi: atq3 benediceř i te vniuerse cognatões terre De cuius ꝓmissionib⁹ a deo sibi factis pleni⁹ suo loco dicem⁹. Nūc vo hoc tm̄ cōcludē suffi ciat: q̄ circūcisionis mandatū Abrahe deus de dit: q2 erat fidelissimus amicissimus ⁊ obediētissimus: sicut p3 legentibus sacrā scripturam.

Quod obseruatus ē debitus ordo in instrumento circuncisionis. Cap. 2.

Secūda conclusio dicitur obseruatōis. Obseruatus eteni ē debitus ordo i hu ius sacramēti dispensatione: q2 fiebat cū debito instrumento. s. cum cultello petrino. Unde Josue. 5. c. dominus ait. Fac tibi cultros lapideos ⁊ circūcide filios israel. Ubi dicit Ricardus. q̄ hoc non erat necessarium nisi in casu speciali. Et secundum Ugonem. li. primo. de sacramentis parte. 12. c. 2. cultellus de petra factus significat christum. De quo dicit apostolus. i. Cor. x. Petra aūt erat christus: propter quem ab electis omnis erat abscindenda corruptio. Fiebat insuper circuncisio octaua die: vt patet ex dictis in prima conclusione. Et si dicatur. Hoc non est verum: quia habetur Josue. 5. Populus qui natus est in deserto per quadraginta annos in itinere latissime sollitudinis incircuncisus fuit: ⁊ postea circuncisi sunt a Josue in galgala: ⁊ ista dilatio circūcisionis non fuit secundum legem eis imputata in peccatum. Respondet Ric. ex glo. Aug. q̄ cum illis fuit dispensatum inspiratione diuina triplici de causa: vt non tenerentur circuncidi in deserto. Na3 vt habetur Numeri. 9. quādo nubes eleuabantur: de tabernaculo debebant proficisci. Et quia non presciebant facturam eleuationem nubis: non potuissent sine nimio grauamine proficisci quando de nouo essent circuncisi. Ideo dispensatum fuit cum eis vt non tenerentur circuncidi in deserto. Et etiam q2 dum erāt in deserto: in quo non alij habitabant cum eis erant sufficienter distincti ab alijs populis. Quare autem circuncisio fiebat octaua die: triplex ratio assignari potest.

Prima ratio est secundum intellectum tropologicum.
Secunda ratio est secundum intellectum analogicum.
Tertia ratio ē ꝯm intellectum historicum.

Prima ratio est ꝯm intellectum tropologicum: ⁊ est ista. Ut octo dies a ccipiantur p̄ octo que requirunř ad circūcisionem spūalem.

Primū est peccati cognitio.
Scdm ē ꝓpositum deserendi malū: ⁊ faciendi bonum.
Tertium ē pudor de peccato.
Quartum est timor de futuro iudicio.
Quintum est contritio.
Sextum est confessio.
Septimum ē spes venie.
Octauum ē satisfactio.

In quibus omnibus velut in octo diebus peccator iustificatur.

Scda rō ē ꝯm itellectū anologicū: quā tāgit Ugo li. 1. de sacramētis. c. 2. dicēs. Octonari⁹ i sacra scriptura aliqn̄ tp̄s resurrectōis significat: qd̄ post p̄ntē vitā septē diebus currit. Seqt̄ aūt tp̄s gratie: in quo q̄si post sabbatu3 legis cēna bona deo seruiētib⁹ ꝓmittuř. Merito ergo circūcisio iussa ē fieri octaua die vt ondereř q̄ i tpe gratie corda circūcidēda erant p̄ emūdatione inigtatis: ⁊ in tpe resurrectōis corpa p̄ dpositōem corruptōis. Tertia rō ē scdm itellectū historicū: seu litteralem. Nam sicut dicit rabbi Moyses maxim⁹ phs ⁊ theologus iude⁹ puer i septē diebus tante teneritudinis ē: quante est adhuc i vtero matris. In octaua aūt die fortificatur ⁊ solidař. Et iō noluit deus ante octauu3 diē circūcidi: ne ob nimiā teneritudinē nimiū ledereř. Et ne pentes quo4 amor p̄ pcessum tpis crescit ad filios subtraherēt filios a circūcisione: noluit q̄ vltra octauū diē differreř. Sed circa hoc cōtingit dubitare: q2 vt dicit Ugo de sacramētis vbi supra: illi qui ante diē octauum decedebāt saluabanř i fide pentū: q ante octauā diē nō debebāt circūcidi. Et magister sniarum cōtrarium videř sentire. di. 1. quarti. vbi dicit q̄ necessitate mortis añ octauā dicit circuncidebāt. Ad quo4 cōcordiā dicit Ric. q̄ si circuncisio fiebat ex necessitate mortis ante octauā die3 suū habebat effectum: ⁊ tamen si nō fiebat propter timorē ne accelerarettur mors pueri puer saluabatur in fide pentum. Unde dicit Ric. q̄ nō ē consentiēdū magistro: q̄ tales pibāt sicut puuli q mō moriūtur ante baptismum. Noluit eni deus puerū obligari ad circūcisionem ante octauā diē. Si aūt querař quare mulieres non circūcidebantur: assignari possunt plures rationes. Prima rō est alexandri de ales in quarto volumine summe sue. ⁊ Ric. in declaratione littere. s. q2 corruptio nature p̄ quam pctm̄ ori-

ginale cõtrahiꝭ principalius fuit a viro ꝙ̃ a mu
liere. Nã si Adaȝ nõ peccasset postꝙ̃ Eua pec
cauerat: peccatũ originale ꝓles eius nõ contra/
xisset. Secũda ratio est eorũdẽ: qꝛ mulieris mẽ
bruȝ ꝟtuti generatiue deseruiens nõ est aptuȝ
circũcisioni sicut virile membrũ. Tertia ratio ẽ
ꝭm eosdeȝ: ꝙ circũcisio data fuit in signũ distin
ctiuũ. Et qꝛ vir est caput mulieris: vt dicitur. i.
Cor. 9. ideo sufficiebat ad populi fidelis distin
ctioneȝ signaculũ datũ viris. Hugo ꝟo de sacra
mentis libro primo parte. 12. aliã assignat ra/
tionẽ dicens: ꝙ in sacra scriptura per masculi/
nuȝ sexũ animã: ꝑ muliebrẽ ꝟo carnẽ significa
ri solet: vt ostenderetꝭ ꝙ illa exterior circuncisio
animabus sanctificationẽ contulit: sed carni nõ
abstulit corruptionem.

Qꝺ cõuenienter multis rationibus Cessare
debuit circuncisio. Capitulũ. 3.

Ertia cõclusio diciꝭ cessationis. Ubi
de cessatione circũcisionis inquiri de/
bent ꝛ considerari ꝑmaxime tria.

Primũ rationis euidentia.
Secundũ temporis circũstantia.
Tertiũ digna obseruantia.

Primũ cõsiderãdũ diciꝭ rationis euidentia
s. ꝙ rõne circũcisio debuit cessare: ꝭm illud aplĩ
ad Gal. 5. Si circũcidimini: xp̃s vobis nil ꝓ/
derit. Et ad hoc rñdet Alex. de ales in. 4. vo/
lumine summe: ꝛ Rica. vbi supra: qꝛ sicut dicit
apl's. i. Cor. 13. Cũ venerit qꝺ perfectũ est: eua
cuabiꝭ qꝺ ex ꝑte est. Sȝ baptism⁹ ẽ ꝑfectior me
dicina ꝙ̃ circũcisio: ꝛ ꝙ̃tũ ad significationeȝ: et
ꝙ̃tũ ad glorie collationẽ: ꝛ etiã ꝙ̃tũ ad amplio/
reȝ sui onsionẽ. Significat. n. sanationẽ morbi
expressius: ꝛ cõfert gratiã abundãtius. Et etiã
qꝛ est sacramentũ cõmune: qꝛ sibi nõ appropiat
nec sexũ nec gentem. Unñ ad Gal. 3. apl's ait.
Quicũqȝ in christo baptizati estis xp̃m indui/
stis. Nõ est iudeus nec grecus: nõ est seruus
nec liber: nõ est masculus nec femina: oẽs vos
vnũ estis in xp̃o. Ideo nõ est amplius circũci/
sio cõueniens nec necessaria. Secũdũ cõside
randũ diciꝭ temporis circũstãtia. Nã vt dic. Ri
ca. legalia habuerũt virtutẽ suã ꝛ ꝟuari debue/
runt vsqȝ ad passionẽ xp̃i: sȝ in passione xp̃i viȝ
suã amiserãt. Cui attestaꝭ qꝺ dicit saluator Jo.
19. Consummatũ est. Tamẽ post passionẽ ante
tempus diuulgati euãgelij licitũ fuit illis qui de
iudeis cõuertebanꝭ ad fidem ꝟuare legalia: nõ
spẽ ponendo in eis: sed ad euitandũ scandalũ:
ꝛ vt lex deduceretꝭ ad tumulũ cũ honore: ne ac si
semꝑ mala fuisset videretꝭ repudiari. Post tẽ/
pus vero diuulgati euangelij nulli fuit licitum
seruare illa legalia. Hinc est ꝙ Paul⁹ vt ha/
betur Act. 6. circũcidit Timotheũ: qꝛ nonduȝ
erat diuulgatũ euãgeliũ: ꝛ ne iudeos scandali/
zaret: qꝛ Timotheus erat de matre iudea. Titũ
vero qꝛ simpliciter erat gentilis circũcidere no
luit: vt in circũcisione Timothei ostenderet sa/
cramenta legalia nõ debere dãnari: ꝛ i hoc ꝙ
Titũ circũcidere noluit ostenderet ea nõ esse ne
cessaria. Tertiũ considerandũ diciꝭ digna ob
seruantia. Uoluit. n. domin⁹ noster iesus chri/
stus dignã circuncisionis legẽ obseruare. Qꝺ
cõuenienter factũ ostendit Alex. in quarto pro
pter sex causas. Prima causa est vt ostenderet
se esse filiũ Abrahe cui data est circũcisio: et cui
predictũ erat Geñ. 22. Benedicenꝭ in semi/
ne tuo oẽs gentes. Semẽ aũt istud est xp̃s: vt
diciꝭ ad Gal. 4. Unñ cũ tota posteritas Abra/
he circunciderentur: nõ crederetꝭ christus esse fi
lius Abrahe: nec ille in quo implende erãt pro
missionesꝭ: nisi fuisset circuncisus. Secũda cã
fuit: vt per subiectionẽ suaȝ nos a seruitute le/
gis absolueret. Tertia causa fuit: qꝛ noluit sol
uere legẽ: sed adimplere ꝛ terminare. Quar/
ta causa fuit: vt se ostenderet principiũ ꝛ causaȝ
sanctificationis: que fiebat ꝑ tria remedia cõtra
peccatũ. s. ꝑ sacrificia a tempore Abel vsqȝ ad
Abrahã: ꝑ circũcisionẽ ab Abrahã vsqȝ ad xp̃ȝ
a xp̃o ꝑ baptismũ in nouo testamẽto. Unñ de/
cuit xp̃m esse baptizatũ ꝛ circũcisum ꝛ oblatuȝ.

Quinta cã fuit: vt esset frater iudeoꝝ: vt ostẽ
deret se eẽ illũ de quo Moyses dixit. Prophe
tam suscitabit vobis deus de fratrib⁹ vestris:
ipsum audite Deut. 18. Sexta cã fuit: ne iu/
dei occasionẽ haberent ipsum nõ recipiẽdi nisi
esset circũcisus. Uide ergo ő rationalis crea/
tura quanta fuit hodie humilitas incarnati filij
dei. Intuere quãta sit charitas eius ꝙ nõ ꝓpter
se: sed ꝓpter te voluit circũcidi. Cõtemplare ꝗ̃li
ter hodie innocentẽ sanguinẽ cepit effundere.
Inspice quãdo accipiꝭ ex manib⁹ matris vt du
catur ad circũcisionẽ. Audi matrẽ dicentẽ Jo
seph ꝙ forte cũ portabat. Sit tibi cõmissus fili⁹
meus paruulus vt ꝙ̃ leuius fieri possit circun
cidatur. O virgo sanctissima ꝛ de filio tuo tene
ra ꝙd facies quãdo filiũ tuũ videbis a planta pe
dis vsqȝ ad caput totaliter vulneratũ sanguine/
qȝ irrigatuȝ. Remanet in tuguriolo mater ex/
pectans filiũ circũcisuȝ. O anima fidelis ꝯpate
re dilecto tuo. Quando eni circuncidebaꝭ: plo
rabat

rabat: flebat: lachrymabat: clamabat dicens. a. a. a. quasi diceret. Anima mea: ꝓpter tua pec/cata hanc penã sustineo: ꝓpter tua peccata san/guinez fundo. o anima. Sz multo meiora ꝓ te facere suz paratus: qr amore tuo langueo: amo re tuo vulnerari ꝛ crucifigi cõcupisco: sz temp⁹ expecto cõueniens ꝛ idoneũ. Reportaẗ filius matri quẽ plangentẽ pre dolore ista stringit ad pectus: cõsolaẗ cũ blanditijs Vgo pijssima: ꝛ la cte pascit Vgineo: ei tñ dicere poterat: ꝛ nõ sine lachrymis. O sacratissime fili: in quo nullum reperiẗ peccatum: hodie ꝓpter peccatores tan/ q̃ꝫ peccator vulneratus. Hodie de tuo corpore cũ dolore sanguis effluxit. Hodie violentã pe/naz pro hominib⁹ subire cepisti. O fili mi deli/cate. Et huiusmodi Vbis dilectũ iesum osculã/do alloquebatur. Nos vero matrẽ cũ filio ve/neremur: ipsamqꝫ matrẽ deprecemur humili/ter: vt dignetur filiũ suũ nobis ꝓpiciũ facere ꝑ meritũ sue circũcisionis: qui est benedictus in secula. amẽ.

In festo epiphanie ſmo de eadem.
Fructus. 29. Jesum adorant reges.

Vidim⁹ stellam eius in oriente: ꝛ venim⁹ adora rare eũ. Scribunẗ h̃ Vba Ma/the. 2. c. ꝛ in euãgelio p̃sentis so lemnitatis. Ne putarent homines xp̃m nõ eẽ deũ: cuius natiuitas a pastorib⁹ tanq̃ꝫ a simplici bus fuerat reuelata: aduocati sunt reges ꝛ sapiẽ tes p̃moniti miraculo nouo stelle apparentis: q xp̃m natũ in hierusalẽ querunt adorare: ipsum qꝫ ibi nõ inuenientes nõ destiterũt a cepto pro posito: ꝛ exeuntes hierosolymã stelle ducatũ se cuti sunt: que illos ad p̃sepiũ duxit. Ubi christũ videntes pannoꝝ viliũ paupertate cõclusuz: tã q̃ꝫ deũ pro hominũ salute incarnatũ sũt venera ti. Hoc nobis sacramentũ pie cõtemplandũ p̃/ponit hodie sancta mater ecclesia. Ubi et nos studia nostra debem⁹ apponere: vt simul cum his regib⁹ xp̃m inueniamus dicẽtes cuz ipsis. Uidimus stellã ei⁹ in oriente. i. spũs sancti gra tiã: qua illustrati sum⁹ ꝑ patriarchaꝝ oracula: ꝑ ꝓphetaꝝ testimonia: ac ꝑ sanctoꝝ omniũ docu menta: vt cognoscam⁹ xp̃m filiũ dei affectuosa mente a nobis fore colendũ. Et venim⁹ adora re eũ. In qbus Vbis fructus occurrit declarã/dus: q est. Jesuz adorãt reges. Pro cui⁹ intel/ligẽtia de his regib⁹ tria mysteria ꝯsiderabim⁹

Primũ dicitur illuminatio.
Secundũ diciẗ affectio.
Tertiũ dicitur deuotio.

Quod magi illuminati fuerunt apparitione stelle. Capitulum. .I.

Primũ mysteriũ cõtemplãdũ diciẗ il/luminatio: de quo fit mẽtio in euãge/lio vbi diciẗ ꝙ magi isti fuerũt illumi nati vt crederẽt in xp̃m apparente eis stella mi/raculi. Ubi tres cõclusiones sunt notãde.

Prima diciẗ nominationis.
Secũda diciẗ apparitionis.
Tertia diciẗ cõditionis.

Prima cõclusio diciẗ nominatõis. Isti. n. reges nominanẗ magi. i. malefici. Uñ Exo. 8. malefici Pharaonis dicunẗ magi. Dicit. n. Criso. istos fuisse maleficos: sed postea cõuer/sos. Quibus dñs voluit natiuitatẽ suã reuelare Uel dicunẗ magi quasi illusores: qr Herodẽ illuserunt. Rabanus Vo dicit. Magi sunt qui de singulis reb⁹ philosophanẗ. Unde magus idẽ est qᵭ sapiens. Nam ꝑ se magus: hebraice scriba: grece phs: latine Vo sapiens diciẗ. Uñ ꝛ magi quasi sapientia magni. De his sic dicit Remigius. Sciendũ est autẽ ꝙ varia ẽ de ma gis opinio. Quidaz. n. dicunt eos fuisse chal/deos. Et chaldei pro deo stellã colebãt: ꝛ iccir/co dixerũt: ꝙ nũcupatio eoꝝ deoꝝ ostenderit ve rũ deũ natũ. Alij dicũt psas eos fuisse. Nõnul li dicũt illos de vltimis finibus terre fuisse. Alij Vo asserũt eos fuisse nepotes Balaaz: qᵭ ma/gis est credẽdũ. Balaã. n. inter cetera q̃ ꝓphe tauit dixit Numeri. 24. Orieẗ stella ex Jacob ꝛ exurget homo de israel. Illi Vo per hanc ꝓ/phetiam mox vt viderũt stellã nouã intellexerũt regẽ natũ: ꝛ venerũt adorare eũ. Hec Remi/gius. Secũda ꝯclusio diciẗ apparitionis. Se cundũ. n. qᵭ dicit Criso. sup Math. qdã secre toꝝ inspectores de genere Balaã elegerũt de seipsis duodecim. Et si qs moriebaẗ filius ei⁹ aut aliquis ꝓpinquoꝝ in ei⁹ loco substituebaẗ: ꝛ ꝑ singulos annos certo tempore sup montez victorialẽ ascendebãt: vbi trib⁹ diebus orabãt deũ vt eis stellã illã quã Balaã p̃dixerat osten/deret. Quadã autẽ vice dũ sic ibi manerẽt tres reges: stella quedã ad eos sup montẽ venit: q̃ habebat formã pulcherrimi pueri: sup cui⁹ ca/put crux splendebat: q̃ magos allocuta est dicẽs Ite velocius in terrã iuda ꝛ regẽ quẽ queritis natũ inuenietis. Tertia cõclusio diciẗ cõditio nis. Fuere nãqꝫ ſm Remigiũ multi q dixerũt stellam illã spiritũ sanctũ fuisse: qui sicut discipu

Quinto tactus ꝑficiet: atq3 inexplicabili delectatione iocundabit. Quia nempe iocūdissima suauitate adherebit deo: hinc est ꝙ corpori suo iunctus hanc iocundissimā adherentiā illi impartiet. Sed q2 anima gloriosa erit in toto suo corpore gloriosa: hinc est ꝙ gloriā suā toti corpori cōmunicabit ꝑ experientiā tāti altissimi ⁊ gloriosissimi sensus: ꝙ in p̄senti vita nō pōt bn̄ itelligi aut credi: nisi ab illis q̄ ꝑ priuilegiū singulare toto corpore aliquā diuinā dulcedinē experimentalit̄ experti sunt. Talis autē ꝑfectio predictorū ꝓcedet: q2 voluntas subiecta deo corpori ⁊ eius sensibus ad libitū imperabit. Corp⁹ vero cū sensib⁹ suis anime sicut anima deo obediet.

Ertia consideratio est de amena patria omnes beatos locāte. Nā vt dic̄ Paulus ad Ro. 13. Que sunt a deo ordinata sunt. Et Ari. 7. phisi. 3. c. Nihil inordinatū que natura ⁊ secundū naturā sunt. Et iconomicorū li. i. in fine. Oportet vnūquodq3 loco suo poni. Propterea omnipotens de⁹ locū mirificū ad habitandū nobis p̄parauit: celū videlicet empyreū. Celū nāq3 istud inquit Boñ. in. 2. di. 2. est locus spiritualiū substātiarū ⁊ locus corporū glorificatorū. Verū philosophi de hoc celo nihil sunt locuti: tamen via naturali etiā poterimus hoc celū pcipere. Scriptura vo sacra illud exprimit cū ait. In principio creauit deus celū et terram

⁊ terrã. Nicolaus de lira exponit de empyreo. Et hoc ꝓbat ꝑ litteraꝫ sequentē: qꝛ firmamētuꝫ ⁊ celũ aqueuꝫ facta sunt secũda die. Et damascenus hoc exponit. In principio creauit deus celum ⁊ terrã: idest sine stellis sperice forme. Qđ autē illud celũ sit ponēdũ vt dicit Boñ. vbi. s̄. triplex ratio persuadet.

Prima est ꝑfectio vniuersi.
Secũda est ꝓpter motũ firmamenti.
Tertia est habitatio hominis beati.

Et quoniã finis imponit necessitatē his que sunt ad finē ꝓpter perfectionē vniuersi necesse est ipsum esse vniforme: qꝛ cũ sit celũ luminosuꝫ difforme si nõ esset vniforme nõ esset vniuersum cõpletũ. Propter motũ firmamenti ponēdum est ipsum esse imobile: vt motus mobilis fiat circa imobile: scilicet centrũ: ⁊ intra cõtinēs immobile: ⁊ locans. s. empyreũ. Nã Ari. dicit in secundo de celo ⁊ mundo: capitulo q̃rto. In quolibet genere mobile supponit imobile: quia omne fluxibile a quo fluxus deriuat̄. Sed corpus celi siderei est mobile: ergo supra illud de nccẽitate est ponere vltimũ corpus qđ sit imobile: hoc q̄dē est empyreũ. Itē decimo metaphisice capitulo secũdo. ⁊ li. secũdo celi ⁊ mũdi. quarto capitulo. ⁊ in arismetrica in multis locis. In quolibet genere in quo est ponere infimũ ⁊ mediũ: est ponere supp̄remũ. Sed gradus in corporibus attendit̄ secũdũ gradus ꝑspicui ⁊ lucis Sed inuenit̄ corpꝰ opacuꝫ simpliciter: vt terra: ⁊ secũdũ totũ opacuꝫ. Ergo si cõplementũ est in corporibꝰ debet esse corpꝰ simpliciter ⁊ secũduꝫ totũ luminosum. Propter etiã habitationē hominis beati ponendũ est ipsum luminositatis ꝑfecte: vt habitatio congruat suo habitatori. Nã cũ aliquis locꝰ tenebrosus debeat̄ dãnatis: per oppositũ lucidus debet̄ beatis. Procedet autē leticia beatis ꝓpter tria.

Primo ꝓpter loci luminositatem.
Secũdo ꝓpter loci puritatem.
Tertio ꝓpter loci magnitudinem.

Primo beatis ꝓcedet leticia ꝓpter loci luminositatē: qꝛ dicit Scotus in. 4. dist. 49. Illud celũ erit lumine plenissimuꝫ: ⁊ omni iocũditate gratiosum. Ideo clamat Tobias. 13. Beatus ero si fuerint reliquie seminis mei ad videndaꝫ claritatē hierusalē. Certe si esset possibile vnaꝫ animã videre gaudia illius vite certissime despiceret infinita gaudia huius mũdi. Vñ Augusti. li. 4. de li. arbi. inquit. Tanta est aũt pulchritudo iusticie: tãta est iocũditas lucis eterne hoc est incõmutabilis veritatis atq̄ꝫ sapientie: vt etiã si in ea nõ liceret ampliꝰ manere q̄ꝫ vniꝰ diei hora: ꝓpter hoc soluꝫ innumerabiles anni huius vite pleni delitijs ⁊ affluentia temporalium bonoꝝ recte meritoq̄ꝫ cõtemnerent̄. Nõ enim prauo aut falso affectu dictũ est. Quoniã melior dies vna in atrijs tuis sup̄ milia. O igitur ceci mũdani q paradisum facitis de hoc mũdo: q est paradisus asinorum. Sursum corda. Hinc est qđ Augu. in libro soliloquioꝝ illam patriã cõsiderans magna cũ dulcedine dicebat O regnũ eternuꝫ: regnũ omniuꝫ seculoꝝ: vbi lumen indeficiens: ⁊ pax dei que exuperat omneꝫ sensum: in qua sanctoꝝ anime requiescunt ⁊ leticia sempiterna sup̄ capita eoꝝ: gaudium ⁊ exultationē obtinebũt ⁊ fugiet dolor ⁊ gemitus O q̄ꝫ gloriosum est regnũ quo tecũ dñe regnãt oẽs sancti: amicti lumine sicut vestimēto: habētes in capite suo coronã de lapide p̄cioso. O regnũ beatitudinis eterne: vbi tu dñe spes sanctoꝝ ⁊ corona glorie facie ad faciē videris a sanctis: letificans eos vndiq̄ꝫ in pace tua q̃ exuperat omneꝫ sensum. Vbi gaudiũ infinitũ: leticia sine tristicia: salus sine dolore: vita sine labore: lux sine tenebris: vita sine morte: omne bonuꝫ sine omni malo. Ibi iuuentus nunq̄ꝫ senescit: ibi vita terminuꝫ nescit: ibi decor nũq̄ꝫ pallescit: ibi sanitas nunq̄ꝫ marcescit: ibi gaudiũ nũq̄ꝫ decrescit: ibi dolor nũq̄ꝫ sentit̄: ibi genitꝰ nũq̄ꝫ auditur: ibi triste nihil videt̄: ibi leticia semp̄ habetur: ibi malũ nullũ timet̄ quoniã summũ bonuꝫ possidet̄: qđ est semp̄ videre faciē dñi v̄tutũ. h̄ ille. Nõ oportet ibi q̃rere oleũ ꝓ lucerna vt luceat in ea. Nã claritas dei illuminabit illã: ⁊ lucerna eius est agnꝰ ⁊ ambulabũt in lumine eiꝰ.

Secũdo procedet beatis leticia ꝓpter loci puritatē. Nõ erũt ibi caligines: nõ luti: nõ fetores nõ calores: nõ frigora: nõ malicia: nõ paup̄tas nõ tormēta ⁊ odia: sꝫ tota puritas: sanctitas: leticia. Apoc. 21. Nõ intrabit in ea aliq̄d coinq̄tatuꝫ: ⁊ sciens ab hominationē ⁊ mēdaciũ. Et Aug. de vanitate mũdi. Nõ erũt ibi fames neq̄ꝫ sitis: nõ frigus: nõ estus: nulla t̄ēptatio aut peccandi voluntas. Tertio ꝓcedet beatis leticia ꝓpter loci magnitudinē. Si q̄s velit cõprehendere magnitudinē illius patrie superne: incipiat ab his inferioribꝰ numerare: qꝛ Ro. 1. c. scribitur. Inuisibilia dei a creatura mũdi. ⁊c̄. Cõsidera ꝙ p̄mo terrã: aquã: aerē: ignis: speraꝫ: ⁊ lunã: mercuriũ: solē: venerē: martē: iouē saturnũ: stellatũ cellũ: ⁊ cristallinũ ⁊ celũ empy/

reū. Istoꝝ nãq3 quodlibet alteꝝ in decuplo superat in magnitudine ⁊ pulchritudine. Hiere. 3.c. O israel q̃3 magna est domus dei: ⁊ ingẽs locus possessionis eius. Aug. de vanitate mūdi dicit. Nil hoc loco magnificentius: nil gloriosius: nil purius: nil verius nil ista bonitate sincerius: nil abundãtia copiosius. Exēplū de tēplo Salomonis ⁊ regine austri. 3. Regū. x. c. Istud autē regnū est regnū omniū seculoꝝ3 et absq3 fine. O beati q habitant in domo tua domine in secula seculoꝝ laudabunt te. Et Aug. li. soliloquioꝝ inquit. O patria nostra patria secura: te a longe videmus: ab hoc mari te salutamus ab hac valle ad te suspiramus: ⁊ nitimur cū lachrymis: si quãdo ad te perueniamus.

Quarta cõsideratio est de societate iocunda gaudiū augmentante: qđ p3 ex tribus.
Primo ex societatis multitudine.
Secūdo ex societatis nobilitate.
Tertio ex societatis amicabilitate.

Primum gaudium erit ex societatis multitudine: q2 tanta erit ibi multitudo regu3 ⁊ reginaru3: sanctoꝝ ⁊ sanctaꝝ ⁊ angeloꝝ ꝙ nõ sine magno tripudio videri poterūt Apoc. 7. Vidi turba3 magnam q̃3 dinumerare nemo poterat ⁊c. Secundū gaudiū erit ex societatis nobilitate. O q̃3 mirabile erit videre tot mirificos sanctos ⁊ sanctas: videre xp̄m ⁊c. Ideo Hierony. ad Eustochiū. Quotiēs te vana seculi delectat ambitio: quotiens ibi vides aliqd gloriosum: ad paradisum mente trãsgredere: ⁊ eē incipe qđ futura es. Egredere paulisper de carcere corporis tui: ⁊ p̄sentis laboris mercedē ante oculos depinge: quã oculus nõ vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Tertiu3 gaudiū erit ex societatis amicabilitate. Nũquid in patria illa vnū est ⁊ equale omniū meritum. Certe nõ. Na3 Ioh. 14. dicit. In domo patris mei mansiones multe sunt. Glo. Idest diuersa p̄mia meritoꝝ. Et. i. Cor. 15. Stella differt a stella in claritate. Hoc tamē intelligēdū est secundū Ric. in. 4. di. 49. cū discretiõe. In beatitudine nãq3 est considerare beatitudinis obiectu3. s. bonū increatū: qđ ⁊ idē existens ab omnibus participat: ⁊ etiã ipsam dispositionē beatoru3: per quã istud bonū clare videndo: ⁊ pfecte intelligendo ipsum participant. Ex parte quidem eiusdē obiecti participati vnus nõ est beatior alio: q2 ꝓpter merita capacior nõ est. O mirãda suauitas. Dicit quippe Scotus in. 4. dist. vlti. ꝙ tãta est charitas inter ipsos: ꝙ vnus participat de bonnis omniū ⁊ q̃uis naturali amore quilibet plus se diligat q̃3 aliū: ⁊ plus deu3 actu elicito: tamē tãta erit delectatio societatis: ꝙ quilibet nõ minus vellet pro alio bona q̃3 pro se. Si eni3 in hoc mūdo multi posuerūt corpus i morte pro amico: certe multo maior charitas erit ibi Vnde Ansel. Perfecta charitate innumerabiliu3 angeloꝝ ⁊ hominū ibi nullus minus diliget aliū q̃3 seipsum: nec aliter gaudebit quisq3 pro singulis q̃3 pro seipso. Vñ i paradiso sunt tres qualitates sanctoꝝ. s. maioꝝ: minoꝝ: ⁊ equaliū Qui sunt in equali gloria: reduplicant eoꝝ gloria3 ab omni parte: q2 cognoscūt se amari a quolibet equali mensura. Maiores vero reduplicãt eoꝝ gloria3 ab omni parte: q2 cognoscūt se amari tantū q̃tū amant. s. q2 gaudent de eoꝝ gloria pro quolibet sicut de sua ꝓpria. Minores vero reduplicant eoꝝ gloria3 per eoꝝ amorē: ⁊ magis cognoscūt illos se gloriosiores: ⁊ isti minores vident aliquē ex gradibus se gloriosiore3: aliq3 centū: ⁊ hōmi infiniti: ⁊ ꝓ q̄libet reduplicant quot vicibus cognoscūt illos gloriosiores se. Ex quo accidētaliter gloria i scis multiplicabit.

Quinta ꝯsideratio est de liberatione certissima ab omni pena tristante. Erunt enim liberi a triplici periculo.
Primo a peccato.
Secūdo a mundo.
Tertio ab inferno.

Primo a peccato erūt ita liberi: ꝙ amplius peccare nõ poterūt. O q̃tus ē suis dei timor i hac vita: vt dicit Aug. in lib. de ci. dei. 22. c. 22. ne in peccatū ruant. Ibi aute3 timere nõ expedit. Secūdo a mundo ⁊ suis malis. Non. n. erit caro aduersus spiritū: nõ diabolus tentans nõ pericula aliqua. Ideo Apoc. 7. dicit. Non esurient: neq3 sitient amplius. ⁊c. Ideo bern. dicit. O felix anima: q̃ fetulente carnis superata miseria in huius sapientie lumine requiescit. Ideo Paulus Ro. 8. c. dicebat. Infelix ego hõ qs me liberabit de corpe mortis huius. Et Aug. li. soliloquioꝝ dicit. Felices q de naufragio vite p̄sentis ad tãta gaudia iam puenire meruerunt. Infelices nos ⁊ miseri: q p huius maris fluctus magnas ⁊ pīculosas voragines trahimus nauē ignorãtes an ad portū salutis puenire valeamus. Infelices inquã quoꝝ est via in exilio: vita in periculo: finis in dubio nesciētes finē nostrū: q2 omnia in futuꝝ reseruant incerta: ⁊ adhuc in pelagi fluctibus versamur suspirantes ad portū. hec ille. Tertio ab inferno vi

debunt

debunt se liberatos: ⁊ a tanta miseria: vbi sem/piternus est horror: ⁊ dānati cruciant̄. Ex qb⁹ omnibus colligit̄ q̄ cantabunt ⁊ glorificabunt deū. Sed quomodo in celo possit cantari: mul/tis nō est clarū: cū dicat. Damascenus de ange lis. Cōsilia s̄mone sine voce ꝓlato. Et Esa. cō tradicere videt̄. 6. c. Clamabant alter ad alterū: sanctus sanctus sanctus. Ad hoc dicit Bona. in. 2. di. 2. q̄ in paradiso erit laus mētalis ⁊ vo calis. Patet hoc: q̄r multi sancti ab angelis cuꝫ laudibus vocalibus sunt delati. Sed tamē tu/tius est dicere q̄ erit in angelis mentalis: in ho minib⁹ v̄o vtraq̄ꝫ: vt totus hō ferat̄ in laudē di uinā. Et si q̄rat̄ quō pōt hoc esse: dicit q̄ illa for matio vocis nō fiet p̄ spirationē ⁊ respirationē: sed p̄ aerē: q quasi naturaliter erit beatis cōplā/tatus: sicut patet in qbusdā animalib⁹: vt in api bus. Vel certe ita deseruiet empyreū glorifica/tis sicut aer corporib⁹ nō glorificatis. Si ꝯside remus ergo fratres charissimi dicit Grego. in omel̄. q̄ ⁊ q̄ꝫta sunt q̄ nobis promittuntur in ce lis ⁊c̄. vsq̄ꝫ ibi: munere letari. Ad q̄ nos p̄du/cat ille q viuit ⁊ regnat in se. se. amē. Finis.

Incipit tractatus de diuina charitate cōpilat⁹ per reuerendū sacre theologie doctorem magi/struꝫ Robertū de Licio ordinis minorū: i quo ostendit̄ cuꝫ omni veritate sacrosancte scripture qualiter deus benedictus q̄ꝫtū in se est omnib⁹ peccatorib⁹ offert indulgentiā ⁊ remissionē pec catorū: neminē excludens a salutis via.

Enite ad me

oēs qui laboratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiā vos. ver ba sunt redēptoris nr̄i iesu xp̄i originalit̄ Math. xi. c. Inestimabilē charitatē dei q̄ hoies diligit īpugnāt sepenumero hi q a pec/catis desistere nolūt. Ipsi nāq̄ꝫ ipio ac sacrile/go ore suo asserūt optimū deū fore cām dāna/tionis corū: q̄si nec hois merita in aliquo ꝓsint: nec ipsis iniq̄s sua malicia valeat iputari. Hoc errore illusi pleriq̄ꝫ audaciaꝫ in malo p̄seuerādi suscipiūt: penitentiāq̄ꝫ negligūt delictorū suorū. Nihil inqūt interest q̄lis q̄sq̄ꝫ sit siue bon⁹ siue malus: cū de⁹ quosdā sic habeat odio: vt etiam post diuturnā i v̄tutib⁹ p̄manētiā reprobet: q̄s/dā aūt diligat vt frequētata ipietas sua: āntiq̄taq̄ꝫ malicia ipsos nō ꝓhibeat saluos fieri. Contra hmōi gen⁹ hominū acriter insistendū eē cēsui. Ad quorū cōfusionē decreui in p̄nti tractatu de charitate dei ad hoies: tam bonos q̄ꝫ malos co piosius dicere. Ostendā eq̄dē q̄ q̄ꝫtū est ex p̄te diuine clemētie nullus q̄ꝫtūcūq̄ꝫ sit scelestissim⁹ ac flagitiosus expellit̄ a salute: imo vt sic dicam oēs peccatores mūdi dulcissime blāde ⁊ amoro sissime inuitant̄ vt salui fiant: vt pꝫ in v̄bis ꝓpo sitis in themate nr̄o. Que v̄ba etsi a xp̄o clamā te in tēplo dicta sint: tn̄ extendunt̄ ad quoslibet peccatores: q sunt: vel erūt vsq̄ꝫ ad ꝯsummatio neꝫ seculi. Clamat itaq̄ꝫ dn̄s iesus xp̄s ex abū/dantia charitatis sue: ⁊ dicit. Venite. ⁊c̄. Vbi pro instructione nostra notare possumus septē ignitas flammas de diuina charitate erga mi/seros ingratosq̄ꝫ peccatores.

Prima dicit̄ facilitas: cū dicit Venite.
Secūda dicit̄ suauitas: cū dicit ad me.
Tertia dicit̄ generalitas: cū dicit omnes.
Quarta dicit̄ multiplicitas: cū dic̄ q laboratis.
Quinta dr̄ grauitas: cū subiūgit ⁊ onerati estis
Sexta dicit̄ p̄ciositas: cū dicit ⁊ ego.
Septia dr̄ gratiositas: cū concludit: reficiā vos

Et cum singulas has flammas difficile sit in vno sermone explicare: dicemus de ipsis in se/ptē sermonib⁹ bene distinctis. In hoc vero pri mo primā incipiamus elucidare flammaꝫ: que dicit̄ facilitas. Cuius sensus est: q̄ deus omni/potens neminē violentat neq̄ꝫ cogit vt salu⁹ aut reprob⁹ fiat: ⁊ cum oēs sint liberi facillime pos/sunt saluari. Que veritas sub triplici cōclusio/ne declaratur.

Prima dicit̄ voluntatis.
Secunda dicit̄ gratiositatis.
Tertia dicit̄ exemplaritatis.

Capitulū primū qualiter in libertate ⁊ libera omniū voluntate est vt saluentur vel damnent̄ ex quo cōcluditur q̄ si omnes mundi peccato/res volunt: possunt saluari: ⁊ si non saluant̄ im putatur ipsis.

Rima cōclusio dicit̄ voluntatis: q̄r cuꝫ omniū voluntas libera sit: quicunq̄ꝫ vo lunt saluari saluant̄: q vero dānari dam nantur. Possunt q̄ppe omnes bene ⁊ male fa cere sicut volunt. Nullus q̄ꝫ cōpellitur ad vtrū/q̄ꝫ. Probat̄ hoc p̄ Aug. li. 5. de ciuit. dei. c. x. vbi ait. Sunt nostre volūtates: ⁊ ipse faciūt qc/quid volendo facimus: siue bonū siue malū: qd̄ nō fieret si nollemus. Et idem in libro de libe/ro arbi. ait. Vasis ire nūq̄ꝫ deus redderet inte ritum: si nō spontaneū inueniretur homo habe re peccatuꝫ. Que verba ponuntur in decretis. 23. q. 4. cap. Nabuchodonosor. Et hoc idem

ꝓbat Aug. d. illud quod notatur. 15. q. i. c. me
rito. c. illa. c. ex volūtate. Et. 7. q. 1. c. sciēdum
Et. 56. di. c. nasci. Peccatū ē adeo volūtariuꝫ
quod si nō sit voluntariū nullū ē pctm̄. Idē di
cit Eriso. 32. q. 5. c. sicut. Sicut. n. pctm̄ inquit
opus sine volūtate nō facit: ⁊ iusticia ex ope nō
seruatur nisi volūtas fuerit. De hoc dicit etiaꝫ
Gratian⁹ de pe. di. 2. c. sicut nisi. Nec ad vi/
tia nec ad ꝟtutes necessitate trahimur: sꝫ volun
tate. Q ia tn̄ icludit elegātissime Hiero. in qō/
nibus ad Heluidiū. vbi sic ait. Hoies suo ar
bitrio derelicti sūt. Neqꝫ. n. bonū necessitate fa
ciūt: sed volūtate: vt credētes coronā accipiant
icreduli supplicijs mancipent̄. Et iteꝝ Hiero.
eodē loco. Deus equali cūctos sorte generauit
⁊ dedit arbitrij libertatem vt faciat vnusqſqꝫ ꝙ
vult: siue bonū siue malū. Et iteꝝ. Dedit hoi/
bus ptātem: vt vox ipsa disputet cōtra creatorē
suū: ⁊ cās volūtatis illi⁹ perscrutet̄. Hoc ēt cō/
firmat sapiēs Eccl̄. c. 15. c. cū dicit. De⁹ ab ini
tio cōstituit hoiem: ⁊ religt euꝫ in manu consilij
sui. Vn̄ patere pōt ꝙ hō sit liberi arbitrij. alio/
quin ſm Tho. prima pte sūme. q. 83. frustra es
sēt cōsilia: exhortatōes: ⁊ p̄cepta: ꝓhibitiōes: p̄
mia: ⁊ pene. Verūtamē ē sciēdū ꝙ quedā agūt
absqꝫ iudicio: sicut lapis mouet̄ deorsū: similit
oia cognitōe carentia. Quedā agūt iudicio: sed
nō libero sicut aialia bruta. Iudicat. n. ouis vi
dēs lupū eū eē fugiendū nāli iudicio ⁊ nō libe/
ro: qꝛ nō ex collectōe: sed ex nāli istinctu hoc iu
dicat. Et silr̄ ē de quolibet brutoꝝ aialiū. Sed
hō agit iudicio: qꝛ per vim cognoscitiuā iudicat
aliqd eē fugiendū vel ꝓsequēdū. Et qꝛ iudiciū
illud nō ē ex naturali istinctu in pticulari opabi
li sed ex collectōe rōis: iō agit libero iudicio po
tēs in diuersa ferri. Rō. n. circa cōtingētia hꝫ
viam ad opposita: vt pꝫ in dialeticis sillogismis
⁊ rhetoricis psuasionibus. Particularia autē
opabilia sūt quedam contingentia: ⁊ iō circa ea
iudiciū rōis ad diuersa se hꝫ: ⁊ nō ē determiate
ad vnū. Et pro tāto necesse ē ꝙ hō sit liberi ar/
bitrij: ex hoc ipso ꝙ ē rōalis. hec Tho. Cui⁹ ꝟ
bis congruit illud dcm̄ Tulij li. prio de offici/
is. vbi dicit. Inter hoiem ⁊ beluā hoc maxie i
terest: ꝙ hoc tm̄ q̄ꝫtuꝫ sensu mouet̄ ad illud so/
lū quod adest: quodqꝫ p̄ns ē se accōmodat: paꝝ
admodū sentiēs p̄teritū aut futuꝝ. Hō āt qm̄
rōis ē pticeps: p quā cōseq̄ntia. i. cās finales ⁊
cās reꝝ. i. principia videt: earūqꝫ ꝓgressus q̄si
antecessiōes nō ignorat: similes cōparat rebus/
qꝫ presentibus adiū gīt: atqꝫ ānectit futuras: fa

cile totius vite cursuꝫ videt: ad eāqꝫ regēdaꝫ p̄
parat res necessarias. hec ille. Ex qbus oibus
clarissimū ē: hoieꝫ id posse i bono ⁊ in malo qḋ
velit. Quinimo tāta ē hec libertas: vt nullum
agēs creatū possit ip̄ꝫ libeꝝ arbitriū cogē iuxta
illud Bern̄. in li. de li. ar. Volūtas ꝓ ingenita
sui nobilitate nulla cogitur necessitate. Ad hoc
tamē aduertēdum siue itelligendū ſm Bon̄. i
2. di. 25. ꝙ ē dupliciter loq de libero arbitrio.
Vel q̄ꝫtum ad actū exteriorē. Vel q̄ꝫtū ad ac/
tū iteriorē. Si aūt loquamur q̄ꝫtū ad actū exte/
riorē: respectu talis actus pōt iteruenire coactō
Pōt. n. qs cōpelli vt ipso nolēte genua coram
idolis flectat. Si loqmur q̄ꝫtum ad actū iterio/
rē q. s. ē velle eligere vel cōsentire: sic respcū ta
lis actus pōt libeꝝ arbitriū aliquo mō iduci: po
test ⁊ ipediri: sꝫ nullo mō cogi siue cōpelli. In
duci qdē pōt cū amat aliud a se: ⁊ qḋ isra se est.
Vnde p oblatōem huius rei amate pōt induci
ad cōsentiendū in aliquid multū efficaci psuasi/
one: p quē modū idolatre tētabant scōs marty/
res cōsentire idolatrie mō p̄mittēdo leta: modo
isligendo tristia. Ista tn̄ iductio longe distat a
coactōe: sicut ꝓbat ipse exitus: qꝛ nec blādimen
tis allici: nec tormētis terreri adeo potuerūt: vt
a ꝟitate iusticie mutarent̄. Et sic libeꝝ arbitriū
pōt iduci. Pōt ēt impediri ꝓpter iclinatōem ⁊
coniunctōem sui ad nām corporalē: q̄ possꝫ ali
qs aliū ita ledere: vt vsuꝫ liberi arbitrij amittēt
Coactio. n. ponit liberi arbitrij vsum ⁊ actum:
sꝫ ligatio ⁊ ipeditio tollit. Et iterum impeditio
ꝓuenire pōt ab iferiori. Coactio ꝟo a superio
ri. Et hinc ē ꝙ libeꝝ arbitrium: ⁊ si possit iduci
ab agente creato ratiōe boni exterioris amati.
⁊ possit impediri ratione corporis coniuncti: n̄
tamen pōt cogi respectu actus proprij. Sed
adhuc dubium venit in mentem quod declara
re ⁊ intelligere optimum ē ac delectabile. Pōt
nāqꝫ peccator quisqꝫ querere an liberuꝫ arbitri
um quod a creatura compelli non potest cogi
possit a creatore. Et videtur ꝙ sic. Nam Lu/
ce. 13. c. dicitur. Exi in vias ⁊ sepes: ⁊ compel
le intrare: vt impleatur domus mea. Si ergo
domū dei non contingit intrare nisi per vsum
liberi arbitrij: ⁊ dn̄s itrare compellit: videt̄ ꝙ
libeꝝ arbitrium cogat. Item Jo. 6. dicit̄. Ne
mo venit ad me: nisi pater qui misit me traxe/
rit illum. Sed tractus est motus violentus: vt
dicit phus: ergo liberum arbitrium violenta/
tur. Item prouer. 20. Sicut diuisiones aqua/
rum: ita cor regis in manu dn̄i quocunqꝫ vo/
luerit

lucerit imutabit illud. Sꝫ talis imutatio ē q̄daꝫ
coactio: ergo deus cogit libeꝝ arbitriū: quod si
veꝝ eēt: cōqueri possent pctōres de deo: pos/
sentqꝫ ad ip̄m clamare. O creator oipotēs cur
nos perire pmittis. Cur nos in errore nostro
relinqs. Cur tantam multitudinē a te sempiter
nis cruciatibꝰ deputandā nō cōpellis nō cogis
ad bonū. Tua ē potētia: tuū ē regnū: tua deni/
qꝫ bonitatis ois ⁊ dulcedinis abūdātia. Mise
rere nostri deus: ⁊ succurre volūtatibus peun
tiū. Volūtatē habemꝰ sed malū volumꝰ: malū
eligimꝰ: malū nos seqtur. Tu aūt ꝓpriam vim
inferas volūtati: q̄ si tu deus nō feceris: causa
certissime eris nostre pditōis. Sed ꝓfecto fra/
gile debileqꝫ ē tale pctōꝝ fundamētum: qm̄ qui
vitatē cognouerūt: asserūt nullo mō liberū ar
bitriū a deo cogi posse. Nā Augu. sup Gen̄.
ad litterā dicit. Nō pōt deus facere cōtra nām
quā bonā instituit: qm̄ nō pōt facere cōtra suā
volūtatē. Si ergo deus volūtarie liberum arbi
triū hoi dedit: ipossibile ē eum facere de libero
arbitrio cōtra inatam eiꝰ libertatē. Sed si ip̄m
cogeret: cōtra libertatem faceret: ergo liberū ar
bitriū a deo cogi ē impossibile. Itē aug. 19. de
ciuitate dei. dicit. Illud ē vnicuiqꝫ rei nāle: qđ
de ipsa facere disposuerit oipotētis volūtas: er/
go si nullū nāle ē violentū: nihil quod facit deꝰ
ē violentū. Si ergo ois coactio ē p violentiam
qcqd deus de libero arbitrio faciat nulla pōt si/
bi inferri violentia: ac p hoc nulla coactio. Ad
clariorem tn̄ noticiā huiꝰ vitatis dicit dominꝰ
Bon̄. i. 2. di. 25. Qđ cū queritur si liberū arbi
triū pōt a deo cogi. dupl'r pōt itelligi. Aut itaq̄
possit auferr̄ libertatē: ⁊ auferēdo libertatē idu
cere coactōeꝫ. Et hoc mō nulli dubiū eē dꝫ qui
deus possit hoc facere q̄ꝫtū est de imensitate sue
potentie. Alio mō vt itelligatur q̄ deꝰ cogit li/
beꝝ arbitriū salua libertatis ꝓprietate ⁊ eius nā.
Et hoc mō nō solum ē ipossibile: sed ēt nō itel/
ligibile: ꝓ eo q̄ iplicat duo cōtradictorie oppo/
sita. Ex hoc. n. q̄ libeꝝ ē: si aliqd vult libē vult
Ex hoc q̄ voluntariū ē: si aliqd vult volūtarie
vult: ⁊ seipso mouēte vult. Ex hoc aūt q̄ cogit̄
si qd vult seruiliter vult: ⁊ si qd vult iuite vult
⁊ si qd vult ab alio vult: q2 violentū ē cuiꝰ prici
piū ē extra nihil cōferente vim passo: ergo libe
rū arbitriū a deo cogi non ē aliud q̄ꝫ actū liberi
arbitrij simul ⁊ semel esse libeꝝ ⁊ seruilē: eē vo
luntariū ⁊ nō eē volūtarium: esse a se ⁊ nō esse a
se. Si ergo ē ipossibile quod claudit i se vtran
qꝫ ꝑtem contradictionis: non tm̄ ē impossibile

creature: veꝝ ēt creatrici essentie: q2 illud posse
nō est posse. Ad intelligētiā āt obiectoꝝ ē sci
endū q̄ differt dicere volūtatem induci: ⁊ volū
tatē mutari: ⁊ voluntatē cogi. Tūc eni iduci di
citur qn̄ aliqua psuasio ei fit qua disponit̄: ut ad
aliquod appetibile iclinetur: que si valde itēsa
fit nomē coactōis sortitur: q̄ꝫuis nō sit va coac
tio. Tunc aūt volūtas mutatur: quādo ipa no
lente vnū: potenti vtute affectio ei imittitur ad
contrariū: ⁊ de nolēte fit volens: ita q̄ vna affe
ctio expellitur ⁊ cōtraria iducit̄: sicut pꝫ cū deus
de amatore tpalium facit cōtemptorē: ⁊ hoc di
citur esse quedam cōpulsio ⁊ tractio diuina: vt
volūtas ab eo separet̄: cui per amoris glutinuꝫ
fortiter iungebatur. Tūc vo voluntas dicit̄ co
gi: qn̄ itelligitur ipsam iuitā aliqd velle: ⁊ repu
gnāte actu volūtatis deliberatiue: aliena vtute
mouente ⁊ repugnātia manēte ad aliqd volen
dū inclinari. Et hoc duo opposita iplicat. Vo
lūtas igitur induci pōt ab agente creato: muta
ri vo nō pōt nisi ab agente increato: sed cogi a
nullo. Cū igitur dicitur in scriptura deū volun
tatem hois cōpellere vel trahere uel mutare: in
telligitur nō q2 volūtatem cogat: sed q2 volūta
tē creatā nō solū inducit: sicut agens creatū: ve
rū ēt imutat imittendo affectōes varias. In q̄
imissione nō ē coactio: pro eo q̄ ita voluntarie
volo illud quod deus imitit: sicut illud qđ ex
meipso volo. Et si aliqd volo volens volo non
iuitus: ⁊ ita in volēdo ad nihil compellor. hec
Bon̄. Cū ergo libertas a coactōe in oibus eq̄
liter se habeat: quis de deo si ipsemet agit conq̄
ri pōt. Quis ēt suiipsius culpā i semetipso nō
reflectet. Quis ꝓpriā ⁊ volūtariam nequitiam
nō agnoscet. Nisi dicere velit adhuc aliquis q̄
deus minime rectū qd fecit: q2 hoieꝫ in liberta
te arbitrij voluit constituere. Sed ꝓfecto si be
ne sapiāt itelligēt nō inanē fore sniam illā q̄ di
citur Gen̄. c. 1. Vidit deus cuncta que fecerat
⁊ erāt valde bona. Ex qbus vbis Hiero. scri
bens ad paulinuꝫ dicit. Bonꝰ est deus ⁊ oia q̄
fecit bona sint necesse ē. hec ille. Sapiētissimꝰ
ergo reꝝ opifex oium ⁊ magister: cū hominem
conderet rōalem ad btitudinem: in tali statu eū
voluit eē in quo ad btitudinem puenies dei iu
sticia semp salua ⁊ misericordia laude honoris
⁊ glorie corona decoraret̄. Quō ergo hō potu
isset laudari q̄ malum non fecisset quod facere
non valebat. Inquit. n. Lactantius in. 6. li. di
uinaꝝ institutionum aduer. gen. Nulla laus ē
nō facere quod facere nō possis. Hic Hiero.

ad Demetriadem v͛ginē ait. Jam prouiden/
dū ē: ne forte illud remordeat te: in quo temere
īperitū vulgus offendit: vt ideo nō vere bene
sciā hoiem putes: eo ꝙ is malū facere potest:
nec ipsa nā astringat̃ ad imutabilis boni neces
sitatem. Nā si diligenter rem tractes ⁊ ad sub
tiliorem itellectū aīum tuū cogas hinc tibi me/
lior ⁊ supior hoīs status apparebit vnde putat̃
īferior. Jn hoc. n. gemini itineris discrimine:
ī hac vtriusq; libertatis pte: rōalis aīe dec⁹ posi
tū est. Hinc inq̃ totus nature nostre honor cō
sistit: hinc dignitas: hic premiū: hinc deniq; op
timi qq; laudem merent̃. Nec eēt hoīs vlla v͛
tus i bono pseuerantis si is ad ima transire nō
posset. hec ille. Nōnulli aūt obiiciūt his que di
cimus ex diuina p̃scientia que ē ifallibilis: ꝙ ip
sa necessitatē iferat actōibus hoīum. Quibus
respondem⁹ sibi p̃sciam eē: ⁊ hoies voluntate
nō necessitate ad bona vel mala iclinari. Vnd̛
Aug. li. 5. de ciui. dei. c. xi. dicit. Nullo mō co
gimur aut retēta p̃scia dei tollere volūtatis ar/
bitrio deū quod nephas ē: negare p̃sciū futuro
rū: sed vtrūq; cōplectimur: vtrūq; fidel'r ⁊ v͛a
citer cōfitemur. Jllud vt bene credam⁹: hoc vt
bene viuam⁹. Male aūt viuit̃ si de deo nō be
ne creditur. Vnde absit a nobis ei⁹ negare p̃
sciam vt libere velim⁹ quo adiuuāte sumus li/
beri vel erimus. Proinde nō frustra sūt leges
obiurgatōes: exhortatōes: laudes ⁊ vitupatio
nes: q̄ ⁊ ipsas futuras esse p̃sciuit ⁊ valent plu
rimū q̃tum eas valituras eē p̃sciuit. Et p̃ces
valēt ad ea ipetranda: que se p̃cantibus cōcessu
rū eē presciuit. Et iuste premia bonis sanctis:
⁊ peccatis supplicia cōstituta sunt. Neq; enim
ideo peccat hō q̄ deus illū peccaturū eē p̃sciuit
imo ideo nō dubitatur ipm̃ peccare cū peccat:
q̄ ille cuius p̃scia falli nō pōt: nō fatum: nō for
tunā: nō aliquid aliud: sed ipm̃ peccatuꝝ esse p̃
sciuit. Qui si nolit oio nō peccat: sed si peccare
noluerit ēt hoc ille presciuit. hec ille. Liberi er
go sunt homines qui bene agūt: liberi sunt qui
male: liberi qui iam celū cōscenderūt. Jnsup li
beri ⁊ qui suoꝝ criminum supplicia lugent.

Scd̛m capitulum: ꝙ facile ē vt pctores sal/
uentur: q̄ gratia ad salutē necessaria oibus p̃/
pata ē a deo ⁊ nulli volenti negatur.

[S]ecunda conclusio dicitur gratiositas.
Facile quippe ē vnicuiq; volēti posse
saluari: q̄ gratia ad salutem necessaria
oibus ē preparata. Ad qd̛ pleni⁹ intelligēdum
sciendū quosdā ita tenuisse liberi arbitrii facul/
tatē: ⁊ tm̄ illā estimasse: vt absq; auxilio diuine
gratie per soli⁹ liberi arbitrii ptātē saluari oēs
posse ꝓfiterentur. Fuit aūt erroris hui⁹ pnicio
sissimus garrulator Pelagius ⁊ ei⁹ imitato/
res: de qbus egregi⁹ doctor Aug. li. 1. retracta
tionū ait. Noui heretici pellagiī cū sic liberum
asserunt volūtati arbitriū: vt gratie dei nō reli/
quāt locū: quā s̄m merita nostra dari asserunt.
Cōtra quā sniam vallidissime pugnat idē doc
tor p̃clarissimus i q̄pluribus doctrine sue lo/
cis: ostendēs neminē absq; gratia nō solū non
posse i aliquod opus meritoriū: s; in quācunq;
meritoriā cogitatōem volūtatis: vel ad opa me
ritoria deuenire. Vnde ad Bonifaciū papam
ait. Nō pōt hō aliquid boni velle nisi iuuet̃ ab
illo q non pōt malū velle. Et iterum in li. de p̃
destinatōe scōꝝ. Prius ē cogitare bonū q̃ cre
dere: ⁊ ipm̃ cogitare bonū ex deo ē. Et in li. de
corruptōe ⁊ gratia. Sine grā dei nullū ꝓrsus
siue volēdo siue agēdo faciūt hoies bonū. Et
ad Valentinū cogitare vel agere s̄m deū nul/
la rōe sine gratia dei possumus. Et in enchiri
diō. Gratia p̃uenit vt velim⁹ bonū. Et in li. d̛
ecclesia. dogma. d. Mouet ad querēdā salutē
libertas arbitrii: mouēte prius deo. Sūt ⁊ alii
doctores q Aug. dictis firmissimo iudicio alli
gātur. Jnqt nāq; Ysidorus li. driaꝝ. Gra
tia ē diuine materie donū per qd̛ bone volūta/
tis ē exitus. hec ille. Et iteꝝ ibidē. Sciāt defen
sores liberi arbitrii nihil boni posse nisi diuine
gratie iuuamine sustentent̃. Et d̛ hoc ēt magi/
ster. 2. sniaꝝ. 26. di. Bona volūtas comitatur
grām nō gratia volūtatē. Et Paulus vas ele
ctōis. 2. Cor. 3. c. Nō sumus sufficiētes aliqd
cogitare a nobis tanq̃ ex nobis. sed su. n. ex. d
ē. Et Ro. 9. Nō ē volētis neq; currētis s; mi
serētis dei. Aduertēdū tm̄ s̄m Bon. i. 2. di. 28
q. 6. ꝙ opus aliquod tripl'r pōt dici bonū. Vno
mō dicitur bonū eē aliqd simpl'r. Et hoc ē bo/
nū quod ordinatū ē in finē: ⁊ tale ē bonū meri
toriū. Et huiusmōi bonū nō pōt libeꝝ arbitriū
lapsum absq; auxilio gratie gratū faciētis. Se/
cūdo mō dicit̃ aliqd eē bonum in hoc ꝙ aliquo
mō de cōgruo disponit ad bonū Et tale ē bonū
quod fit extra charitatē: nihilomin⁹ tamē cū re/
cta intentōe. Et in tali nō pōt libeꝝ arbitriū abs
q; munere gratie gratis date p qd̛ illuminet̃ ⁊
dirigatur ⁊ excitet̃ vt velit facere vt sit aliquid
deo placitū. Tertio mō dicitur aliqd bonum
q̄ ē ordinabile ⁊ h; aliquā ordinatōem intra se
siue ex transitu sup mām debitā sicut pascē esu/
rientem

riente: siue ex debita circūstantia supaddita .s. cū id faciat quādo exigit loci & tpis oppʒtūitas. Ad illud aūt gen⁹ boni cōplendū: & si gr̄a gratis data sit necessaria ad hoc q̄ fiat faciliter: cir cunscripto tñ oi munere gratie: & relicto libero arbitrio i puris nālibus p̄ nāle iudiciū & distictū hō posset in tale bonum: deo sibi coopante sicut coopatur in aliis creaturis. Nam sine p̄mo agente nullum agens pōt agere. Ad bonū autē quod ducit ad bonum pfectum siue merito cogrui: siue merito condigni: nō pōt absqʒ auxilio dei. Ex his quidā minus bene itelligētes dicunt q̄ nullus absqʒ gratia saluari potest & q̄ nō ē in hominum ptāte seu voluntate posse saluari. Sʒ his leuiter respōdē possum⁹: qꝛ diuina gratia nec liberū arbitrium coartat: nec ip̄m a se excludit. Exprimit nāqʒ Aug. ordinē gratie & liberi arbitrii in libro de ecclesiasticis dogmatib⁹. d. Initiū salutis nostre deo miserante habem⁹. Vt acquiescam⁹ salutari ispirationi nostre ptātis ē. Vt adipiscamur qd̄ acquirendū admonitōe cognouim⁹: diuini ē muneris. Vt nō labamur iā adepto salutis munere nostre sollicitudinis: & diuini pꝛiter adiutorii. Ex hoc dicto clare cognoscitur q̄ principiuʒ salutis a gratia dei ē: sʒ nō nisi in cōsentiēte. Qd̄ ēt Aug. li. de li. ar. aptissime manifestat. Virtutē inquit de⁹ in nobis sine nobis opat̄. Et iterū. Qui fecit te sine te nō saluabit te sine te. que auctoritates vnā eādēqʒ sniam habēt: nullāqʒ repugnātiā. nam prima auctoritas denotat in hoīs salute dispōem susceptiuā v̄tutis & ptātē effectiuā. Dispō susceptiua v̄tutis ē liberuʒ arbitriū. Ptās āt effectiua ē diuina gratia. Dicit ergo. Virtutē de⁹ opat̄ in nobis consentiētibus. Ecce dispō susceptiua. Sine nobis efficiētibus. Ecce effectiua ptās: que deo tribuit̄. Et in scd̄a auctoritate idē dicitur. Qui fecit te sine te efficiente. Ecce potestas effectiua. Nō saluabit te sine te consentiente. Ecce dispositō susceptiua. Et cū liberū arbitriū vix aut nūq̄ȝ destituatur a gratia gratis data f̄m Bon. i. 2. di. 28. quid aliud restat nisi malos nō saluari nō ex defectu gratie sʒ ex defectu ppꝛie volūtatis. Sicut eni sol radios suos nō abscōdit: sʒ illos q̄ʒtum in se ē oibus idifferenter cōicat: ita & de⁹ grām suā. Et si ꝗuis aliquis claudēs fenestrā ne lumē solis videat ē inculpād⁹: qꝛ lumē recusat & non sol ipse qui q̄ʒtuʒ i se ē relucet ei. Ita rep̄hensibilis ē hō qui resistit gratie dei quā ipse semper dare ē patus. Quid nāqʒ culpe in fonte vberrimo & affluentissimo eē pōt si transiens quispiam siti defatigatus ppꝛia sua negligentia illi aquam non bibat. Audite itaqʒ miseri peccatores & intelligite si saluari cupitis: si pctōꝝ veniam cōcupiscitis: si celestē patriā anhelatis. Apite cor vestꝝ: & nō cōtēnatis grām dei vocātis. qꝛ Apoc. 3. c. dicit. Ego sto ad hostiū & pulso. Si quis aperuerit mihi itrabo: & cenabo cū illo & ille mecū. Clamat equidē de⁹ bēign⁹ ad aiaʒ peccatricē illud qd̄ Cant. 2. c. scribit̄. Api mihi soror mea: spōsa mea: amica mea: colūba mea: formosa mea. Api. s. aīa sorō mea qꝛ tu ad imaginē & similitudinē meā scā es. Sponsa mea: qꝛ ad hunc finē desponsaui te in fide: vt mecū i celis i eternū regnare valeas. Amica mea: qꝛ beneficioꝝ multitudine: vt me cognoscas: vt me diligas: a me predotata es. Columba mea ut mihi siliter obedires p̄ceptis & monitis salutaribus a me bene istructa & disciplinata es. formosa mea: qꝛ vt me solā formosum amares: sūma pulchritudine a me decorata es. Api ergo mihi: & me nō abiicias neqʒ repellas.

Capitulum tertiū de exemplis quib⁹ clare cōstare pōt q̄ oēs pctōres si volunt possunt saluari & si qui nō saluantur: ideo ē: qꝛ nolunt: nemine ipsos cogente.

Tertia cōclusio dicitur exemplaritatis. Sunt quidē exēpla plurima quibus apparere pōt: qꝛ facile sit saluari cum sit hoc in voluntate vniuscuiusqʒ sicut supius diximus. Audiam⁹ ergo Augu. i li. de li. ar. Et notatur i decretis. 23. q. 4. c. nabuchodonosor Vbi egregi⁹ doctor adducit exēplum de nabuchodonosor & Pharaone: dicēs Nabuchodonosor pniam meruit fructuosā. Nōne post innumeras ipietates flagellat⁹ rex ille penituit: & regnum quod perdiderat rursus accepit. Pharao āt ipsius flagellis durior est effectus & piit Hic mihi rōem reddat qui diuinum cōsilium nimium alto & sapienti corde diiudicat. cur medicamentum vnius medici manu cōfectuʒ: alii interitum: alii valuerit ad salutē: nisi qꝛ xp̄i bonus odor aliis ē odor vite i vitā: aliis est odor mortis in mortē. Quantum autē ad naturam ambo hoīes erant: q̄ʒtum ad dignitateʒ ambo reges: q̄ʒtum ad cām ambo dei populum captiuum possidebant: q̄ʒtum ad penā ambo flagellī clementer admoniti. Quid ergo fines eorūm fecit esse diuersos: nisi q̄ vnus manum dei super se sentiens in recordatione ppꝛie iniquitatis ingemuit: alter vero libero cōtra dei mi

ſericoꝛdiſſimā veritateꝫ pugnauit arbitrio. hec ille. Pharao nāqꝫ. x. plagis a deo ꝑcuſſus nō ſe humiliauit: ſed pplm dei pſequēs in mari rubꝛo ſubmerſuſ dānatuſ perijt. Nabuchodonoſoꝛ vͦo poſt ſeptēnē pniam ſiue ſui caſtigatōem vt dicitur Daniel. 4. c. leuauit oculos ad celuꝫ ⁊ ſe deo humiliās ad honoꝛem regni decoꝛēqꝫ venit. Et ſm Nico. de lira ſup hoc paſſu Danielis: ſaluus moꝛtuus ē: qꝛ ſcriptura hiſtoꝛiaꝫ illā in eius ſaluteꝫ terminat. Pꝫ ergo nec pharaoni nec nabuchodonoꝛ aduerſus fines facta ē violentia. Eſt ⁊ huic ſimile exēpluꝫ Petri ⁊ Jude diſcipuloꝝ xpi. Petrus xpi apoſtolus. Judas xpi apoſtolus. Peccauit petrus negādo xpm. peccauit Judas pꝛodēdo xpm. Quid ē ergo ꝙ Petrus poſt pctm̄ xpo ſucceſſit i aiarū cura: ⁊ merito coꝛonatus btitudinis palmā accepit. Judas vͦo ſe laqueo ꝑimēs ⁊ ſuſpendens dānatꝰ ē. Nulli dubiū eē ꝙ ſi Judas ſaluari voluiſſet vtiqꝫ vͦo potuiſſet. Unde ꝺ pe. di. 1. c. his poteſtatiſ. dicitur. Arbitroꝛ. n. ꝙ ēt Judas potuiſſet tanta miſeratōe dn̄i nō excludi a venia: ſi penitentiam non ſolum apud iudeos: ſed apud xpm egiſſet. hec ibi. Penituit inqꝫ iudas: ſed cur veniā nō accepit. Ad qꝺ facile eſt reſpondere: qꝛ laqueo ſe ſuſpēdit. Et ideo in. c. Judas. de peni. di. 3. dicitur. Penituit ſed male. nam laqueo ſe ſuſpendit. Ideꝫ notatur i. c. Nihil. ⁊ in. c. ſceleratioꝛ. eadē di. ⁊ in. c. nemo. de pe. di. 1. vbi dicitur. Nemo pōt bene agere pniam niſi ſpauerit idulgentiā Vidēs qppe Judas qꝛ male egerat in ſingultibus ⁊ ſuſpirijs ꝓrupit dicēs. Peccaui o me dolētem. peccaui o me iſelicē. peccaui inquā: qꝛ tradidi ſanguinē iuſtū. O ipie iuda cur tuū peccatū cognoſcēs nō cucurriſti ad pedes ieſu xpi ſed potius ad pedes ſacerdotū: ēt ſi illū querere debuiſſes: ſiue ligatū ad columnā: ſiue crucifixū: ſiue iter duos latrones pendētē. Si eo inēto dixiſſes ei. peccaui ieſu: qꝛ oſculo te tradidi i manus iniquoꝝ: vile pꝛeciū ab eis ſuſcipiens: ſtati audiuiſſes vocē dulciſſimā eius dicentem tibi. Remittūtur tibi pctā tua. Nō hoc fecit iudas: ſed abiens laqueo ſe ſuſpēdit: ⁊ ſic dānatꝰ iterijt. Petrus vͦo poſt trinā negatōem ſi voluiſſet dānatus fuiſſet. Nullus eū iduxit ad ſalutē: ſed ſentiēs cantū galli vt pdixerat ei xps: ⁊ vidēs ſe a xpo reſpici ſicut habetur Luc. 22. egreſſus foꝛas fleuit amare. Dicebat foꝛte petrus. O q̄ꝫta ē iniqtas mea: o q̄ꝫ graue pctm̄. Negaui me ſcire xpm: quē vidi: quē amaui: q me tm̄ dilexit. Vidi eū ſuper aq̄s ābulare: moꝛtuos ſuſcitare illuminare cecos: ⁊ mūdare lepꝛoſos: ⁊ tamē dixi me eū nō vidiſſe. O benigniſſime pater mi: negaui noſcere te quē aſpexi ꝓpꝛijs oculis trāſfiguratū in monte: ⁊ captus foꝛmoſitate ⁊ pulchꝛitudine maieſtatis tue dixi: faciamus hic tria tabernacula. O pijſſime ſaluatoꝛ mūdi: tu me ad apoſtolatū vocaſti: tu meos pedes lauaſti. Tu mihi tua ſecreta mōſtraſti: ⁊ ego cū iuramēto negaui te. parce mihi: indulge pctis meis: nō me deſpicias penitenteꝫ. O petre eſto ſecurus: qꝛ humilitas pnie tue xpm iclinat ad veniā: pepercit petro xps quē nūc ſedere facit i gloꝛia regni celoꝝ. Que itaqꝫ difficultas ē vt pctōꝛes ſaluent: q cū volunt poſſunt ſaluari. Audiant pctōꝛes oēs: quid loquar: qd cū vͥtate dicā. Si aia peccatrix: diaboli ſerua: inimica dei: ⁊ gratia ſpoliata: deleta ex libꝛo viuentiū ꝓpter ſua ſcelera multa ⁊ nephādiſſima deo recōciliari voluerit: tāta ē facilitas: vt ad recōciliatiōeꝫ huiuſmodi nō ſit expediēs neqꝫ neceſſariū expectare tempoꝛa longa: nō ānos: nō mēſes: nō diē: nō hoꝛam: ſed vt ſic dicā in ictu oculi reuoluto coꝛde ad deū cū cōpunctōe ⁊ ꝓpoſito bene viuēdi ipſo ſcō ois culpa ceſſabit. O igitur rep̄henſibilis humana durities. o reꝓbanda negligētia pctōꝝ. o ipietas humane mētis. Tam dulcis ē via ſalutis oibus populis: ⁊ tamē pauciſſimi illā igrediuntur. Clama ad deū o peccatrix aia ⁊ dic ei. Miſerere mei: ⁊ ſtati ſine vlla dilatōe dabit tibi grām ſuā: quā offert oibus ad ſe recurrētibus: quos vocat ſicut pꝫ in themate. d. Uenite. ſ. ad grām meaꝫ quā vobis liberaliter exhibeo. Hāc ipſe deus det nobis oibus vt peruenire tandeꝫ poſſimꝰ ad eternam gloꝛiam. Amen.

Ermo ſecundus de diuina charitate: in quo oſtenditur q̄ꝫ ſuauis ⁊ benignus ſit deꝰ benedictus ipſis peccatoꝛibus vt ſaluentur: que ſua uitas ad omnes ſe extendit ⁊ nullū excipit.

v Enite ad me oēs q laboꝛatiſ ⁊ onerati eſtis ⁊c̄. vbi ſupꝛa. Conatur antiquus hoſtis ſuggerere eis qui peccata pꝛiſtina deponere iam diſponūt ſentiētes facilitatē voluntatis ſue: ꝙ benignus deus cū multa expꝛobꝛatōe atqꝫ obiurgatōe peccatoꝛes ad ſe redeuntes ſuſcipiat. Quod falſiſſimū eſſe cōſtat ⁊ ab omni vͥtate alienū: cū rex ipē ⁊ dominus omniū creaturaꝝ penitentibꝰ ſit totus

blandus

blandus benignus placabilis dulcis suauis ꝛ
pius. Quare in p̄nti sermone ad cōfoꝛtationē
oium de secūda flāma diuine charitatis q̄ suaui
tas deā est differem⁹: oñdentes q̄ꝫ imēsa sit sua
uitas dei ad om̄s sub triplici radio illustrante.
Erūtq̄ꝫ hi tres radij tres cōclusiōes cōfirman
tes hanc ỽitatē. s. q̄ deus ex suauitate sua mul
ta facit vt pctōꝛes saluenꝯ: q̄ nō faceret si n̄ vel
let q̄ꝫtum in ipso ē saluos fieri omnes.
Primus radius dicitur beneficioꝝ cōicatio.
Secūdus radius dicitur diuturna suppoꝛtatio
Tertius radius dicitur abundans miseratio.
Capitulū primū vbi dicitur de imensis be-
neficijs que deus exbibet cunctis peccatoꝛibus
ostendens q̄ quantū in se est vult oēs saluari.

Primus radius quo illustramur ad co
gnoscendū dei suauitatē erga oēs dicit
beneficioꝝ cōicatio. In principio cui⁹
quero abs te o miser hō: si vnq̄ꝫ cogitasti quis
ille sit q te ardenti⁹ ceteris diligat. Respōdebis
foꝛte q̄ pater tuus: vel mater tua: vel soꝛoꝛ tua:
ꝛ huiusmodi. Sed certe ignoꝛas veꝝ amatoꝛē
tuum. Deus hic ē. De quo dicit Ugo de arra
sponse. Sponsuꝫ habes ꝛ nescis: pulcherrimū
oium ꝛ faciē eius nō vidisti. Ip̄e. n. te videt qꝛ
nisi te videret nō te diligeret. Uoluit adhuc se
ip̄m tibi p̄sentare: ꝛ munera misit: aiam dedit
pignus amoꝛis. hec ille. Uerba ista sūt poteris
dicere de illis q iusti: qui boni sanctiq̄ꝫ sūt: hos
deus amat: hos diligit: hos āplectiꝛ vinclo cha
ritatis. Pctōꝛes ỽo qūo diligit deus: cū neq̄-
at eē amoꝛ vbi ē inimicitia ꝛ odiū. Scribit nā-
q̄ꝫ Aug. 12. li. de ci. dei. c. 3. d. Dicunꝯ in scrip-
turis inimici dei: q nō natura sed vitijs ei⁹ ad-
uersanꝯ impio nihil ei nocere valētes sed sibi.
Inimici sūt resistendi volūtate: nō ptāte leden
di. Et idē. Scio deū inimicū oi criminoso. Et
de hoc isup habetur. Sap̄. 14. c. vbi diciꝯ. Ab
hominabilis ē deo ipius ꝛ ipietas eius. Et Ec-
cle. 12. c. Altissimus odio habꝫ pctōꝛes. Et Iu
dith. 3. c. Deus pctōꝝ odit iniquitatem. ꝛ Da
uid loquens ad deū dicit. O disti oēs obseruā-
tes vanitatē. Ad hoc rn̄dere possum⁹ ex dictis
Boñ. in. 3. di. 32. q̄ deus nō dicitur creaturā
diligere rōe affectionis animi: sed rōe cōicatio
nis alicui⁹ boni. Ita q̄ dilectio dei diciꝯ potius
eē dilectio effectus q̄ꝫ affectus. Cōicatio autem
bonitatis diuine si attendaꝯ q̄ꝫtum ad effectum
gratie nō se extendit ad pctōꝛes. Ideo propter
huiusmōi boni subtractōem dicitur illos odire
Et sic itelligūtur auctoꝛitates p̄allegate. Sꝫ cōi
catio alioꝝ beneficioꝛum ꝛ bonis ꝛ malis eadē
ē. Ob quod ꝛ malos deus diligit: nō vt malos
sed sua illis beneficia tribuēs vt boni fiāt. Sūt
aūt inter cetera tria beneficia que ꝛ bonis ꝛ ma
lis tribuūtur a deo. s.
Primum est creationis.
Secundum est sociationis.
Tertium est gubernationis.

Primū est beneficium creatōis. Quisnam
estimet q̄ꝫtum bonum est esse in numero crea
turaꝝ non quarūcūq̄ꝫ: sed rōnabilium. Nullo
qdem precio emi possꝫ vnus ex oculis: aut ali-
quod ex mēbꝛis nostris. Multominus aliqua
anime potentia cuiuscūq̄ꝫ thesauro pꝛecioso po
terat cōparari. Et qs ē qui oibus dedit animā
cū potentijs ꝛ coꝛpus cū sensibus nisi de⁹. De
dit aūt hoc ex mera liberalitate sua. Hic est qd
Lac. in. 2. li. diuinaruꝫ insti. aduer. gen. dicit
Deus veri patris officio functus ē. Ip̄e coꝛp⁹
effinxit: ipse aiam quam spiramus infudit: illi⁹
ē totum qcqd sumus. hec ille. Et Bern̄. in ser
mone quodam. Patrum tibi videreꝯ hō. Co
gita qualem te fecit. Nempe fm coꝛpus egre-
giam creaturā: fm animaꝫ magis: vtpote ima
gine creatoꝛis insignem rōis pticipem: btitudi
nis eterne capacem. Poꝛro ambo sibi cohere
re fecit artificio incōpꝛehensibili sapientia iue-
stigabili. Nec hoc ante p̄meruit: qui ante nō
fuit. Nec spes retributōis fuit: quoniā bonoꝝ
nostroꝝ non idiget. Scd̄m beneficiū dicitur
sotiationis. Magnuꝫ qppe hoc ē: vt vnusq̄sq̄ꝫ
habeat socium angelum. Unde dicit Hiero.
super. 18. c. Mathei. ꝛ ponitur in. 2. sen. di. xi
magna est dignitas animarū: vt vnaqueq̄ꝫ ab
oꝛtu sue natiuitatis in sui p̄fectōem ꝛ custodiaꝫ
habeat angelum spāliter delegatum. In q̄ auc
toꝛitate tria notantur a doctoꝛibus theologicis

Primū notandū fm Alex. de ales in. 2. sū
me. ꝛ Archidiaconū super. c. firmissime. de cō
se. dist. 4. q̄ ē duplex natiuitas. s. in vtero ꝛ ex
vtero. Pria ē qn̄ aia creatur sil' ꝛ ifundiꝯ coꝛpi
Secūda ỽo est quando exijt de ventre matris
angelus aūt deputaꝯ hoi a pꝛima natiuitate. s. i
vtero: nō ante. Nec debuit ēt post istā differri.
Rō. n. fm Boñ. in. 2. di. xi. in declaratōe lit-
tere. q̄ illa custodia pꝛincipalius respicit spiritū
q̄ꝫ coꝛpus. Et iō non dꝫ spālem āgelū ad suaꝫ
custodiā habē anteq̄ꝫ spūs ifundatur. Non dꝫ
ēt differri: qꝛ ex tūc defendere pōt: ꝛ adiuuare.
Utꝝ aūt q̄ꝫdiu puulus caret vsu rōis aliquem
occultum effectum habeat q̄ꝫtum ad habilitateꝫ

⁊ directōem in bonū: rōem assignare ē difficile
sed negare nō est tutū. hec Bon. Scōm no/
tandū ꝙ angelus nō deserit obstinatū in pctīs
vsqꝫ ad mortē. Rō ē ſm Bon. qꝛ ꝓnioꝛ ē bo
nus angelꝰ ad adiuuādū q̄ꝫ malus ad pdēdum
Sꝫ malus angelus homiem nō dereliqt vsqꝫ
ad mortē ēt quātūcūqꝫ scm̄: sic ⁊ bonꝰ quātūcū/
qꝫ sceleratū nō dimittit vsqꝫ in finē. Tertiuꝫ
notandū ē ꝙ angelꝰ btūs ꝓpter custodiā hoīs
nō ē inferioꝛ hoīe viatoꝛe neqꝫ idignioꝛ cū illō
fiat ex dulcedine sūmi dei: q hoī ostendere vo/
luit benignitatē suā: que tanta ē vt āgelos suos
mittat: q hoīes habēt adiuuare. De hoc āt au/
xilio ⁊ angeloꝝ custodia suo loco alias dicturi
sumꝰ. Nūc vo tm̄ tetigisse sufficiat ꝙ deus be
nedictus ita deputauit angelos ad custodiā ini
quoꝝ sicut ad custodiā bonoꝝ. Sꝫ hic icidit du
biū nō imerito discutiēdū. s. vtruꝫ deus magis
diligat hoīem q̄ꝫ āgelū: vl' ecōuerso: ⁊ ꝙ magꝭ
diligat angelū ostenditur sic. Maioꝛ dilectio ⁊
minoꝛ attendit ſm maioꝛē ⁊ minoꝛē cōicatōeꝫ
diuine liberalitatis. Sed deus ꝓ vno solo mo
tu angelū glꝫificauit: qđ nō facit hoīb9 : ergo ē
eis liberalioꝛ q̄ꝫ nobis: ergo magis angelos di
ligit q̄ꝫ nos hoīes. Itē angeli magis diligunt
deū q̄ꝫ hoīes: pꝛo eo ꝙ nullā habēt retardatōeꝫ
qua ipediātur ne totalr possint tēdere in deum
ergo si deus magis diligit diligentes se: videt
ꝙ magis diligat angelos q̄ꝫ nos hoīes. Cōtra
Dicit ad Heb. i. Nusq̄ꝫ angelos apprehēdit
sed semen Abrahe. Sꝫ illud fuit potissimuꝫ si/
gnū dilectōis ⁊ familiaritatis diuine ꝙ assume
ret nostrā nām creatā in vnitate psone sue: er/
go magis videtur ꝙ dilexerit nām humanam
q̄ꝫ angelicā. Itē Jo. xv. Maioꝛē charitatē ne
mo hꝫ. ⁊c̄. Sed deus posuit aiam suā ꝓ hoībꝰ
⁊ nō pꝛo angelis: ergo videt ꝙ magis dilexit
hoīes q̄ꝫ angelos. Itē illā nām magis diligit
quā in altioꝛi gradu honoꝛis constituit. Sꝫ de
us humanā nām in vtroqꝫ sexu angelicis spiri
tibꝰ supposuit. s. xp̄m ⁊ eiꝰ nobilissimā matrem
ergo videt ꝙ humanam nām magis diligat ⁊
magis dilexit q̄ꝫ nām angelicā. Huic questōi
Boñ. respondet in. iii. di. xxxii. dicēs. Qđ cū de
us dicat diligere creaturā effectu ſm ꝙ duplex
ē effectus pꝛincipalis dei respectu creature rō/
nalis: ſm hoc pōt dilectio dei maioꝛ ⁊ mioꝛ du
pliciter considerari. Est āt duplex effectꝰ. s. cō
ditionis ⁊ repatōis. Si loquamur de dilectiōe
dei quātum ad effectū conditōis sic magis di/
lexit angelos: qꝛ melioꝛa cōtulit eis naturalia ⁊
magis potētes eos fecit. Si vo loquamur q̄ꝫ
tum ad effectū repationis sic magis dilexit ho
mines q̄ꝫ angelos: qm̄ angelos deseruit: hoīes
vo repauit seu releuauit. Si aūt queras q̄ illa/
rū dilectionū magis excedat reliquā. Tūc rn̄dē
dū est ꝙ est loqui de excessu dilectōis ſm statuꝫ
pn̄tem: ⁊ ſm statum similē. Scōm statū p̄sen/
tem magis dilexit angelos q̄ꝫ hoīes. Secūduꝫ
statū finalis gratie i quo erit repatio cōsūmata:
videt rōabiliter posse dici ꝙ magis diligat ho
mines. De pluribꝰ. n. habebit hō in padiso vn
de gratius ⁊ deuotius existat deo q̄ꝫ angelicꝰ oꝛ
do: tum ꝓpter beneficiū creatōis. tum ꝓpter be
neficiū icarnatōis. Et sic pꝫ ad obiecta respōsio
Nam pꝛime rōes cōcludūt scōm effectū cōditi
onis: alie ſm effectū reparatōis: habito respcū
ad finalem statū. Hec Bon. Dictū ē satis de
dilectōe hoīs: ⁊ angeli repatōe. Nos vo a deo
singulariter dilectos hoīes cognouimꝰ: qbus
angelicos spūs dignatus ē sociare a quoꝝ soci
etate alieni nō sūt ifideles: nō iudei: nō heretici
nō deniqꝫ mali xp̄iani. O superna dei pietas:
cur hoc facis. Cur angelos ad custodiā nō tm̄
amicoꝝ sed ēt inimicoꝝ tuoꝝ deputas. Pꝛofe
cto nō ob aliā cām: nisi vt tua a cūctis noscatur
suauitas q̄ ēt pctōꝛes ad tuā euocas charitateꝫ
Quisnā ē qui oēs hoīes gubernat: oēs alit oēs
qꝫ pascit. Ille ꝓculdubio de quo dicit i. p̄s. di.
viii. c. Quo iure extra đ deci. i. c. tua nobis. Do
mini ē terra ⁊ plenitudo eius oꝛbis terraruꝫ ⁊
vniuersi qui habitāt in eo. Ipsius nāqꝫ sūt oīa
celū ⁊ terrā mare ⁊ oīa elemēta: luna: sol: stelle:
arboꝛes: plante: ⁊ cūcta que sūt in mūdo: a qbꝰ
beneficiū suscipiūt igrati pctōꝛes. Vnde Vgo
de arra sponse ait. Respice vniūersū munduꝫ
istū: ⁊ cōsidera si aliqd in eo sit qđ tibi nō serui
at. Quis natura ad hūc finē dirigat cursum suū
vt obsequijs tuis famuletur ⁊ vtilitati deserui/
at: tuisqꝫ oblectamētis pꝛiter ⁊ necessitatibꝰ ſm
affluentiā ideficientē occurrat. Hoc celuꝫ: hoc
mare: hoc aer: cū his q̄ sunt in eis vniuersis ex
plere non cessat. hec ille. Videamꝰ ergo q̄ꝫ mlꝫ
tis quātis ac qbus bonꝰ deus oīa illa largitur.
Pꝛopterea Math. v. dr. Pluit sup iustos ⁊ iniu
stos ⁊ solē suū oꝛiri facit sup bonos ⁊ malos.

Scōm capitulū qualiter deus ex abūdāti pi
etate sua nō statim punit pctōꝛes sed eos expec
tat logo tpe solum vt conuertantur.

S ecūdus radius quo illustramur ad co
gnoscendū dei suauitatē dicitur diutur
na supportatio. Nullus qdē ē tam isa
ne mētis

illa multitudo coiret in populos nisi docta voce cōmota: nec legum reptores sine sūma vi oran di consecutos: vt se ipsi hoīes ad seruitutē iu/ ris astringerent qn̄ ipsa vite p̄cepta: ēt si vera sint ⁊ honesta: plus tamen ad formādas men/ tes valent: quādo pulchritudinem reꝝ claritas orationis illuminat. Quare ⁊ si in vtrāqꝫ pteꝫ valēt ꝟba facūdie: nō tn̄ ē equum illud haberi malū quo bene vtiꝫ. Hec Quintilianus. Ex qbus oībus cōcludimꝰ laudabilissimā eloquē/ tiā eē. Sed illā diuinꝰ sermo non sqtur: q̄ vt Lactā. li. 3. di. insti. ait. sūma ꝓuidentia carere fuco voluit ea que diuina sūt vt oēs intelligerēt q̄ ipse oībus loquebaṫ. Scd̄o cōprehendimus excellentiā scripture scē ex eius ꝟitate: q̄ in ip sa sola nihil cōtineṫ falsū. In alijs ꝟo tā phoꝝ q̄ꝫ poetaꝝ alioꝝūqꝫ litteris quāta ieniaṅ mē/ dacia: dicāt hi q̄ studiosissime legere illas. Sꝫ ob cām istā dubitari solet vtꝝ liceat legē libros gentiliū illoꝝqꝫ dicta assumere in rebꝰ nostris. Ad quod respōdemꝰ ꝙ si id fiat scriptura sacra cōtempta: ⁊ vt erroribꝰ gentiliū assentiaṫ: iniqū ⁊ illicitū ē: sicut pꝫ di. 37. decretoꝝ. c. sacerdo/ tes. vbi sic habetur. Sacerdotes dei omissis euāgelijs ⁊ ꝓphetijs videmꝰ comedias legere amatoria bucolicoꝝ versuū verba cantare: te/ nere Virgiliū: ⁊ quod in pueris ē cā necessita/ tis: i se crimē facere voluptatis. Adidē ē in ea dem. di. c. nōne. ⁊. c. ideo. ⁊. c. ep̄s. ⁊. c. vnio. Illi igitur q̄ plus debito delectabiliter isudant ad legēdas litteras seculares rep̄hensibiles sūt qm̄ vt ingt Hieronymꝰ ad damasū papā de fi/ lio ꝓdigo. Demonū cibus ē carmina poetarū secularis sapia: rhetoricoꝝ pōpa ꝟboꝝ. Hec sua oēs suauitate delectāt: ⁊ dum aures dulci ꝟsibus modulatōe currētibus capiūt: animaꝫ quoqꝫ penetrāt: ⁊ pectoris interna deuinciūt. Vbi cū sūmo studio fuerint ac labore perlecta: nil aliud nisi inanē sonū ⁊ sermonū strepitū su is lectoribus tribuūt. Nulla ibi saturitas ꝟita tis: nulla iusticie refectio repitur. Studiosi caꝝ in fame veri ⁊ ꝟtutū penuria ꝑseuerāt. hec ille Sed siqs gentiliū scripturas ꝑscruteṫ: vel vt co rū cognoscat ⁊ cōfutet ieptias: vel vt ꝑ illas in qbusdam sententijs moralibꝰ arguat crimīosos vel vt ex illis capiat: si qd veri repperit: vtique bene facit. Cōfirmaṫ hoc di. 37. decretorūꝫ. c. Qui de mēsa. c. turbat. c. si qs grāmaticā. hic Aug. li. 2. de doctrina xp̄iana ait. Si qua ꝟba nostre fidei phi accōmoda dixerūt: non solum formidāda non sunt: sꝫ ēt ab eis tanq̄ꝫ ab iniu stis possessoribꝰ in nostrū vsum vēdicāda: qd̄ phi qn̄qꝫ ⁊ gentiles ꝟa dixerūt. testaṫ Hiero/ nymus q̄ super primū. c. Daniel. dicit. Simil qꝫ aīaduertendū est ꝑm Anagogē. ꝙ rex Ba bylonis nō potuerit vniuersa dei vasa trāsfer/ re: sed ptem vasoꝝ templi dei: que itelligenda sunt dogmata ꝟitatis. Si. n. cunctos phorum reuoluas libros: necesse ē vt in his repies ali/ quā ptem vasoꝝ dei: vt apud Platonē fabrica torē mūdi deū: apud Zenonē stoycoꝝ princi/ pē inferos: ⁊ imortales aīas ⁊ vnū bonū hone statem. Sed q̄ iungūt mēdaciū veritati: ⁊ na/ ture bonū multis ꝑdūt malis: iō ptem vasoruꝫ dei ⁊ nō omnia vasa itegra atqꝫ ꝑfecta accepis se memorātur. hec ibi. Ip̄e adhuc Hiero. i ꝓ logo in expositōe Daniel. de litteris secularibꝰ ita fatur. Ad itelligendas extremas ptes Da/ nielis multiplex grecoꝝ historia necessaria est. Sutorij vꝫ ⁊ Callinici Diodori Hieronymi Polibij Possidonij Claudij Theonis ⁊ An dronici Iosephi quoqꝫ ⁊ coꝝ quos ponit Io/ sephus p̄cipue nostri Liuij ac pōpei. Trogi at qꝫ Iustini: qui oēs extreme visionis narrant historiā: ⁊ post alexādrū vsqꝫ ad Cesarē augū stū Syrie ⁊ egypti. i. Seleuci ⁊ antiochi: ⁊ pto lomeoꝝ bella describūt. Et si quādo cogimur seculariū litteraꝝ recordari ⁊ aliq̄ ex his dicere que olim omisimus: nō nostre ē volūtatis: sed vt ita dicā grauissime necessitatis: vt ꝓbemus ea q̄ a scis ꝓphetis ante secula multa p̄dicta sūt tā grecoꝝ q̄ꝫ latinoꝝ: ⁊ aliaꝝ gentiū litteris cō contineri. Et ip̄e idē Hieronymus in epistola ad magnū oratorē vrbis dicit ꝙ apl's Paulus in epistola ad Titū Erimenadris poete vsus ē versiculo. d. Cretenses male bestie mendaces vētres pigri. Et ne multa dicamꝰ: tā Hiero/ nymus q̄ꝫ Augustinꝰ reliqqꝫ greci ⁊ latini do ctores in suis dictis ꝑsepe ad suū ꝓpositum gē tiliū sn̄ias trahūt. Tamē vt p̄diximus sola scri ptura dei ē q̄ ab omni falso ⁊ mēdacio imunis existit: ⁊ qcqd loquiṫ ꝟissimū ē: eo ꝙ verax est deus q̄ nobis illā dignatus ē reuelare. Ob qd̄ Lactan. li. 1. diui. insti. ait. Omissis terrenis huiusce phie auctoribus nihil certi asserentibus aggrediamur viā rectā. Quos eqdem si puta rē sana idoneos ad bene viuendū duces esse: ⁊ ip̄e seq̄rer: ⁊ alios vt sequerenṫ hortarer. Sꝫ cū magna iter se cōcertatōe dissideāt secūqꝫ ipsi plerūqꝫ discordēt appet eoꝝ iter neq̄q̄ꝫ eē di rectū. Siqdem sibi quiqꝫ vt ē libitū ꝓprias vi as ipresserūt: confusionē que maximā inquirē tibus

tib⁹ veritatē reliquerunt. Nobis aūt qui sacrm religionis accepim⁹ cū sit vitas reuelata diui/nitus oēs vtriusq; sexus sine vllo discrimie ad celeste pabulū couocam⁹. hec ille. Sed statiz increduli nos aggrediūtur obijciētes: q̄ sancti q scripserūt cōfirere mendaciter a deo accepisse q̄ tradūt. O pniciosa ꝛ detestāda opinio: que re/felli facile pōt: si cōsideremus quāto amore ꝓ/phete ꝛ amici dei veritatem cōplexi sunt. Inqt lactā. li. 1. diui. insti. Volūtas fingēdi ac men/tiēdi coꝝ ē: q opes appetūt: q lucra desiderant. Que res ꝓcul a sanctis viris fuit. Ipsi vero seuissima passi sunt tormēta: dirosq; cruciatus pro defensione vitatis quaz docebant. Unde Hieronymus in epistola ad Pāmachium ꝛ Oceanū ait. An putamus frēs: q̄ iocādo pro phete predicent: ridēdo loquanť apostoli: xp̄s iudiciū infantiliter cominetur. Sed ioci nō sūt vbi supplicia itercedūt. Si iocādo passi sūt cre/dātur ꝛ iocādo locuti. Esaias serra secať. Da/niel Leonibus deputať. Paulus truncať gla dio. ꝛ Petrus domini exemplo in cruce suspē diť. Et hoc totū vt nos a pctis sua doctrina re uocarēt. Nō ē igitur fictio aut mēdaciuz quod de vita futura ꝓclamať: quod de iferni penis p̄conizať: ꝛ quod predicať de ipsius rei ꝑfectio nibus admirandis.

De ꝓfundo sensu scripture sancte quo oē hu manū ingenium supatur.

Ertio appet excellētia ꝛ sublimitas scri ptura sancta ex eius ꝓfunditate. In ip sa quidem non solum voces significāt verum ēt res per voces significate. Ratio s̄m Thomā. 1. pte. q. 1. arti. x. q̄ auctor scripture ē deus: in cuius potestate ē q̄ non solū voces ad significandum accōmodet: sed ēt res ip̄as. Il la ergo prima significatio qua voces significāt res, pertinet ad primū sensum: qui. s. est histo/ricus vel litteralis. Illa aūt significatio q̄ res significate per voces iterum res alias signifi/cant dicitur sensus spūalis. Hic autem trifarie diuiditur. Sicut enim dicit apostolus lex ve/tus figura ē noue legis: ꝛ ipsa noua lex vt Di onisius li. de eccľ. hierar. ē figura future glorie In noua ēt lege ea q̄ in capite gesta sūt: sunt si gna eorum que nos agere debemus. Scd̄z er go q̄ ea que sunt veteris testamēti significant ea que sūt noue legis: ē sensus allegoricus. Al legoria. n. idem ē q̄ aliena ductio ab alle quod ē alienum: ꝛ goges ductio. Scd̄m vo q̄ ea q̄ in xp̄o scā vel in his q̄ xp̄m significāt sūt signa eoꝝ q̄ nos agere debemus: ē sermo tropologi cus. i. couersus ad mores. Prout vo signifi/cat ea q̄ sūt in eterna gloria: ē sensus anagogic⁹ Anagogia. idest sursum ductio: ab anas quod est sursum: ꝛ goges ductio. Est itaque scriptu/ra sacra in sensu litterali plana ꝛ facilis. In sē/su vero spūali oē deuicit ꝛ supat humanū inge niū. Hinc aug. li. 2. super Geñ. ait. Maior ē huius scripture auctoritas: q̄z ois humani ige nij ꝑspicacitas. Et idem in ep̄la ad volusianū dicit. Tanta ē. n. xp̄ianarum ꝓfunditas littera rū: q̄ in eis quotidie ꝓficerem si ea solas ab in eunte pueritia vsq; ad decrepitā senectutē ma/ximo ocio sūmo studio meliore igenio conarer addiscere. Nō q̄ in eisque ad salutē sūt necessa ria tanta ꝑueniatur difficultate: sed cum fidem ibi q̄sq; tenuerit: sine qua pie recteq; non viuiť tā mlta tanq̄ mltiplicium mysterioꝝ vmbracu lis opaca intelligenda ꝓficiētibus restant vt an nosissimis acutissimis flagrātissimisq; suauita te discēdi contingat. Quod cadē scriptura in q̄ dam loco cōmemorat. Cū cōsūmauerit homo tūc icipiet. hec ille. Et Hiero. super illo vbo psal. adipe frumenti satiat te. Pinguissimus ē sermo diuinus. Quicquid vis ex sermone di/uino nascitur. Et Greg. 20. moraľ. c. 1. Oēm sapientiam atq; doctrinā sacra scriptura tran/scendit. Que vera predicat: ad celestem vitam inuitat: a terrenis desiderijs cor legentis reuo cat: dictis obscurioribus fortes exercet: ꝑuulis humili sermone blanditur. Nec sic clausa ē vt pauesci debeat: nec sic p; vt vilescat: sed vsu fa stidium tollit: ꝛ tanto plus diligitur quanto am plius meditatur. Quante autem sit profundi/tatis scriptura sacra apparet ex tot libris sermo nibus omelijs expositionibusq; pene inume/ris. In quibus doctores tam greci q̄z latini to tis viribus desudarunt. Et omissis alijs inspi ciamus quot quantaue volumina edidit Ori/genes: ꝛ post illum Augustinus: de quibus ita inquit Hysidorus libro. 6. ethimol. Origenes omnes tam grecos q̄z latinos operum suorum magnitudine superauit. Deniq; Hieromin⁹ sex milia librorum eius se legisse fatetur. Ho/rum tamen omnium studia vicit. Augustinus qui tanta scripsit vt diebus ac noctibus nec le/gere quisquam sufficiat libros illius. Ulterius scripture altitudinē cōprehēdē valem⁹ si reuoce m⁹ ad mētē miracula q̄ vacit ꝓclamātur d' iter

pretatione scã tpe Ptolemei. Hic vt dicit Rabanus.14.li. de origine reꝝ fuit peritissim⁹ oium litteraꝝ discipulusq3 Strabonis phi qui bibliothecã fecit: in qua habere voluit libros legis iudeoꝝ: q ad sacrã scripturã ptinẽt: Vt.n.tradit Ysi.li.6.ethimol'.tpibus eius alexandrie.70. milia libroꝝ iuenta sunt. Asserit aũt Eusebius in historia ecclesiastica: ꝙ Theopomp⁹ historicus tẽptauit scripturã sacrã de hebreo in grecũ transferre: ⁊ dei iudicio per.30.dies in amẽtiã ẽ versus. Theodotus ẽt ob eandem cãm cecatus ẽ. Deꝝ penitentes sanati sũt. Ob qđ misit ptolemeus pro iterpretib⁹ ad Eleazaꝝ pontificẽ iudeoꝝ. Et de hoc sic loqtur Aug.li.18.de ci.dei.c.42. Post alexãdri macedonis q etiã magnus cognominatus ẽ mirificẽtissimã minimeq3 diuturnã potentiã qua asiam vniuersã imo pene totũ orbem ptim vi ⁊ armis: partim terrore subegerat: quãdo iter cetera oriẽtis regna ẽt iudeã igressus obtinuit eo mortuo milites illius cũ regnũ illud amplissimũ nõ solũ possessuri: veꝝ ẽt bellis oia vastaturi dimisissent. ptolomeos reges habere cepit egyptus. Horum prim⁹ Lagi fili⁹ multos ex iudea captiuos trãstulit in egyptũ. Huic succedẽs ali⁹ Ptolemeus: q ẽ appellatus Philadelphus oẽs quos ille captiuos adduxerat liberos redire permisit. Insup dona regia in templũ dñi misit: petiuitq3 ab Eleazaro tũc pontifice dari sibi scripturas quas pfecto audierat fama pdicãte diuias Ideo illas habere cupiebat in bibliotheca quã nobilissimã fecerat. Has cũ idẽ pontifex eidẽ misisset hebreas post ⁊ ille iterpretes postulauit ⁊ dati sũt ei.72. de singulis duodeci tribubus hoies vtriusq3 lingue doctissimi: grece.s. ⁊ hebree: quoꝝ iterptatio vt septuaginta vocetᷣ obtinuit consuetudo. Traditur sane tã stupendũ planeq3 diuinũ in eoꝝ verbis fuisse consensũ: vt cũ ad hoc opus separatim singuli sederent: ita.n. placuit Ptolemeo eoꝝ fidem explorare nec in vno vbo ꝙ tñdem significaret: nec i vboꝝ ordine alter ab altero discreparet. Sz qđ oẽs scripserãt: vnũ erat: qm̃ reuera spũs vnus erat in oibus. Hec Aug. Ad plenius tamẽ intelligẽda illius vba sciendũ: ꝙ vt Iustinus refert post morẽ Alexãdri factus ẽ prim⁹ rex egipti Ptolemeus q regnauit annis.40. tã clare vt oẽs regnãtes ab eo postea dicerentᷣ Ptolemei. Hic fm Siccardũ suo lib. de tempoꝛib⁹ in die sabbati ascẽdit hierusalẽ simulans velle sacrificare deo: sciẽs iudeos tali die abstinere ab armis. Itaq3 cepit hierusalẽ. Successor vero eius fuit Philadelphus q regnauit annis. 38. ⁊ fuit studiosissimus. Et hic vt dicit Aug. cõstitui fecit copiosissimã bibliothecã. Notãdũ insup fm Hysidoꝝ li.6.ethimol'. ꝙ bibliotheca dicitᷣ a biblio grece: quod ẽ libroꝝ ⁊ teca repositio. Bibliothecã aũt veteris testamẽti Esdras scriba post incẽsam legẽ a chaldeis dũ iudei regressi fuissent in hierusalẽ: diuino afflatus spũ reparauit: cũctaq3 legis ac ꝓphetaꝝ volumia que fuerũt a gentibus corrupta correxit. Apđ grecos bibliothecã prim⁹ istruxit Phisistrat⁹ tyrãnus atheniẽsium: quã deinceps ab atheniẽsibus auctã. Xerxes icensis athenis euexit i Persas longoq3 post tpe Seleuc⁹ Nicanor rursus i greciam rettulit. Dehinc magn⁹ Alexãder ⁊ successores eoꝝ istruẽdis oium libroꝝ copijs aium itendere maxime Ptoleme⁹ philadelphus. Rome prim⁹ libroꝝ copiã aduexit Emilius Paulus: Persa rege macedonum deuicto. Deinde Lucullus e pontica pda. post hec cesar dedit Marco Varroni negociũ maxime bibliothece cõstruẽde. De his satis. Ad scripturam sanctã iã sermo vertẽdus ẽ: que ꝓfunditate sua tot peritissimoꝝ viroꝝ vt dictum ẽ exercitauit igenia.

De vtilitate legendi aut audiẽdi scripturam sacram.

Quarto cognoscere poterimus excellentiam ⁊ sublimitatez scripture sancte ex eius vtilitate. Prodest qdem ⁊ nõ parũ illã deuote legẽtibus ac audientibus. Unde ⁊ Paulus.2. Timot.3.c. Ois scriptura diuinitus ispirata vtilis ẽ ad docẽdũ: ad arguẽdu3 ad corrigẽdũ: ad erudiẽdũ in iusticia: vt perfectus sit hõ dei ad omne opus bonũ instructus. Hec pctõribus per pniam salutis fiduciã prestat: hec iustos pseuerare suadet in via domini hec vitia detestatur: virtutesq3 extollit: hec summũ bonũ desiderandum predicat: hec isernu3 fugiendum hortatur: hec dei mãdata seruãda monet: hec blanditur humilibus: cõminatur ipenitẽtibus: ⁊ recte viuẽtibus: aut post pctã ad deũ redeuntibus vitam pollicetur eternã. hãc q valent legant delectabiliter: q vo legere non possunt negocijs familiaribus ipediti audiant illam benedicẽtes pcipue predicatores: quibus cura puigil eẽ dz scripturas ipsas principaliter predicare. Uenite ergo o populi ⁊ audite disciplinam sacrarum lrarum: q2 vt dicitur.38.di. decretorum.c. sicut. Sicut stellas celi non extinguit

stinguit nox: ita mentes fideliũ inherentes fir/
mamento sancte scripture nõ obscurat mũdana
iniquitas. Dictũ sit de sublimitate sacre scriptu
re: que fons est irriguus refocillans et satians
omnẽ animã iusticiã ꝛ veritatẽ sitientem.

De multiplici euãgelio ꝛ qualiter scriptura
tota nos excitat vt timeamus deũ. Cap. .2.

Existimo rez gratã facere: si in hoc se/
cundo mysterio aperuero euãgelij va
rietatez: ex eo ꝙ quasi ꝑplexus ẽ mul
torũ anim⁹: q intelligere ambiunt qd in verbo
Johis nomine euãgelij eterni iportet. Sunt ꝛ
adhuc pleriqꝫ ꝑdicatoribus insultãtes: dũ euã/
gelicũ textũ ꝑdicare omittunt: quasi trãsgresso/
res existãt ꝑcepti dominici Marci vl.c. vbi dr
Euntes in mũdũ vniuersum ꝑdicate euãgeliũ
omni creature. Quare ad huiusmodi ꝑplexita
tez amouendã in hac ꝑte de multiplicitate euan
gelij erit disceptanduz: vt sic vniuscuiusqꝫ ani/
mus qescat in cognitione euãgelice veritatis: ne
qꝫ de cetero ꝑdicatorib⁹ detrahat: q vt dictũ est
euãngelicã litterã nõ semꝑ sequunt. Quadru/
plex ergo euangeliũ distinguemus.
Primũ est euangelium approbatum.
Secundũ euãgelium dubitatum.
Tertiũ euãgelium reuelatum.
Quartũ euãgelium interpretatum.

De euãgelio qd scripserũt qttuor euãgeliste.

Primũ est euãgeliũ approbatũ illd.s.
qd scripserũt qttuor euãgeliste. Vt.n.
habet ex dictis Hierony.in ꝓlogo in
Matheũ ꝛ hysidori.6.li.ethimol. prim⁹ q scri/
psit euãgelium fuit Matheus ãno.ĩ.xpi.42.
Nã volẽs ex iudea recedere: q̃ sic dicta ẽ ex tri/
bu Juda: postqꝫ intrauerũt terrã ꝓmissionis.
Nã antea dicebat terra Chanaã: eo ꝙ post di/
luuiũ habitauerũt ibi filij Chã: scripsit euãgeliũ
litteris hebraicis vt sic remaneret apud iudeos
credẽtes memoria eoꝝ q̃ docuerat. Vbi appa/
ret quãta sit vis litteraꝝ. Ideo dicit Hysidor⁹
li.i.ethimologiaꝝ. Vsus literaꝝ repertus est
ꝓpter memoriã reꝝ. Nã ne obliuione fugiãt:
litteris alligant. In tãta enim reꝝ varietate nec
disci audiẽdo poterãt omnia nec memoriter re
tineri. Et addit ipse Hysidorus ꝙ lr̃e sunt in/
dices reꝝ: signa voꝝ: qbus tãta vis est: vt di
cta nobis absentiũ sine voce loquãtur. Hebreo
ruz litteras Moyses: syroꝝ ꝛ caldeoꝝ Abra/
haz repertor. Ideo cuz litteris numero ꝛ sono
cõcordant: solis caracteribus discrepãt. Egy/
ptioꝝ lr̃as Isis regina inachi filia a grecia ve/
niens in egyptũ repperit ꝛ egyptijs tradidit.
Grecaꝝ litteraꝝ vsum primi fenices inuene/
runt: de qbus ait Lucanus. Fenices primi fa
me si credit ausi. Mansurã rudib⁹ vocẽ signa/
re figuris. Cadmus agenoris filius grecas lit
teras ex fenice.17.attulit i greciã. Isponiades
troiano bello tres adiecit: post quẽ Simonides
miles tres alias addidit. Latinas lr̃as Carmẽ
tis nimpha prima italis tradidit. Carmẽtis aũt
dicta: q: carminib⁹ futura canebat. Hec ꝓprie
vocata Nicostrata. Chartaꝝ vo vsus vt Hy/
sido. dicit.6.li.ethimol. in mẽphi egypti ciuita
te inuentus est. Ante eniz scribebãt vel i tabu/
lis marmoreis vel latericijs. Apud gẽtiles vo
Frigius Dares de grecis ꝛ troianis historiaz
edidit: quã in folijs palmaꝝ ab eo cõscriptã esse
ferũt. Redeunduz iaz est ad efficaciã litteraꝝ si
ne qbus multa ꝛ quidem necessaria oblitterata
essent. Quapropter Joãnes solobriensis in ꝓ
logo Policratonis ait. Exẽpla maiorũ q̃ sunt
incitamẽta ꝛ fomẽta virtutis nullũ oio erigerẽt
aut seruarent: nisi pia sollicitudo scriptoꝝ ꝛ triũ/
phatrix inertie diligentia eadẽ aliquid ad poste
ros trãsmisisset. Et iteꝝ idẽ. Quis alexãdros
sciret: aut Cesares: qs stoicos aut peripateticos
miraret: nisi eos isignirẽt monimẽta scriptoꝝ.
Quis apostoloꝝ aut ꝓphetaꝝ amplexãda imi
taretur vestigia: nisi eos posteritati diuine litte
re cõsecrassent. hec ibi. Matheus ergo vt dicit
Nico. de lira. interpretatur datus: q: inter euã
gelistas primo datus est a deo ad scribẽdũ euã
geliuz. Secũdus scripsit euãgelium Marcus
anno sequẽti eloquio greco fm Hysidoꝝ i ita/
lia secutus Petrũ vt discipulus. Tertius Lu
cas greci sermonis eruditissimus fm Hysido/
ruz ꝛ Hieronymũ in grecia in Achaie ꝑtibus
scripsit euãgeliũ sub Teophilo epo. Quartus ꝛ
vltimus Johes scripsit euãgeliuz in asia q fuit
in scribẽdo vltimus: vt inqt Hiero. in ꝓlogo
in Joãnẽ: ex eo ꝙ erat virgo ꝛ iuuenis. Qua/
re vt verecũdus se ingerere noluit quousqꝫ ab
episcopis asie rogaret ꝛ ab hereticis excitaret.
Sed hic tria dubia sunt aperiẽda. Primum.
Quare nõ vnus scripsit euãgelium. Secũdũ.
Quare christus benedictus nõ scripsit quicqꝫ
posteris relegẽdum. Tertiuz. Vtruz ꝑdicatio
veteris testamẽti repugnet predicationi euãge
lij. Ad primuz respondet quedã glo. Qd euã/
gelistę sunt testes domini: ꝛ hoc nõ propter idi
gentiam claritatis diuine: sed infirmitatis hu/
mane qꝛ firmius ꝛ certius credit pluribus qꝫ

vni. In ore eniꝫ duoꝝ vel triū testium stat omne verbuꝫ: vt dicit Math. 18. c. ⁊ .2. q. 4. c. i. ⁊ .2. ad Corin. 13. c. ⁊ Deut. 19. c. ⁊ .4ª. di. c. quoniā. ⁊ .xi. q. iij. c. p̄cipue. ⁊ extra de testi. c. licet. ⁊ extra de testi. c. relatū. Et ideo disposuit diuina sapientia: vt plures essent euangeliste: q si omnino diuersa dicerent: fidē nō firmarent. Ad hoc eniꝫ ut testioniū sit solidū: necesse est testes cōcordare. Si vero omnino idē dicerēt: iā totuꝫ vnū esset ⁊ sup̄fluū. Vt ergo certū eēt testimoniuꝫ ⁊ nihil cōtineret sup̄fluū disposuit spiritus sanctus vt aliqua singulariter narrarēt: aliqua cōiter: nulla vero discorditer. Ideo dic̄ augu. de cōsensu euāgelistaꝝ: ꝙ nō omnes euangeliste idē dixerūt. Sed vbi cōcurrerunt in idē narranduꝫ nō discordāt. Ad secundū dubiuꝫ respondere possumus ex dictis sanctis Tho. 3. parte. q. 42. ꝙ. xp̄s benedictus nō scripsit: quia nō fuisset cōueniens dignitati sue ita scribere: sicut expediebat cōmuni vtilitati eoꝝ quibꝰ doctrina sua erat tradēda. Si vero scripsisset secūduꝫ altitudineꝫ dignitatis sue: nullus fuisset capax mysteriorum: ⁊ sic scriptura illa fuisset frustra. Ad tertiuꝫ dubiū iam imorādum est propter nōnullos qui palatuꝫ infectuꝫ habētes me mordent qꝛ in hoc opere historias veteris testamenti predicādas conscripsi. Videt̄ forte ipsis vetus testamētum abijciendū. Sed caueant ne Seueriani sint. De quibus dicit Hysidorus. 8. li. ethimologiaꝝ. ꝙ fuerunt quidam heretici sic nominati a Seuero heresiarcha: nō recipiētes vetus testamentum ⁊ resurrectioneꝫ. Dicimus ergo ꝙ quicunque p̄dicat ea que cōtinent̄ in euāgelio: predicat euangeliuꝫ. Sed q predicat vetus testamentuꝫ predicat ea que cōtinent̄ in euangelio: ergo predicat euāgeliū. Matheꝰ nāque. i. c. genealogiam christi explicat: nominans patres ⁊ reges veteris testamēti. Et i. 2. c. inducit auctoritateꝫ Esaie. 7. c. Ecce Vgo cōcipiet Et in eo. c. allegat dictum Michee. 5. c. Et tu Bethleem ⁊c̄. Et eo. c. dictū Esaie. Ex egypto vocaui filiuꝫ meū. Et. 3. c. dictuꝫ Esaie 40. c. Vox clamantis in deserto: parate viā domini. Et. 4. c. dictū Deut. 6. c. Nō temptabis dominū deū tuū. Et. 12. c. exempluꝫ Jone: qui fuit in ventre ceti. ⁊ .15. c. textū Esaie. Populus hic labijs me honorat: cor autē eoꝝ longe est a me. Et. 17. c. apparitionē exprimit Moysi ⁊ Helie. Et. 19. c. Christus docet p̄cepta decalogi que ponunt̄ Exo. 20. c. Et. 22. c. allegat̄ auctoritas Dauid. Dixit dominꝰ dn̄o meo sede a dextris meis. Et. 26. c. auctoritas Zacharie prophete. Scriptuꝫ est: percutiā pastorem ⁊c̄. Et Luce. 2. c. dicitur. Impleti sunt dies purgationis Marie s̄m legeꝫ Moysi. Eodem. c. circūcisus est puer. Et. 16. c. Dixit christus verba Abrahaꝫ: habent Moysen ⁊ prophetas: audiant illos. Et vltimo. c. O portet impleri omnia que scripta sunt in lege Moysi ⁊ prophetis ⁊ psalmis de me. Vtique hec ⁊ similia ex veteri testamēto sumpta in euāgelijs continentur. Quare qui ea que sunt veteris legis ad christū ordinata p̄dicat: euāgelium vtique nō omittit.

De euāgelijs apocrifis: qbus non adhibet̄ plena fides.

[S]Ecūdum est euangeliuꝫ dubitatum vt Nicodemi Jacobi ⁊ alioꝝ que inter apocrifa ꝯputantur. 15. di. c. Sancta romana ecclesia. Secunduꝫ auteꝫ Hysidoruꝫ libro. 6. ethimol̄. apocrifa dicta. i. secreta quia ī dubiuꝫ veniunt. In his apocrifis ⁊ si inueniatur aliqua veritas: tamē propter multa falsa nulla est eis canonica auctoritas: que recte a prudētibus iudicantur nō esse credenda qbus ascribūtur. Nam multa ⁊ sub nominibus prophetarū ⁊ recentiora sub nominibus apostoloꝝ ab hereticis proferunt̄: que omnia sub nomine apocriforuꝫ: auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt. Hec Hysidorus.

De euāgelio beati Pauli apostoli.

[T]Ertiuꝫ est euāgeliuꝫ reuelatū de quo apostolus ad Gal̄. i. Notum vobis facio euangeliū: quod euāgeliçatū est a me: quia nō est secunduꝫ hominē. Neqꝫ eniꝫ ego ab homine accepi illud: neqꝫ didici: sꝫ per reuelationeꝫ iesu xp̄i.

De euāgelio large sumpto quod est tota scriptura sancta.

[Q]Vartū est euangelium interpretatuꝫ. Tota siquidē scriptura sacra large euāgelium dici potest. Secundum enim Hysidorū: euangeliuꝫ interpretatur bona annunciatio. Grece eu: bonum: angeluꝫ annūciatio dicit̄. Hoc est illud euāgelium eternum scriptura. s. sacra: bene annūcians nobis eternam veritatē dei nobis temporaliter reuelataꝫ. Ideo dicit Hieronymus. i. q. i. c. marchion. Marchion ⁊ Basilides ⁊ cetere hereticorum secte nō habent dei euangeliuꝫ: qꝛ non habent spiritū sanctum: sine quo humanū fit euāgeliuꝫ quod docet̄. Nec putemus in verbis scripturarum esse euāgelium sed in sensu: nō in superficie: sed

cte: ſed in radice: nõ in ſermonuꝫ folijs: ſꝫ i me dulla rationis. hec ille. Que verba contra illos dicta ſunt qui litteraꝫ tãtuꝫ quattuor euãgelioꝝ nomine euangelij volunt intelligi. Nos vero omneꝫ ſcripturã dei vltra quattuor euãgelia: vt prediximus euãgeliuꝫ appellamus. Hec ergo eſt: que bene omnibꝰ annunciat vt deũ timeãt. Excitent᷑ iam omnes populi: omnes gẽtes omnes vtriuſqꝫ ſexus: ⁊ audiant qd vndiqꝫ ſcriptura canit. Certe a principio vſqꝫ ad fineꝫ. Timete deuꝫ: timete deuꝫ: timete deuꝫ. Hoc dicitur Leuit. c. 25. Vnuſquiſqꝫ timeat deũ ſuum. Et de hoc ſcribitur Deutro. 4. ca. Dixit deus ad Moyſen. Congrega ad me populuꝫ vt audiat ſermones meos ⁊ diſcat timere me omni tempore. Et Deut. 6. c. Dominuꝫ deũ tuuꝫ timebis: ⁊ ipſi ſerues. Et Joſue. 23. c. Timete deũ ⁊ ſeruite ei corde perfecto. Et. i. Regum. 12. c. Timete deuꝫ ⁊ ſeruite ei in veritate. Et p̃s. 2. Seruite domino in timore. Et p̃s. 33. Timete dominũ omnes ſancti eius. Et pſal. cxi. Beatus vir qui timet dominũ. Et Tob. 8. Multa bona habebimꝰ ſi timuerimꝰ deũ. Et Judith. 16. Qui timent te magni erunt apud te per omnia. Et Eccle. i. Timenti deuꝫ bene erit in extremis: in die defunctionis ſue benedicet᷑. Et 2. c. Fili accedens ad ſeruituteꝫ dei: ſta in iuſticia ⁊ in timore. Et. x. c. Gloria diuitum honoratoruꝫ ⁊ pauperũ timor dei eſt. Et. 19. c. Da locũ timori altiſſimi: qꝛ omnis ſapientia timor domini. Et. 25. Beatus vir cui datũ eſt habere timorẽ domini. Et, puer. 3. c. Time deum ⁊ recede a malo. Et. 14. c. Timor domini fons vite: vt declinet a ruina mortis. Et. 23. c. Eſto in timore domini tota die: qꝛ habebis ſpem in nouiſſimo. Et Eccleſiaſtes. 8. c. Ego cognoui ⁊ erit bonũ timẽtibus deuꝫ. Et malachie. 1. c. Si ego dominus vbi timor meus. Et Nee. 5. c. Quare nõ ambulatis in timore domini. Et Michee. 6. c. Salus eſt timentibꝰ nomẽ tuuꝫ. Et. 2. Corinthi. 5. c. Scientes timorẽ domini hominibus ſuademus. Et Luce. 2. c. Et miſericordia eius a ꝓgenie in ꝓgenies timentibus eũ. Hec eſt tonans illa vox omnis diuine ſcripture: de qua Johẽs dicit ꝙ omnibus populis alte ſonãda eſt. Timete deũ. Qui quare timendus ſit in ſequentibus oſtendimus.

Quod rationabile ẽ timere deũ. Ca. 3.

s Unt plurimi qui de timore dei audiẽtes loqui: nõ ſolũ non formidant ⁊ pauent: quinimo in deriſum habẽt que dicuntur. Aiunt enim clementẽ eſſe deũ ⁊ natura miſericordẽ: a quo nullũ maluꝫ ꝓuenire põt. Et vt docet Ariſto. 2. rhetorice illa timemus ex quibus nobis mala ꝓueniunt. Sed nõ aduertunt theologorum ſententiaꝫ: ⁊ precipue ſancti Tho. ſecũda ſecũde. q. 19. Quod malũ pene ⁊ ſi ſit maluꝫ ſm quid: inqꝫtuꝫ. ſ. ledit eos qbus infertur: verũtamẽ eſt bonũ ſimpliciter inquãtum ꝓuenit ex ordine diuine iuſticie. Ea ꝓpter vt intelligant omnes quare timendus deus eſt a quo proueniũt mala pene: in hoc capitulo de ratione diuini timoris erimus tractaturi: quia Joãnes ſubdit: quoniã venit hora iudicij eius Sunt enim quattuor in deo iudice: ⁊ peccatoꝝ vltore: ꝓpter que merito timeri debet.

Primũ eſt noticia.
Secundum diſplicentia.
Tertium potentia.
Quartum iuſticia.

Quod deus benedictus cognoſcit oĩa peccata tam ſecreta qꝫ publica.

p Rimũ qd̕ eſt in deo quare timeri debet eſt noticia. Ipſe vtiqꝫ omnia noſtra ma'a nõ ſoluꝫ publica ⁊ manifeſta ſed etiã occulta ⁊ in corde latentia noſcit: ſcrutaturqꝫ intima omnia: ⁊ penetralia cordiũ. Probatur hec veritas auctoritatibꝰ omnis ſcripture diuine ⁊ humane. Ait ergo Job. 42. ca. Scio domine quia omnia potes: ⁊ nulla te latet cogitatio. Et ſapiens prouer. 5. Reſpicit dominꝰ vias hominis: ⁊ omnes greſſus illius cõſiderat. Et Eccle. 7. Nõ te iuſtifices ante deuꝫ qꝛ agnitor cordis ipſe eſt. Et. 16. c. Non dicas a deo abſcondã: ⁊ quis mei memorabit᷑. Omne cor intelligit᷑ a deo. Et. 39. c. Nõ eſt quicqꝫ abſconditũ ab oculis eius. Et p̃s. 93. Dominus ſcit cogitationes hominum. Et. i. Regum. 15. homo videt ea que parent: deus autẽ intuetur cor. Et. 1. Paral᷑. c. penul. Omnia corda ſcrutatur dominꝰ: ⁊ vniuerſas mentiũ cogitatiões intelligit. Et Daniel᷑. 13. c. Deus eterne q abſconditoꝝ omniũ es cognitor ⁊ qui noſti omnia anteqꝫ fiant. Et Paulus ad Hebreos. 4. c. Omnia ſunt nuda ⁊ aperta oculis eius. Et Joãnis. i. cano. 3. c. Maior eſt deus corde noſtro ⁊ nouit omnia. Et in decre. di. 32. c. erubeſcant. Secretoꝝ cognitor ⁊ iudex eſt deus. Et 2. q. 1. c. Deus omnipotens. Et. 2. q. 5. c. conſuluiſti. Deus ſolus nouit corda filioꝝ hominum. Et ad idẽ facit quod ſcribit᷑. xi. q. 1. c. ſacerdotibus. ⁊. 22. q. 1. c. nõ nobis. ⁊. 18. q. 2. c.

p ern tiosam.⁊.23.q.5.c. ꝓdest.⁊.24.q.1.c.
odi.⁊.26.q.5.c.nec mirũ.⁊.26.q.6.c.agno/
uimus.⁊.32.q.1.c.apud.⁊ de pe.di.i.c.quez
penitet.⁊ extra de offi.deleg.c.nouit.⁊ de sy/
monia.c.tua nos. Et Hieronymus ad De/
metriadẽ ꝟginem. Omnium opeꝝ ⁊ cogitationũ
tuaꝝ speculatorẽ tuũ crede deũ. Et Sistus py
thagoricus in sententijs suis. Cogitatio hoīs
deũ non latet: ⁊ iõ cogitatio tua pura sit ab om/
ni malo. Et Seneca ad Lucillũ. Quid ꝓdest
aliqd ab hoīe esse secretum. Nihil deo clausuz
ẽ. Ipse cogitatõibus nostris iteruenit: sic iter/
ueni dico vt nũq̃z aliquãdo ide discedat. ⁊ Oui
dius in.3.metamorphoseos. Aspiciũt oculis su
peri mortalia iustis. Sed cõtra ista obijcit̃ mul
tipliciter. Primo q2 deus nõ cognoscit aut i/
telligit aliud a se: ergo nõ cognoscit nostra pctã
Ut.n.dicit Ar.xi.metaph. Intelligibile ẽ p
fectio itellectus. Si igit̃ deus itelligeret aliud a
se: itellectus ei9 pficeret̃ ab alio: ⁊ sic aliqd esset
nobilius ipso: qđ ẽ falsum. Scđo arguit̃ ꝫ
Ansel. Omne qđ ẽ melius circa deũ ẽ ponen
dũ. Sz quedã melius ẽ nescire q̃z scire: sicut di
cit Aug. in enchiridion: ergo necesse ẽ ponere
ꝙ deus illa nõ sciat. Sed illa sũt pctã: ergo de9
nescit nostra pctã. Tertio sicut deus ẽ oium
sciẽs: ita deus ẽ oipotens: sz deus nõ põt mala
ergo neq̃z scit mala. Quarto arguitur. Aba
cuc.i.dicit̃. Mũdi sũt oculi tui dñe: ne videãt
malũ. Ad primuz respondet Boñ. in primo
di.29.ꝙ cognoscere aliud a se ẽ dupl'r. Aut p
aliud a se cognoscẽte. Aut per se. Quãdo co/
gnoscẽs cognoscit aliud ⁊ p aliud: tũc veꝝ est
ꝙ perfectõem hꝫ aliunde: ⁊ tunc eius itellectus
ẽ in potentia: ⁊ recipit aliunde perfectõem: ⁊ iõ
additõem ⁊ trãsmutatõem. Et hoc omnino est
impossibile circa deum: q2 vt inquit cõmenta/
tor super.12.metaph. Intelligere dei ẽ sua sub
stantia. Patet q2 sua substãtia ẽ sua actio. Pz
ẽt: q2 est actus purus ⁊ simplex. Et ibidem cõ
mentator dicit ꝙ intellectus in deo.i.intellectõ
⁊ intellectus idem sunt. Deus ergo illa que sũt
extra se: non per illa: sed per suam essentiaz in/
telligit: q2 illa suum intellectum non possunt p
ficere mouere ac in seipsis terminare. Et iõ in
tellectus diuinus cognoscendo vilia non vile
scit. Propterea dicit Dio.li.de diui.no. Ma
te: ialia deus cognoscit imaterial'r: diuisibilia i
diuisibiliter: ⁊ multa vnitiue. Ratio q2 deus i/
materialis ẽ ⁊ simplex ⁊ vnus. Unde qualis
ẽ ipse: talis est eius cognitio. Ex quibus omni
bus seqtur ꝭm Tho.1.pte.q.14.arti.5.in re/
sponsione ad secundum argumentum: ꝙ nihil
aliud est pfectio diuini intellectus: nisi ip̃a ẽẽn
tia dei. Ad secũduz obiectũ respondet Boñ.
ꝙ aliqd dr̃ meli9 dupliciter.s. simpliciter ⁊ ꝭm
statuz. Dico ergo ꝙ scire oia simpl'r melius ẽ
⁊ nobilius. Sed homini corrupto qui accipit oc
casionem peccandi ex cognitõe melius est que
dam nescire. Ideo non sequitur ꝙ sit deo attri
buẽdum. Ad tertium dicit Boñ. ꝙ non ẽ si
mile de potentia ⁊ scientia: q2 rectitudo manẽs
rectitudo est ratio cognoscendi malum. Sz re/
ctitudo non est causa mali nisi declinando a re
ctitudine in deficiendo. Ideo scire mala ẽ de p
fectõe scientie: sed posse mala non est de perfe/
ctione potentie. Ad quartum dicit Boñ. ꝙ
in deo ẽ duplex cognitio. Una approbationis
Alia simplicis noticie. Cognitio approbatõis
notat cõplacentiam voluntatis. Et hac non co
gnoscit deus omnia: ⁊ nec sic mala: nec malos
sed tm̃ bona ⁊ bonos. Et sic dicũt auctoritates
Est alia cognitio simplicis noticie. Et hec quia
hꝫ rõez cognoscendi a ꝟitate: q̃ ẽ lux sũma cui
nihil põt occultãi: nec ẽt tenebre obscurãt̃ ab ip
so. Iõ cognoscit oia magna ⁊ pua: bõa ⁊ mala

Qđ pctã displicent deo: contra illos qui di
cunt ꝙ deus de peccatis nostris non curat

S Ecũdum quod est in deo quare timeri
dꝫ est displicẽtia. Displicẽt.n. sibi pec
cata: ꝓpter que pctõres abhominat̃ ⁊
odit. Unde dauid in psal. Odisti oẽs obseruã
tes vanitates. Et Eccl.5. Altissimus odio hꝫ
pctõres. Et Sap̃.14. Simil'r sũt odio deo ipi
us ⁊ impietas eius. Et Augu.li.de peni.⁊ de
peni.di.3.c.sunt plures. Scio dñm inimicum
omni criminoso. Et idem li.12.de ci.dei.c.3.
Dicunt̃ in scripturis inimici dei omnes q nõ
natura sed vitijs eius aduersantur iperio: cur
deus odit diabolum: nisi ꝓpter pctm̃. Utiq̃z
nec Petrum diligeret si criosus eẽt. Inm̃ nã
q̃z pctm̃ ẽ ei exosum: ꝙ filiũ suũ crucifigi volu
it: vt cũ illo pctm̃ crucifigeret̃. inqt augu. super
eplam ad Col. Innocẽs occiditur: pctm̃ cru/
cifigitur. Aiaduerte o peccatrix aĩa: ⁊ cõsidera
dei filiũ in cruce pendẽtem: liuoribus ⁊ plagis
plenũ: ⁊ pie ip̃m iterroga. O delicatissime iu/
uenis o fili dei altissimi: cur ista pateris. cur tã
to dolore cõcuteris. Et respondebit tibi ꝓtin9
hec oia patior vt patri meo ꝑ pctõ humani ge/
neris satisfaciã. Hoc ẽ ꝙ Esaias dixit.53.c.
Uulneratus ẽ ꝓpter iniqtates nostras ⁊ attri
tus ste

tus ē ꝑpter scelera nostra. Disciplina pacis no
stre sup eum cuius liuore sanati sumus. Et pe
trus.1.epl'a.c.2. Pctā nostra ipe ptulit in cor
pore suo sup lignū vt pctis mortui iusticie viua
mus: cuius liuore sanati sum⁹. o q̄tum timeret
subditus regis cū certitudinaliter sciret se i eius
fore odio ac displicentia. Semp pauidus esset
ac nimio terrore correptus tacitus cogitaret. o
qd cōtra me rex erit facturus. Heu me displi/
cui sibi: odiū in me iecit suū. Quātomagis tu i
felix aia timere debes: dū mēte recogitas: q̄ re
gem regū offendisti. Expauesce ⁊ cōtremisce:
q̄ iniqtates tuas si te nō correxeris puniet.

Quod potentie dei nullus resistere potest.

Ertiū qd ē in deo: q̄re timēd⁹ est potē/
tia dicitur. Dixim⁹ in quadragesimali
de pnia. in sermōe de oīpotentia dei. q̄
liter ipsi dño celorum nulla creatura angelica vel
humana resistere pōt. Appebit ēt hoc in seq̄n
tibus cū i pticulari de iudicijs ei⁹ vba faciem⁹

Quod iusticia ē in deo: qua ēt in presenti se
penumero punit malos.

Uartū qd est in deo: quare timeṫ oēs
illū tenētur ē iusticia: de qua isup deī
ē diffuse in sermonib⁹ de iusticia dei in
quadragesimali de pnia. Nūc vo id scire suf/
ficiat: q̄ lz in generali iudicio oia sint mala pu/
nieda: tn̄ freq̄ntius multa in hoc seculo puniūṫ
vt ostendatur q̄ deus iustus iudex cōcidit cer/
uices pctōrum. Necesse ē ergo vt pctōribus du/
ris dicamus id ps. Nisi cōuersi fueritis: gla/
diū suū vibrabit: arcū tetēdit ⁊ parauit illū: q̄ ve/
nit hora iudicij eius. A quo nos misericordit
liberet: q ē benedictus in secula seculorum. Amē

Sermo.2. de diuinis iudicijs ⁊ flagellis q̄
a stultis pctōribus nō timentur.

Uariora saxis humana corda psepe videnṫ
eē: que nullo dei timore ter/
rētur neqz pctā deponere stu
dēt. Infixa manēt in fecibus
suis: ⁊ deū celi illis cōminātē
cōtēnūt. Idcirco ad excitādas aias inertes: vt
ausu temerario deposito timeant deū: in p̄sen/
ti sermone de timore dei in generali dicemus.
Uidebimusqz de illo tria mysteria principalia
Primum dicitur vilipensionis.
Secundum cognitionis.
Tertium euitationis.

Quare homines non timēt: imo cōtēnunt
iudicia dei. Capitulum .1.

Alis ē multorū conditio vt dei iudicia
spnant atqz derideāt. Qd qdem rōe q̄
druplici facere cognoscūtur.
Prima dicitur incredulitatis.
Secūda longanimitatis.
Tertia apparentis bonitatis.
Quarta mundane ꝓsperitatis.

Qd multi nō credūt q̄ dicūtur de iudicijs dei.

Rimo nō timētur dei iudicia ꝑpter in
credulitatē: q̄ cū narranṫ aut legūṫ no
lunt excecati pctōres fidē p̄stare dictis
q̄ male libēter quis acceptat qd nolet: imo cō
trariū: fm illud Senece in prima tragedia. qd
nimis miseri volūt hoc facile credūt. Sic eue/
nit tpe diluuij d quo paulo inferius tractabim⁹
Nūqz voluit gēs illa pitura Noe archam fabri
canti dare fidem. Sic accidit Balthasar rgi ba
bylonis: de quo dicit Nico. de lira super.5.c.
Daniel. q̄ cū publice diceretur regnū ei⁹ debe
re psistere vsqz ad finē captiuitatis iudeorum: de
qua pdixerat Hieremias hiere.29.c.f.q̄.70.
ānis erat duratura ⁊ deridebat oēs. Et cū sibi
diceret q̄ exercitus Darij ⁊ Ciri validissimus
veniebat cōtra eū: negligebat ꝓuisionē contra
veniētē. Dum vo obsessa eēt babylon feē grā
de cōuiuiū ⁊ celeberrimū optimatibus suis: ⁊ i
cōtemptū bibebat in vasis templi que asporta
uerat Nabuchodonosor. Et sic vacans epu/
lis vidit manū scribentem in piete. Mane Te
chel. Phares. Aduocato aūt Daniele iterp̄/
tatus ē visionem d. Mane numerauit de⁹ re/
gnū tuū ⁊ cōpleuit illud. Techel appēsus es in
statera: ⁊ inuētus es minus habēs. Phares di
uisum ē regnum tuū: ⁊ datum Medis ⁊ per/
sis. Cū aūt hoc audisset lz honorasset Danielē
tn̄ stabat in ptinacia sensus sui. Quare eadem
nocte babylon capta fuit: ⁊ Balthasar itersect⁹
ac iugulatus. De ista euersione babylōis dicit
horosius li.2. Babylon eo tpe a Ciro rege sub
uersa quo primū roma tarquinorum dñatione libe
rata ē. Siqdem sub vna eadēqz cōueniētia tē/
porum illa cecidit: ista surrexit: ⁊ quasi moriēs di
misit hereditatem.

Qd deus longanimis ē ⁊ patiēs: tn̄ ad lon
gum iudicat impenitentes.

Ecūdo nō timeṫ dei iudicia ꝑpter dei
patientiā ⁊ longanimitatē. Aiunt nā/
qz pctōres ceci. Tam diu sustinuit nos
deus: ⁊ nūc nec aliter faciet. De his aug. li.4
de doctrina xpiana sic loqtur. Plerosqz incre

dulos miſerationis dei patientia longa pecca/
re facit itrepidos: qꝛ deum non arbitrant̃ ſuoꝝ
pctõꝝ vltorem. Verũtamen libranda ſunt illa
v̈ba Valerij. Lento etenim gradu ad ſui vin
dictã diuina ꝓcedit ira: tarditatẽq; ſupplicij gra
uitate cõpenſat. Et hiero. in cõmento ſuꝑ Hie
remiam inqt. Quãto maior ẽ numerus tpum
qbus obliuiſcimur deũ: tãto maior eſt pẽa pcti
quod nec lõgitudine ſeculoꝝ potuerit edomari

Q̃ð multa bona opa fiũt: ſed nõ pp deum

Ertio nõ timẽtur iudicia dei ꝓpter ap/
pentem bonitatẽ. Fiũt qñq; aliq̃ bona
ſimulata nõ ꝓpter deũ: ſed ad cõplacẽ/
tiam hoĩum. Vadũt ad miſſas vſurarij: libros
in manibus deferẽtes ſodomite: fornicatores:
τ alij ſimiles frequẽtãt diuina: nõ vt honorent
deũ: ſed vt boni viri eẽ videãtur. Quãdo aũt
ſuaſu p̃dicatoꝝ τ inſpirãte deo per donũ gratie
gratis date: ad talia pagenda ducunt̃: tñ grãdia
pctã nõ relinquũt: τ pſuadẽt ſibi ex quo opant̃
aliquod bonũ: timẽdu; eis nõ eſſe. Quibꝰ ego
dico: ꝙ ſi deus aliquãdiu retardet ſniã; ꝓpter
huiuſmõi bona: verũtamẽ niſi ſequat̃ v̈a τ re
alis emẽdatio: tandẽ ad ſua iudicia ſepenume/
ro manũ extendet.

Q̃ð multi cõfidũt in ꝓſperitate τ tñ ex inſpe
rato ſepe flagellantur a deo.

Varto nõ timentur iudicia dei ꝓpter
mũdanã ꝓſperitatẽ. In qua qdem ve/
lut ebrij iam ſci putant ſe eẽ deos in di
uitijs: in robore corpis: in gl'ia ſeculi licere ipis
arbitrãtur facere qcqd velint. In'qbus vt dicit
Seneca in tragedijs. Proſpeꝝ ac felix ſcelus
v̈tus vocatur. Cõfidũt in vanitate ſua: τ ð ſua
v̈tute ac tpalibus bonis p̃ſumũt τ gl'iant̃. Cõ
tra quos dicit Seneca in tragedijs. Nemo cõ
cõfidat nimiũ ſecũdis. Et idem ad Lucillum.
Noli huic trãqllitati cõfidere. Momẽto mare
euertit̃ τ eodẽ die vbi luſerũt nauigia ſorbent̃.
Hinc Hieremias. 47. c. ciuitati affluẽti ꝓſpe
ritate τ nõ timẽti deum ait. Audi hec delicata τ
habitãs cõfidenter: que dicis in corde tuo: ego
ſu;: nõ ſedebo vidua: τ ignorabo ſterilitatem.
Veniẽt tibi hec duo ſubito in die vna. O quot
ciuitatibus ex improuiſo ſupuenit ira dei. Et vt
omittamus reliqua iſpiciamꝰ qd fcm̃ eſt ꝑ iopi
natos terremotus. Accepi oia q̃ ſequũtur ex q̃/
dam cronica ricobaldi ferrariẽſis. Regnante
Tigrane in Syria terremotu fcõ ꝑire hoĩum
70. milia: vrbes alique ſubuerſe. Anno quito
Tiberij. 13. vrbes in Aſia cecidere terremotu
cõcuſſe. Impante Nerone tres in aſia vrbes
terremotu corruere. ãno octauo Veſpeſiãi tres
vrbes terremotu cecidere. anno octauo Traia
ni Nicea τ Nicomedia corruerũt. Anno eiuſ/
dem. 16. Antiochia pene tota corruit terremo/
tu. Impãte Diocliciano ťremotu fcõ apð Ti/
ru; τ Sydonẽ multa milia hoĩum ꝑiere. Tpe
Conſtantini ſecũdi terremotꝰ in oriente pluri/
mas vrbes ſolo ſtrauit. Nõ oia τ ſingula expli
cari poſſunt: in qbus appet q̃; terribilis τ for/
midãda ẽ dextera dei oĩpotentis: que in momẽ
to confundit omnem ſuperbiam hominum: iõ
ſemper timendus eſt.

Quibus ſignis debemus veriſimiliter eſti
mare quando iudicia dei ſunt propinqua.

Capitulum ſecundum.

Icet inſcrutabilia ſint iudicia dei: τ no
ſtrum non ſit cognoſcere tẽpora: τ mo
menta: que in ſua poſitaꝰ ſũt poteſtate:
nihilominus per ſigna queda; cognoſcere poſ
ſumus quando timendum eſt: ne in breui ve/
niant ſuper nos mala. Nec preſumptuoſum ẽ
ita loqui: aut tenere quando qdem ipe dñs ihs
benedictus Math. 24. τ Luce. 21. dixit. Ab
arbore aũt fici diſcite pabolam: cum videritis
qꝛ ramus eius tener fuerit τ folia nata ſcitis qꝛ
prope eſt eſtas. Quare in hac parte notabimus
quattuor ſigna per que ſcire debemus quando
timẽdũ ſit: ne de ꝓximo nos pulſent iudicia τ
flagella dei.

Primũ dicitur magnitudo.
Secũdum multitudo.
Tertium conſuetudo.
Quartum promptitudo.

Q̃ð cũ cõmittuntur grauia pctã ꝓxima ſunt
iudicia dei.

Rimũ ſignum quo cognoſcuntur i ꝓ
ximo ventura iudicia dei dicitur ma/
gnitudo peccatorum. Quando. ſ. fiũt
peccata horrenda grauia ſiue nephanda. Nec
tenenda eſt opinio ſtoicorum de quibus dicit.
Tho. prima ſecunde. q. 73. arti. 2. ꝙ volebant
omnia peccata eſſe paria. Quinimo ſm diuer
ſitatem τ qualitatem circũſtantiarum vnũ alio
grauius iudicatur. ff. de penis. l. aut fcã. Sũt
ergo omnia peccata mortalia grauia: quedam
tamen ceteris grauiora: ſicut ſunt ſymonie: ꝓ
phanationes ſacrorum locorum: irreuerentia
diuini cultus: filicidia: ſacrilegia: adulteria: in/
ceſtus: ſodomie: blaſphemie: periuria: crudeli
tates: violentie: rapiñe: vſure: odia: liuores: rã
cores

rores: fraudes: deceptiones: proditões: ⁊ similia

Qd multitudine peccatorum deus iudicat ppl'os

s Ecundum signum quo cognoscuntur in primo dei iudicia ventura dicit̃ multitudo peccantiũ. Quando enim pctã grauia cõmittuntur a paucis adhuc equanimiter suffert deus. Sed si a multis perpetrantur nõ diu continebit manũ suam. Veh ⁊ iterum veh vobis: q2 nos sumus in quos fines seculorũ deuenerũt in qbus cõpletur dictũ ps. O ẽs declinauerũt simul inutiles facti sunt: nõ est q faciat bonũ: nõ est vsq3 ad vnum. Rara inquit Hiero aduersus Vigilãtium: Vitus est nec a pluribus appetitur. Et Ouidius li. 2. de ponto ait. Nec facile multis inuenies milibus vnum. Virtutẽ pcij qui putet esse sui. O q3 exiguus ẽ numerus seruientium deo in Vitate. O quãta est sequela diaboli. o quot discipulos iam h3 antichristus. Nõ ẽ Vitas: nõ est bonitas i filiis hoium. Descendẽtibus ab vniuersalibus ad pticularia iubet Plato qescere.

Qd cõsuetudo ⁊ pseuerantia in pctis puocat deum ad iram.

t Ertiũ signũ quo timenda sunt in prio ventura iudicia dei dicitur consuetudo quãdo. s. pctã grauia a multis cõmissa: consuetudine ⁊ longa pseuerantia in cordibus ppl'orum ieuia facta sunt. Defendunt nãq3 multi pctã sua ⁊ excusãt cõsuetudinẽ allegantes: non aduertentes oium doctorum sniam: q firmiter asseuerãt q2 cõsuetudo nec excusat nec alleuiat peccata: imo aggrauat ⁊ adauget. Quare di. 8. c. mala dicitur. Mala consuetudo nõ minus q3 pniciosa corruptela vitãda ẽ. Et ibi i. c. Vitate. Veritate manifesta cedat cõsuetudo veritati. ⁊ infra. Nemo cõsuetudinẽ rõi ⁊ Vitati pponat: q2 cõsuetudinẽ rõ ⁊ Vitas semp excellit. Et eadẽ di. c. si cõsuetudinẽ. Vsus q Vitati ẽ cõtrarius abolẽdus ẽ. Et in. c. q cõtẽpta. Cu3 xps sit veritas sit magis Vitatẽ q3 cõsuetudinẽ seq debemus. Et in. c. cõsuetudo. Cõsuetudo sine Vitate vetustas erroris ẽ: ppter qd relicto errore sequamur Vitatez. Et extra de cõsuetudine. c. ex litteris. Cõsuetudo q canonicis obuiat istitutis nullius d3 eẽ momẽti. Ide3 habeĩ extra de cõsuetudine. c. cũ venerabilis. extra de vsu pallij. c. ex tuarum. extra de officio archi. c. cũ satis. extra de iuramẽto calũnie. c. ceterum. extra de vi. ⁊ ho. cle. c. cũ decorẽ. extra de statu mona. c. ca q extra de cõsecratõe eccl'e. c. aqua. extra d' symo. c. intm. c. tua nos. extra de cõsuetudine. c. consuetudinẽ. li. 6. extra de cẽsibus. c. q3q3. li. 6. hec dixisse volui ad refellendã reprimẽdãq3 temerariã excusatõem trãsgressorum diuie legis: q se ad cõsuetudinẽ querũt subterfugere. Sic faciunt vsurarij: sic mercatores fraudulẽti: sic mulieres vane: sic ambitiosi clerici: sic p nomẽ dei in vanũ crebro iurãtes: sic blasphemãtes deu3 ⁊ scõs: sic deniq3 oẽs dissoluti corde. Qui tanto magis debẽt timere iudicia dei: quãto vidẽt se per cõsuetudinem a pctis detineri.

Qd ira dei vicina ẽ: quando pctõres nec timent deũ: nec de hoibus erubescunt.

q Vartũ signũ ad cognoscendam iram dei fore propinquã ẽ pmptitudo. Qñ s. tota aiaduersione ⁊ pmptitudine cõmittũtur peccata horrenda a multis in quolibet statu cõsuetudinarie ⁊ pseueranter sine timore dei ⁊ sine verecũdia hoium. Quo me vertam vnde icipiam: an tacere debeã. Veh mundo a scãdalis. Nõ erubescũt amplius hoies pecunia3 petere: pecunia dare: in quibus erubescendu3 eẽt: non adulterari ⁊ alia nephanda cõmittere publice: non mutuare ad vsuram: non facere queq3 turpia. Et tamen Cicero gentilis o christiane pessime. li. i. de officijs ait. Sine verecundia nihil rectũ esse potest: nihil honestum. Et Valerius li. 4. Verecundia ẽ parens omnis honesti consilij: tutela solẽnium officiorum magistra inocentie: cara proximis: accepta alienis: omni loco omni tempore fauorabile3 pre se ferens vultum. Et Apuleius libro de deo Socratis. Artes alie siue scientie possũt ignorari sine erubescentia: sicut ratio pingendi: saltandi siue cantandi: quas vir bonus potest sine vituperatione cõtẽnere. Sed nescire bñ viuerẽ nũq3 audebis dicerẽ sine pudore. Et bernardus super cantica. Verecũdia inquit spũalis gloria conscientie est fame custos: vite decus: sedes virtutum: primitie laus: nature insigne: ⁊ totius honesti. Prohdolor. Pudet dicere que fiunt his temporibus inuerecunde: impudẽter elata facie: ⁊ cum derisione ⁊ contemptu dei. o xpiana religio que omnis mundicie ⁊ sanctimonie speculum eẽ deberes: hodie quia verecundia est extincta facta es turpis ⁊ sordida et templum omnis inmunditie ⁊ dissolutionis.

De remedijs quibus euitari possunt iudicia dei. Capitulum tertium.

r Estat hoc loco tertio differendu3 qualiter dei iudicia possumus euitare. Inquit Hieronymus sup Hieremiam

Admirabilis clemētia dei populos ad penitē/
tiam inuitat: malens saluare cōuersos qꝫ ꝑdere
delinquētes. Idcirco si voluerimus nobis, pui
dere cauereqꝫ a furore dñi: notabimus q̄ttuor
principalia ꝑcipuaqꝫ remedia.

Primū dicit̄ peccatorum emendatio.
Secūdū corporum afflictio.
Tertiū orationum frequētatio.
Quartū sanctoꝝ viroꝝ deuotio.

Qđ cessandū ē a peccatis vt fugiam⁹ iudicia dei

P Rimū remediū est emēdatio peccato
ruꝫ: vt peccatores emēdēt τ corrigāt:
deponātqꝫ veterē vitā. Nā si cessante
cā cessat effectus: vt dicit̄ extra de renūciatiōe.
c. post trāslatōem. τ extra de appel. c. cū cessan/
te. extra de iureiurādo. c. τ si xp̄s. extra de pe.
τ re. c. cū īfirmitas. τ. 6i. di. c. statuim⁹. §. his
oibus. τ. c. neophitus. τ. i. q. i. c. qđ ꝓ remedio.
τ. i. q. 7. c. q de ꝓ necessitate. Si igit̄ de⁹ flagel
lat populos ꝓpter peccata: deficiētibus peccatis
deficiet τ plaga. Hoc est qđ aug. dixit. Nouit
deus mutare sniam: si tu noueris emēdare de/
lictuꝫ. Que vba notant̄. 22. q. 4. c. vnusqsqꝫ.
c. icōmutabilis. τ de pe. di. i. c. nouit bene. Et
Iacob. 3i. dixit deus. Cōuertimini ad me τ ego
cōuertar ad vos: dicit dñs. An ad hoc ondēdū
inualidū est exemplū Ezechie. Absit. De illo
vtiqꝫ. 4. Reguꝫ. 20. c. narrat̄: q cū egrotasset
ad mortē: venit ad eū Esaias propheta. d. Di
spone domui tue: qꝛ morieris τ nō viues. Qui
cōuertit faciē suā ad parieteꝫ: fleuitqꝫ fletu ma/
gno τ orauit dñm: τ anteqꝫ egrederet̄ Esaias
mediā ꝑtem atrij: factus est ſmo dñi ad euꝫ. d.
Reuertere. τ dic Ezechie. Audiui orationem
tuā: τ vidi lachrymas tuas: ecce adijciā vite tue
annos. 15. Ex quo patet q deus reuocat mul/
totiens sniam cōminatoriā cū peccatores ad illū
humiliter cōuertuntur:

Qđ ieiunia τ discipline mitigant iram dei.

S Ecūdū remediuꝫ quo euadere possu/
mus dei iudicia est corpoꝝ afflictio.
Vt. s. corpora castigemus disciplinis
atqꝫ ieiunijs: sicut viri niniuite fecerūt. De q/
bus Ione ꝑ totū clara narrat̄ historia. De his
dicit Hiero. li. 2. cōtra Iouinianū. Niniue ci/
uitas magna irā dñi ieiunioꝝ miseratōe retor/
sit. Quā vtiqꝫ sodoma atqꝫ gomorra placassent
si ieiunio patrocināte deū cōciliare voluissent.
Cū. n. audissent niniuite Ionā clamātē adhuc
40. dies τ niniue subuertet̄: nō deriserūt eū: nō
ꝓtemnerūt vocē eius: sꝫ credētes illi vestiti sunt
saccis: τ ieiunauerūt: τ dñs misertus est illoꝝ.

Qđ orationib⁹ τ elemosynis placat̄ ira dei.

T Ertiū remediū ad irā dei declinādaꝫ
dicit̄ orationū frequentatio. Vt fiant
elemosyne τ orationes assidue: dicat
qꝫ vnusqsqꝫ. Ne reminiscaris dñe delicta nr̄a
vel parētū nostroꝝ: neqꝫ vindictā sumas de pec
catis nostris. Bona inqt Tobias. 12. c. est ora
tio cū ieiunijs τ elemosyna. Inducant̄ pueri τ
puelle vt virginē gloriosam precent̄ salutētqꝫ
reuerenter cū Aue Maria.

Qđ intercessio bonoꝝ viroꝝ flectit deum.

Q Uartū remediū est bonoꝝ virorū et
sanctoꝝ deuotio. Dum enim se popu
li peccatores cognoscunt: inducāt bo
nos religiosos τ spirituales viros: vt deprecen
tur ꝓ illis deū. Qui crebro vota illoꝝ exaudiēs
populos sustinet: τ tandē largit̄ grām: qua me/
diante ꝑuenire possunt ad gloriā. Amē.

Sermo tertius de iudicio dei contra ange/
los superbientes.

D E iudiciis dei

distincte particulariterqꝫ de ce/
tero locuturi ab illo sumem⁹ ini
tium qđ primuꝫ a diuina iusti/
cia factū omnes doctores sancti
indubitanter affirmāt quādo. s. angeli mali pro
pter peccatū a celo empyreo cōfusibiliter eiecti:
per diffinitiuā sententiā penis eternis fuerunt
deputati. Ad hoc autē bene intelligendū opus
erit de angelica natura aliqua subinferre: qbus
intellectis admirari timereque cogemur: ne de/
monū sectantes vestigia cū illis tandē damne/
mur eternaliter in inferno. Si enim ipsi nō pec/
cassent vna cū beatis alijs qui remansere habi/
tarent in delitijs paradisi. Sed quia deo imor/
tali ausi sunt fieri rebelles exulabunt in ꝑpetuū
a patria illa omni leticia τ vbertate referta. De
ipsis igitur in hoc sermone tria mysteria ꝓpo/
nimus declaranda.

Primū dicitur cōditionis.
Secūdum offensionis.
Tertium punitionis.

De excellentia demonū τ cōditione sublimi
anteqꝫ peccassent. Capitulum. .I.

D Iligenter in hoc mysterio primo per
scrutari debem⁹ qꝫ egregia sublimisqꝫ
fuerit cōditio demonū anteqꝫ diuine
rebelles fuerunt maiestati. Hoc vo ex q̄ttuor
colligere possumus.

Primo

Primo ex pte nature.
Secūdo ex parte gratie.
Tertio ex parte glorie.
Quarto ex pte excedentie.

Quod deus benedictus creauit omnes de/mones bonos natura.

p Rimo colligit dignitas angeloꝝ ante peccatū ex parte nature. Ubi queritur a doctorib⁹ vtrū demones fuerūt mali natura. Et aliqui nitunt̄ ꝓbare ꝙ sic triplici medio. Primo qꝛ aug. lib. x. de ciui. dei. dicit. Est quoddā genus demonū natura fallax: si/mulans deos ⁊ animas defunctoꝝ. Secūdo qꝛ peccatū eoꝝ ponitur fuisse in primo instanti sue creationis. Patet qꝛ Job. 8. dicit̄. Ille homicida erat ab initio. Et ioh. 1. cano. c. 3. Qui facit peccatū ex diabolo est: qꝛ ab initio diabol⁹ peccat. Et aug. xi. sup Gen. ad litteraꝫ. Fact⁹ cōtinuo se a luce veritatis auertit supbia tumi/dus: ⁊ ꝓprie potestatis delectatione corruptus Et idē. xi. de ciui. dei. Mox vt factus est in supbiaꝫ erupit. Tertio arguitur a simili. Quia si aliqui homines sunt naturaliter mali: de qbus dicit̄ Sap. 17. Erat eoꝝ malicia naturalis: er/go ⁊ aliqui angeli possunt naturaliter esse mali Sed cōtra. Magister sententiaꝝ in textu. di. 3. li. secundi dicit. Boni erāt omnes angeli qñ primo facti sunt: sed ea bonitate quā natura in/cipiens acceperat. Dicendū ergo ꝙ deus fecit omnes angelos bonos: quia vt dicit̄ Gen. 1. Uidit deus cuncta que fecerat ⁊ erāt valde bo/na. Et Hiero. ad Paulinū ait. Bon⁹ ē de⁹ ⁊ omnia quecūqꝫ facit bona sint necesse est.

Ad primū itaqꝫ dicenduꝫ: ꝙ verba illa non sunt augu. sed Porphyrij: quē ipse reprehen/dit: plene cōtestans ꝙ demones nō sunt natu/ra mali: sed ꝓpria voluntate. Ad secundum dicit Boñ. in. 2. di. 3. ꝙ fuit quorundā opinio: ꝙ simul tempore fuit diabolus ⁊ peccauit: nec vnqꝫ fuit nisi malus. Que opinio excōicata ē ab episcopo parisiensi. Ideo theologi in h̄ om/nes cōueniūt: ꝙ inter creationē ⁊ lapsuꝫ fuit ali qua morula: licet adeo paruula ꝙ pro nihilo reputatur: qꝛ vt dicit̄. 2. phisicoꝝ. Quod modicū deest quasi nihil deesse videt̄. Ideo auctorita/tes intelligende sunt recte pro illa morula non pro simultate nature ⁊ peccati. Ladulfus auteꝫ in. 2. di. 4. ponit quattuor moras. Prima est in qua omnes angeli fuerūt creati i pfectis na/turalibus ⁊ iusticia originali. Secūda i qua boni cōuerterūt se ad deū: ⁊ mali ad ꝓpria natu/ralia se ardētissime diligēdo. Ideo in ista mora boni gratiā receperūt: mali perdiderūt non ponendo obicē. Tertia mora in qua mali operati sunt varia peccata ⁊ temptauerūt bonos et fuit illud preliū ⁊ boni fecerūt multa bona: ⁊ virili/ter restiterūt. Quarta mora i qua boni p̄miati sunt: mali puniti. Iste vero more distinguūtur vel per coexistentiā ad aliquas partes tempo/ris licet valde paruas: vel ex distinctiōe istoruꝫ statuuꝫ ⁊ operationuꝫ seu variationuꝫ. Ad tertiū obiectū dicit sanctus Tho. i. pte. q. 63. ꝙ malicia aliquoꝝ hominuꝫ potest dici naturalis vel propter cōsuetudinem que est altera natura vt dic̄ Ari. li. de memoria ⁊ reminiscētia. ⁊. 7. ethicoꝝ. ⁊. i. rhetoricoꝝ. Uel dicit̄ naturalis ꝓpter naturaleꝫ inclinationē ex parte nature sen/sitiue ad aliquā inordinatā passionē: sicut qdaꝫ naturaliter dicuntur iracūdi vel cōcupiscentes: nō autē ex parte nature intellectualis. Ange/lis itaque hoc cōpetere non potest: quia vt dicit Dionysius. Angeli sunt spirituales mētes in quibus nō est natura sensitiua.

De opinionibus varijs doctoꝝ an Angeli fuerūt creati cū gratia.

s Ecūdo apparet dignitas angeloꝝ an/te peccatū ex parte gratie. Fuerūt ete/niꝫ a deo sic producti ꝙ gratie capaces erāt. Hic vero inter doctores nō parua est ꝯtrouersia. Utrū. s. ante lapsum habuerūt demo/nes gr̄am gratū faciētē. Quidā dicere voluere ꝙ angeli nulla gr̄a indiguerūt vt cōuerterent̄ i deū: qm̄ supest gratia ad aliquē effectū vbi suf/ficit natura. Angelus vero naturaliter cōuertit̄ i deū: qꝛ naturaliter deū diligit: ergo gr̄a non est illi necessaria. Sed cōtra hāc opinionē est oīs doctrina theologoꝝ. Ideo dicit Tho. i. pte. q. 62. ꝙ angeli indiguerūt gr̄a ad hoc vt cōuerte/rentur in deum: ꝓut est obiectū beatitudinis. Nā angelus naturaliter diligit deū inqꝫtuꝫ est principiū naturalis esse nō autē inqꝫtuꝫ ē beatificans per sue essentie visioneꝫ. Uidere qppe deū p essentiā est supra naturaꝫ intellectus creati. Unde nulla creatura potest habere motū voluntatis ordinatuꝫ ad illā beatitudineꝫ nisi mota a supernaturali agēte. Et hoc dicimus auxi/liuꝫ gratie. Quare angeli indiguerūt gr̄a gra/tuꝫ faciēte: vt cōuerterent se ad deū sub ratione formalis obiecti beatitudinis: qꝛ voluntas creata siue angelica siue humana inferior ē ipso ob/iecto beatifico. Fuerunt alij dicentes ꝙ ex quo gratia erat eis necessaria vt cōuerterent̄ in deū

habuerũt gratiaȝ gratũ facientẽ. Nã Aug. 12. de ciui. dei. dicit. Creauit deus angelos: simul in eis condens naturam ⁊ largiẽs gratiaȝ. Et Hiero. sup O seam. Demones cuȝ magnitu/dine ⁊ pinguedine spiritus sancti sunt creati.
Alioꝝ vero opinio est: ꝙ angeli nõ fuerũt creati cũ gratia gratũ faciente. Hãc opinionẽ tenet dñs Boñ. ⁊ Scotus ⁊ Franciscus de maro/ne: ⁊ cõmuniter oẽs moderni in. 2. di. 4. asse/rentes ꝙ boni angeli post creationẽ ante cõfir/mationẽ acceperũt gratiã: demones vͦo nunꝙ̃ illã habuerũt. Et hoc ꝑpter dispositionẽ natu/re angelice: q̃ ferꝛ in id qḋ appetit sine retarda/tione. Vnde sicut ex cõuersione ad malũ ita ꝓ/funde cõuersi sunt vt nõ possent redire: sic imo multo magis ex cõuersione ad bonũ siue ex ha/bilitate ita bono totaliter adhesissent: si gratiam gratum facientẽ habuissent ꝙ nunꝙ̃ lapsi eẽnt Vnde nõ videꝛ probabile ꝙ lucifer habuerit il/laȝ gratiã: ⁊ sic nec alij. Huic opinioni adheret magister in textu vbi inducit augustinũ q̄ ait. qꝛ angelus ⁊ homo licet acceperit vnde stare pos/set: nõ tamẽ gratiã vnde ꝑficere posset. Et au/gu. li. 2. sup Geñ. ad litteraȝ dicit. Intellectua/lis natura primo creata est informis: postea ve/ro formata. Hugo insuper li. 2. de sacramentis. parte. 5. c. 8. asserit quattuor fuisse angelis ĩ sua creatione attributa.
Primũ fuit discretio personalis.
Secũdum indulgentie claritas.
Tertiũ substantia simplex.
Quartũ liberi arbitrij facultas.
Et nõ enumerat gratiã. Qui vero hanc opi/nionẽ sequuntur respondent ad auctoritates in/ductas in secũda opinione: ꝙ gratia sumiꝛ tripli/citer. s. cõmunissime: ꝯmuniter: ⁊ ꝓprie. Pri/mo modo gratia diciꝛ quicquid superaddiꝛ do/nis nature: sine quo homo ẽ homo: ⁊ sine quo homo potest saluari: ⁊ cũ quo etiã potest dãnari sicut est habere excellens ingenitũ: secundã me/moriã: singulareȝ fortitudinẽ ⁊ robur corporis elegãtẽ aspectũ: eloquẽtiam copiosaȝ: ⁊ similia.
Secũdo modo gratia diciꝛ quicq̄d superaddi/tur libero arbitrio disponens ad salutem ꝓpriã vel alterius: sicut timor seruilis lumẽ prophe/tie: gratia predicãdi: ⁊ reliqua que ꝑtinẽt ad gra/tiaȝ gratis datam. De hac gratia dicit Alexan. in secũdo summe sue. Gratia gratis data ẽ do/nuȝ infusum rationali nature sine meritis q̃ꝫtuȝ in se est disponẽs ad salutem propriã vel alteriꝰ
Tertio modo diciꝛ gratia quicquid superaddi/tur libero arbitrio perficiens illud ĩ merito. Et hec est gratia gratuȝ faciens. Possumus ergo dicere ꝙ angeli a principio creationis habuerũt gratiaȝ primo ⁊ secũdo modo dictaȝ. Sȝ Tho/mas arguit sic cõtra ista. ꝙ ex quo gratia erat an/gelis necessaria: vt cõuerterẽtur in deũ: habue/runt gratiam gratũ faciẽtem: qꝛ sicut nature cor/porali indite sunt rationes seminales ad suos ef/fectus. vt Augu. dicit super Geñ. ita angelice nature ad suos. Sed talis ratio seminalis respe/ctu diuini obiecti est ipsa gratia: qꝛ gratia gratũ faciẽs hoc modo cõparatur ad beatitudinẽ: sicut ratio seminalis in natura ad effectũ naturalem. Ista tamẽ nõ admittunꝛ ab alijs doctoribꝰ: qꝛ vt dicit Landulfus cõuerti ad deũ vt ad obiectũ beatificum est dupliciter. Vel de cõgruo: ⁊ per gratiam preuenienteȝ gratis datã: qꝛ deus mo/uet liberum arbitriũ vt conuertaꝛ in ipsuȝ. Vel e cõuerso ad deũ recipitur per modũ meriti ⁊ ꝑ/ficientis: quod fit cum gratia gratum faciente. Hec nõ fuit cũ angelis in sua creatione.
Quod angeli nõ fuerunt in sua creatõe bea/ti neq̃ȝ ante cõfirmationẽ ⁊ lapsum videre essen/tiam dei.

t Ertio demonstraꝛ demonum excellen/tia ⁊ sublimis conditio ex parte glorie: qꝛ ad gloriam ⁊ beatitudinẽ erãt habi/les ⁊ dispositi. Verũtamẽ dubitari solet: vtruȝ demones ante lapsum fuerunt in beatitudine. Et videtur quibusdã ꝙ sic. Nã de lucifero dici/tur Ezech. 28. Tu signaculũ similitudinis ple/nus sapientia: ꝑfectus in decore: in delitijs pa/radisi dei fuisti. Sed esse in delitijs paradisi est esse in beatitudine. Et iterꝫ Aug. li. de mirabili/bus sacre scripture. Diabolꝰ in summo sui or/dinis honore cõstitutus est lapsus. Et iterꝫ au/gu. li. de fide ad petrũ. Angelici spiritus ꝓ eo ꝙ rationales facti sunt: eternitatis ⁊ beatitudi/nis donũ in ipsa nature sue spiritualis creatio/ne diuinitus acceperunt. Et idẽ augu. in libro de ecclesiasticis dogmatibus. Angeli qui ĩ illa qua creati sunt beatitudine perseuerant: nõ na/tura possident: vt nõ mutenꝛ. Contrariũ est qḋ rei veritas cõfitetur: ꝙ. s. angeli ante confirma/tioneȝ ⁊ lapsum nõ fuerũt beati. Nã beatitudo in visione diuine essentie cõsistit. Si igitur de/mones vidissent essentiaȝ dei: nũꝙ̃ lapsi eẽnt. qꝛ secũdũ Tho. prima. 2. q. 5. Impossibile ẽ ꝙ aliq̄s videns diuinaȝ essentiã velit eam nõ vide/re: quoniaȝ omne bonuȝ habitũ quo quis care/re vult: aut est insufficiens: ⁊ queriꝛ aliq̄d suffi/ciens

ciens loco eius: aut habet aliquod incõmodum
annexũ ꝓpter quod in fastidiũ venit. Visio au/
tem diuine essentie replet videntes omnib⁹ bo/
nis. Similiter etiã nõ habet aliquod incõmodũ
adiunctũ: ergo ꝓpria voluntate beatus non põt
eã deserere. Similiter nõ potest eã ꝑdere: deo
subtrahente. Quia cuꝫ subtractio beatitudinis
sit quedã pena: nõ potest talis pena a deo iusto
iudice ꝓuenire: nisi pro aliqua culpa: in quam
cadere nõ potest q dei essentiã videt: cũ ad hanc
visionẽ de necessitate sequatur rectitudo volun
tatis. Idcirco dicendũ est ad auctoritates alle/
gatas: ꝙ beatitudo ſm Boñ. di. 4. põt dupli/
citer dici. Vno modo status perfectus priua/
tione omnis mali: sꝫ nõ plenitudine omnis bo
ni. Et sic fuerũt angeli in creatione beati. Alio
mõ status ꝑfectus tã priuatione oĩs mali q̃ꝫ ple
nitudine oĩs boni. Et h̃ vt dictũ est in clara dei
visione consistit. Et sic angeli vt dictũ ẽ nõ fue/
runt beati.

Quod angeli dignitate nature excedunt om
nes creaturas excepta anima christi.

q Varto lucet demonũ excellenntia ante
peccatuꝫ ex parte excedẽtie. Producti
equidẽ fuerũt angeli in tanta naturaliũ
excedentia: ꝙ minimus diabolus q cecidit secũ
duꝫ naturã excedit decorẽ ⁊ perfectionẽ quarũ
libet creaturaꝝ corꝑaliũ ⁊ spiritualiũ nõ loquẽ/
do de anima xp̃i dei verbo vnita. Vñ augusti.
xi. de ciui. dei. inquit de angelica natura. O m/
nia cetera q̃ deus cõdidit nature dignitate ꝑcel
lit. Sed cõtra hoc aliqui mouenť ⁊ dicũt: ꝙ ho/
mo est nobilior ⁊ excellentior ꝓductus a deo q̃ꝫ
angelus: qr deus fecit hominẽ ad imaginẽ ⁊ si
militudinẽ suã: ⁊ nõ angelũ. Dicit August. in
quodã sermone. Deus nulli alij creature dedit
ꝙ sit ad imaginẽ eius nisi homini. Sed Tho.
prima ꝑte. q. 93. respondet ꝙ augu. hoc dicit re
spectu creaturaꝝ inferioꝝ intellectu carentium
⁊ nõ respectu angeloꝝ. Quinimo in ipsis an/
gelis dignitas imaginis reperiť. Vnde Dio/
nysius ait. Angelus est imago dei: manifesta/
tio occulti hominis. Et Greg. 27. moraľ. ex/
ponens illud. Ezech. Tu signaculũ similitudi
nis inqt. Licet homo ad similtiudinẽ dei crea/
tus sit: angelo tamẽ quasi maius attribuẽs nõ
eũ ad similitudinẽ cõditũ: sed ipsum signaculuꝫ
similitudinis dei dicit: aut quo subtilior est i na
tura eo in illo similitudo dei plenius credať ex/
pressa. Notãdum tamẽ secũdum Ricarduꝫ de
media villa in. 2. di. 16. ⁊ Thoma. vbi. s̃. ꝙ de

imagine dei loqui possumus dupliciter. Vno
modo q̃ꝫtum ad id in quo primo cõsiderať ratio
imaginis quod est intellectualis natura. Et sic
imago dei magis est in angelis q̃ꝫ sit in homini
bus: qr intellectualis natura ꝑfectior est in eis.
Secũdo põt cõsiderari imago dei in homine
q̃ꝫtũ ad id in quo secũdario cõsistit: ꝓut. s. i ho/
mine inueniť quedaꝫ dei imitatio inq̃ꝫtũ. s. ho/
mo est de homine: sicut deus de deo: ⁊ inq̃ꝫtuꝫ
aĩa hominis est tota i toto corpore eius. ⁊ iterũ
tota in qualibet parte ipsius: sicut de⁹ se habet
ad mũduꝫ. Et secundũ hec ⁊ similia magis in/
ueniť dei imago in homine q̃ꝫ in angelo. Sed
quia hec cõsideratio accidẽtalis ẽ imagini: ideo
nõ concludit simpliciter: sed ſm quid q̃ꝫtum ad
aliqua accidentalia. Ideo simpliciter angelus
magis est ad imaginẽ dei q̃ꝫ homo. Et sic ꝯclu
dimus ꝙ deus gloriosus plus ceteris creatu/
ris excellentes cõdidit angelos. Inter omnes
autem siue bonos siue malos ꝑstãtior fuit luci/
fer: de quo Grego. de pe. di. 2. c. Principiũ.
ait. Hunc primũ cõdidit: quẽ reliquis eminẽ/
tioreꝫ fecit. Huius primatus eminentiã cõspi/
cit ꝓpheta cũ dicit. Cedri nõ fuerunt altiores il
lo in paradiso dei: abietes nõ adequauerũt sum
mitatẽ eius: platani nõ fuerũt equales frondib⁹
illius: omne lignu mpreciosum paradisi dei nõ
est assimilatuꝫ illi ⁊ pulchritudini eius: quoniã
speciosum fecit eũ in multis cõdensis frondib⁹
Quid nãqꝫ accipi in cedris abietibus ⁊ plata/
nis potest: nisi illa virtutũ celestium procere cel
situdinis agmina in eterne leticie viriditate plã
tata. Que q̃ꝫuis excelsa sint condita: huic tamẽ
nec prelata sunt nec equata. O q̃ꝫta benignita/
te vsus est deus tã ꝑcelsa munera largiens illis
quos ꝑsciebat ingratos ⁊ malos futuros. Di/
scant illi qui liberales volunt esse atqꝫ magni fi/
ci: nõ detineri quin bene faciant illis quos be/
neficijs iudicauerint esse indignos: dummodo
beneficentia cedat ad gloriaꝫ benefactoris. Sit
virtus seipsa cõtenta. Ecce pater summus tam
ineffabilia bona contulit demonibus: q tamen
vt dicetur in sequenti mysterio totis virib⁹ maie
stati sue sese obiecerunt. Neqꝫ per ignorantiaꝫ
peccauerunt. De quibus dicit magister in ter/
tia di. 3. libri secundi. ꝙ tanta luce sapientie pre/
diti fuerunt: ꝙ erat in eis naturalis cognitio tri
plex: quia sciebãt ꝙ facti erant ⁊ a quo facti erãt
⁊ cũ quo. s. mundi facti erant ⁊ habe⸗ãt aliquaꝫ
boni ⁊ mali noticiam: intelligentes quid appe/
tendum vel respuendũ illis foret.

Qualiter angeli mali volūtate ꝓpria auerte runt se a deo: ⁊ facti sunt ei rebelles. Ca .2.

c Irca offensionē ruentiū angeloꝝ hoc secūdo loco erit imorādū q̄tenꝰ agnoscē tes peccati eoꝝ grauitatē intelligamꝰ deū iustū illos nō imerito sempiternis cruciati/bus cōdemnasse. Nouit ipse totius ꝯditor crea ture ex quocūq̧ malo bonū elicere: vt aug. dicit in lib. de libero arbi. Ipseq̧ decorē in h̄ ꝑfecit vniuersi: q̄ bonis tribuit eternalia p̄mia: malis vō nūq̧ finitura supplicia: vt p̄fatus aug. lib. xi. de ciui. dei. expresse fatet̄. Qualiter ergo de mones volūtate sua in maliciā cōsenserūt ꝯtēde mus h̄ plene disserre. Circa quoꝝ offensionē quattuor nobis occurrunt cōsiderationes.
Prima dicit̄ possibilitatis.
Secūda numerositatis.
Tertia qualitatis.
Quarta cōtrarietatis.

Qd̄ angeli potuerūt peccare in puris natura libus cōstituti ꝓpter libertatē arbitrij.

i N prima cōsideratione ꝑscrutari debe mus: vtrū angeli potuerūt peccare.

Quibusdā videt̄ q̄ nō. Primo q̄r erāt in celo empyreo loco sublimi ⁊ sancto. Quibꝰ rn̄demꝰ: q̄ locus nō ꝓhibet qn̄ hō in hoc secu/lo: ⁊ angelus ante ꝯfirmationē in celo potuerit peccare. Ideo dicit̄ di. 40. c. nos. c. nō loca. c. multi. c. q̄libet. Nō locus hoiem sanctificat: sed hō locū. Et. c. nō est. Nō sunt filij sanctoꝝ q te nent loca eoꝝ s̄ q exercent oꝑa eoꝝ. Secūdo arguūt q̄ angelus in puris naturalibꝰ ꝯstitutꝰ peccare nō potuit ꝑ locū a minori. Quia si i cor poribus celestibꝰ nō pōt esse malū: vt dicūt phi: ergo neq̧ in angelis: cum ipsi sint digniores. Ad hoc dicit Tho. prima pte. q. 63. q̄ corpora celestia nō habent operationē nisi naturalē: ⁊ iō sicut in nā eoꝝ nō pōt eē corruptōis mā: ita nec in actione naturali eoꝝ pōt esse malū inordina/tionis. S̄ in angelis vltra actionē naturalē est actio volūtaria liberi arbitrij s̄m quā ꝯtingit in eis eē malū. Vn̄ magister in textu di. 3. li. secū/di. Poterant inq̄t ꝑ libeꝝ arbitriū sine violen/tia ⁊ coactōe ad vtrūlibet ꝓpria volūtate deflecti

Tertio arguūt: q̄r appetitus nō est nisi boni vel apparentis boni. S̄ in angelis nō pōt esse apparens bonū: qd̄ nō sit veꝝ bonū: q̄r in eis vel oīo error eē nō pōt: vel saltē nō pōt ꝑcedere culpā: ergo angeli nō possunt appetere nisi illd̄ qd̄ est vere bonū. S̄ nullus appetēdo illud qd̄ est vere bonū peccat: ergo angeli nō potuerūt peccare. In cōtrariū est rei veritas. Vn̄ Iob. 4. Ecce q s̄uiūt ei nō sunt stabiles: ⁊ in angelis suis repperit prauitatē. Et. 2. Petri. 2. Deus angelis peccantibꝰ non pepcit. Dicit ergo scūs Tho. q̄ peccatū mortale in actu liberi arbi. cō/tingit esse dupliciter. Vno mō ex hoc q̄ aliqd̄ malū eligit̄: sicut hō peccat eligēdo adulterium qd̄ s̄m se est malū. Et tale peccatū semꝑ ꝓcedit ex ignorātia vel errore. Alioqn id qd̄ est malū nō eligeret̄ vt bonū. Errat q̄dē adulter in parti culari eligens hāc delectationē inordinati actꝰ quasi ad aliqd̄ bonū ad nūc agendū: ꝓpter icli/nationē passionis aut habitus: etiā si in vniuer sali nō erret: s̄ verā de hoc sn̄iam teneat. Hoc mō in angelis pctm̄ esse nō potuit: q̄r in ange/lis nō sunt passiones qbꝰ ratio aut intellectus li get̄: nec ante pctm̄ habitus precedere potuit ad pctm̄ inclinās. Alio mō cōtingit peccare ꝑ libe rū arbitriū eligēdo aliqd qd̄ s̄m se est bonū: s̄ nō cū ordine debite mensure aut regule: ita q̄ defectus inducens pctm̄ sit solū ex pte electiōis q̄ nō habet debitū ordinē: non ex pte rei electe: sicut si aliqs eligeret orare nō attendēs ordinē ab ecclesia institutū. Et hmōi peccatū nō p̄exi/git ignorātiā: s̄ solū absentiā cōsideratōis eoꝝ q̄ cōsiderari debent. Et hoc mō angeli peccaue runt cōuertendo se ꝑ libeꝝ arbitriū ad ꝓpriū bonū absq̧ ordine ad regulā diuine volūtatis. Landulfus aūt dicit in. 2. di. 4. q̄ absq̧ errore hoīs vel angeli in intellectu pōt eē malicia i vo luntate. Ideo prima radix possibilitatis peccā/di in angelis fuit voluntas creati arbitrij q̄ po/tuit in opposita pro libito.

De numero angeloꝝ qui peccauerunt.

s Ecūda cōsideratio circa offensionē an/geloꝝ dicit̄ numerositas. Vbi videre habebimus: vtrū plures angeli pecca/uerunt q̄ adheserūt deo. Et q̄ plures aliq sic ostendūt. Primo q̄r phs dicit. Malū est vt in pluribꝰ: bonū vt in paucioribus. Itē iusticia ⁊ pctm̄ eadē rōne inuenit̄ in angelis ⁊ hominibꝰ S̄ in hominibꝰ plures inueniunt̄ mali q̄ bo/ni: s̄m illud. Ecclesiastes primo. Stultoꝝ infi nitus est numerꝰ. Ergo i angelis plures defi/cere in malicia q̄ steterunt in iusticia. Contra istos est glo. 4. Regū. 6. c. vbi dicit̄. Plures nobiscū sunt q̄ cū illis: qd̄ de bonis angelis ex ponit̄ q sunt nobis in auxiliū: ⁊ de malis q no/bis aduersant̄. Rn̄det Tho. q̄ plures angeli remāserūt q̄ peccauerūt. Et qd̄ obijcit̄ de ma/lo: ⁊ de hoīb: intelligit̄ de hoībꝰ nō de angelis

quia in

q2 in hoĩbus malũ est vt in pluribus: ex eo ꝙ sequũtur bona sensibilia que sũt pluribus nota deserto bono rõnis: qđ est paucioribus notũ In angelis autẽ non est nisi natura itellectiua. Unde nõ ẽ similis rõ. Uerũ ẽ ꝙ nõnulli curiosius iuestigare conati sũt, quot hoĩes erũt saluãdi. Et quidam dixerũt tot quot angeli ꝑierunt Quidã tot quot remãserũt. Quidã vero quot oẽs simul vt dicit Tho. 1. pte. q. 22. Sed melius ẽ illud relinq̃re sapiẽtie dei: cui eccl'ia i quadã collecta dicit. Deus cui soli cognitus est numerus electoꝝ in sup̃na felicitate locand⁹. Qr vero de numero angeloꝝ loq̃mur: notandũ ꝙ nõ est acceptanda sñia phoꝝ humana sapientium. Plato. n. posuit numeꝝ substantiarũ separatꝝ ẜm numeꝝ speꝝ sensibiliũ. Et Ari. 12. metha. ẜm numeꝝ orbiũ aut motuũ. s. ad plus 60. imo firmiter tenendũ ẽ ꝙ ẜm Landulfum in. 2. di. 3. ⁊ Tho. 1. pte. ꝙ plures numero sũt angeli q̃z oĩa alia entia simul sũpta: ⁊ arene maris: ⁊ gutte aque: ⁊ stelle celi. Quod ꝓbatur ꝑ dionysium. 14. c. cele. hierar. d. Multi sũt exercitus supnarũ mãsionũ infirmã ⁊ cõscriptaꝝ nroꝝ materialium numeroꝝ cõmẽsuratõem excedẽtes. De numero angeloꝝ dicitur Daniel. 7. Milia miliũ ministrabant ei: ⁊ decies centena milia assistebãt ei. Ponitur hic numer⁹ determinatus, ꝓ indeterminato. Et Math. 26. c. d xp̃s. An putas q2 nõ possum rogare patrem meũ: ⁊ exhibebit mihi mõ plus q̃z duodecim legiones angeloꝝ. Quare aũt tot sint angeli a deo, ꝓducti, dicit Tho. 1. pte. q. 50. Qr quãto aliqua sunt magis ꝑfecta tanto sũt in maiori excessu creata a deo. Sicut aũt in corporib⁹ excessus attẽditur ẜm magnitudinẽ: ita in rebus incorporeis excessus põt attẽdi ẜm multitudinẽ Uidemus aũt ꝙ corpora superiora que sũt ꝑfectiora excedũt quasi incõpabil'r corp̃a inferiora ẜm magnitudinẽ. Nã tota spera actiuorum ⁊ passiuoꝝ est aliq̃d modicũ respectu corporum celestiũ. Unde rõabile ẽ ꝙ substãtie imales excedãt ẜ3 mltitudinẽ sub̃as mãles q̃si icõpabil'r

Quale fuit pctm̃ luciferi angeloruq̃z sibi adherentium.

Tertia cõsideratio de angelis peccantibus dicitur qualitatis. In qua solerter attendẽdũ ẽ vt sciamus quale fuit luciferi ⁊ alioꝝ pctm̃. Et refert Boñ. di. 5. scdi. ꝙ pctm̃ luciferi inchoatũ ẽ in p̃sũptõe. Stati eni vt suã pulchritudinẽ vidit p̃sumpsit. Confirmatũ ẽ in ambitõe: q2 p̃sumens de se appetiit quod oĩo supra se fuit: ⁊ ad quod ꝑuenire nõ potuit. Cõsumatũ ẽ in iuidie ⁊ odij auersione: q2 ex quo obtinere nõ potuit quod appetijt, deo iuidere cepit ⁊ affectu odij cõtraire. Angeli vero minores adheserũt lucifero querẽtes eẽ bti sine meritis. Et vt dicit Ugo de scõ victore oẽs in eandẽ malitiã consenserũt ⁊ vnũ ordinẽ ꝑuerse societates fecerũt. Quare tam lucifero q̃z reliq̃s, ꝓpria ⁊ volũtaria superbia fuit cã illorũ ruine. Nihilominus in his dubitare cõtingit vtrũ lucifer appetijt eẽ sicut de⁹. Et ꝙ sic p3 ꝑ Apoc. 14. c. Dicit. n. ibi i. d. c. diabol⁹. Ascẽdam in celũ ⁊ ero similis altissimo. Et Aug. i q. noui ⁊ veteris testamẽti. d. Elatõe inflatus voluit dici deus. Et in libro de virginitate subdit. Diabolus in celo voluit eẽ sicut deus. S3 mirũ videtur imo ipossibile q̃busdam ꝙ angelus tanta luce sapientie p̃ditus appetierit id qđ erat ipossibile: cũ vt inq̃t Ari. 3. ethi. electio nõ sit ipossibiliũ. Propterea sciendum ẜm Tho. ꝙ appetere eẽ vt deus põt itelligi dupl'r. Uno modo per eq̃parantiam seu equalitatẽ. Secundo mõ ꝑ similitudinẽ. Primo mõ non potuit appetere eẽ vt de⁹: q2 sciuit hoc eẽ ipossibile naturali cognitõe: nec primũ actũ peccãdi in ipso p̃cessit vel habitus vel passio ligãs ipsius cognoscitiuã virtutem: vt in ꝑticulari deficiẽs eligeret ipossibile: sicut in nobis iterdum accidit. Appetere aũt eẽ vt deus ẜm similitudinẽ contingit dupl'r. Uno mõ q̃ztum ad id in quo aliq̃d natũ ẽ assimilari deo. Et sic si aliq̃s q̃ztũ ad hoc appetat eẽ deo similis nõ peccat: dũmõ similitudinẽ dei debito ordine appetat adipisci: vt. s. illã a deo habeat. Peccaret nãq̃z si q̃s appeteret ẜ3 iusticiã eẽ similis deo ꝑ ꝓpriam virtutem ⁊ non ex virtute dei. Alio mõ põt aliq̃s appetere esse similis deo q̃ztum ad id in quo nõ est natus assimilari: sicut si q̃s appeteret creare celũ ⁊ terrã: quod ẽ ꝓprium dei: in quo appetitu eẽt peccatũ. hoc mõ lucifer appetijt eẽ vt deus: q2 appetijt finalẽ btĩtudinem ꝑ suam virtutem habere: quod est ꝓprium dei.

De bello realiter gesto inter angelos bonos ⁊ malos.

Quarta consideratio dr̃ contrarietatis. In qua de bello gesto in angelica natura tractãdum ẽ: de quo Apoc. 12. c. scribit' sic. Factũ ẽ preliũ magnũ in celo. Michael ⁊ angeli eius p̃liabant' cũ dracone: ⁊ draco pugnabat: ⁊ angeli eius ⁊ nõ p̃ualuerũt: neq̃z loc⁹ eoꝝ amplius iuentus ẽ in celo. Querit

hic vtrum illud fuit bellum reale. Et Frācīscꝰ de Marone in. 2. di. 6. dicit ꝙ sic: lꝫ nō fuerit corporale. Nā pter ea q̄ ptinet ad potentiā executiuā exprimur aliqua genera belloꝝ ptinētiuꝫ ad opatōes imanētes. Primū ē inter appetitū sensitiuū ⁊ itellectiuū. Appetitus .n. isti iclinātur ad opposita. Scdm bellū ē inter itellectū ⁊ volūtatem: sicut qn̄ rō iudicat aliqd faciendū: ⁊ volūtas renuit. Tertiū bellū ē inter voluntatē ⁊ volūtatem; nō vniꝰ ad se: sꝫ duoꝝ hominū. Quartū iter intellectū ⁊ itellectuꝫ: ex cōtrarijs opinionibꝰ p rōes oppositas. Bellum ergo āgeloꝝ bonoꝝ ⁊ maloꝝ actū est iuxta tria q̄ in spūali nā repiūtur: que sūt rō: volūtas: ⁊ facultas. Per rōem nēpe electi ⁊ reprobi angeli cōtraria sentiebāt: p volūtatem dei afficiebant. Per facultatē ad cōtraria nitebant. Naꝫ electi angeli sublimiter sentiebāt de deo ⁊ gratia eiꝰ: ⁊ ad grām ⁊ gl'iam eius afficiebant: ⁊ ꝓ facultate sibi data ꝓ illis nitebāt. Angeli vo supbientes cōtemnētes grām ⁊ gl'iaꝫ dei sublimiter sentiebāt de bōitate nature sue: ⁊ ꝓpter hoc ad ꝓpriā gl'iam afficiebant: ⁊ toto nisu in cōtrarium electis spiritibus ferebātur. Magnis ergo affectōibꝰ electi ⁊ reprobi angeli in ꝯria ferebant: boni i creatorē: mali i nām: boni i grām mali ꝯ illā: boni i diuinū amorē mali i odiū dei.

Qualiter angeli mali puniti sunt: nec potuerunt resistere potentie dei. Caplm. .3.

Experti sunt angeli mali q̄ꝫ robusta sit ⁊ valida manꝰ dei excelsi. Nulla eqdeꝫ sua vtute nulla sapiētia nulla potentia nullaqꝫ cōcordi cōiunctiōe ad malū potuerūt resistere ire dei. Ipe deposuit eos de sede ⁊ inimicos sibi fcōs puniuit grauissima pena. Idcirco i hoc tertio mysterio d' illoꝝ pene grauitate erimꝰ vba facturi. Quā q̄druplicιter cōsiderabimus. vꝫ.

Primo rōe impedimenti.
Secundo ratione loci.
Tertio ratione supplicij.
Quarto ratione termini.

Quod demones nō possunt ꝓ libito vti donis nature: que adhuc manent in ipsis.

Primo cōsiderare debemus grauitatē pene maloꝝ angeloꝝ rōe impedimenti. Nā cū dona nāe in ipsis maneāt itegra: vt dicit Diony. li. de di. no. verūtn̄ impedit actus executio ⁊ vsus illoꝝ: ita vt nō possint facere ea q̄ velint. Sūt aūt inter cetera tria i demonibus: de qbus ꝓ libito disponere nō pn̄t.

Primum est naturalis existentia.
Secūdum naturalis sapientia.
Tertium naturalis potentia.

Primū quod ē in demonibus ē naturalis existentia. Sunt .n. demones nā pulcherrimi: neqꝫ q̄ꝫtum ad substantiā sue nature sūt āgelis bonis turpiores: ⁊ tn̄ hoibus in sui substātia ⁊ decore appere nō pn̄t: imo appent i corporibꝰ assūptis in aliq̄ visiōe: sicut deo placet cū deformitate tali ac tanta ꝙ vidētes illos in tali aspectu maxie terrētur ⁊ cōtristātur. Quo fit vt virgo gl'iosa in suo felici transitu petierit ab angelo: vt hāc pre ceteris filiꝰ eiꝰ iesus bn̄dictꝰ grāꝫ dignaret cōcedere: ne imūdos demōes horribilesqꝫ videret. Sꝫ fabule vident ista qbusdaꝫ q multa scire se arbitrant. Inqunt .n. demōes nō repiri. Contra quos offerūt se iuincibilia testimonia ois scripture. Unde Leuiti. 17. c. hr̄ Nequaq̄ꝫ vltra imolabūt hostias suas demonijs. Et Tobie. 6. c. Sarra tradita fuit septē viris: ⁊ demoniū illos occidit. Et p̄s. 105. Oēs dij gentiū demonia. Et p̄s. 105. Imminolauerūt filios suos ⁊ filias suas demōijs. Et Math. 4. c. Obtulerūt xp̄o eos qui demonia habebāt. Et Math. 7. In nomīe tuo demōia eijcimus. Et Math. 8. Obtulerunt ei multos demonia hn̄tes. Et Math. 2. Oblatus est ei demoniū habēs. Et Math. 15. filia mea male a demonio vexat. Et Mat. 17. Exijt demoniū ⁊ curatus ē puer. Et Marci. i. demonia multa eijciebat. Et. 16. In noīe meo demonia eijciēt. ⁊ Luc. 4. In synagoga erat hō demoniū hn̄s ⁊ clamauit. ⁊ Luc. 7. Uenit Ioānes baptista nō mādūcās neqꝫ bibēs: ⁊ dicūt demoniū hꝫ. ⁊ Luc. 8. Occurrit ei vir q habebat demoniū iā tpibus multis. ⁊ Luc. xi. Erat iesus eijciēs demoniū. ⁊ Io. 8. ego demoniū nō habeo. ⁊ Io. x. Dicebant multi demoniū hꝫ ⁊ insanit. ⁊ Apoc. 18. Cecidit babylon illa magna ⁊ fcā ē habitatio demonioꝝ. ⁊ Plato in Thimeo. Inuisibiliū diuiaꝝ ptātum: q̄ demones nūcupātur p̄stare rōem: maius ē opus q̄ꝫ ferre valeat hois ingeniū. ⁊ Apuleius d' quo meminit aug. ponit demones eē. ⁊ Porphyrius adhuc de illis loqtur: vt patuit supra. Lact. li. 2 diuinaꝝ instōnum. Poete ⁊ sciūt eē demōes: ⁊ loquūtur. Tales milesius mūdū aiatum esse dicit ac demonibus plenū. Socrates esse circa se assiduū demoniū loq̄bat vt dicit Lact. Ideꝫ testat Apuleius: q sup hoc librū edidit quē vocauit de deo Socratis: ⁊ teste xenophōte li. de

morte Socratis. in oratõe quã ab atheniẽsib⁹ cõdẽnãdus fecit: sic iter cetera dicit. Eniuero iã his mihi defensionẽ parati demoniũ aduersaẽ. Ar. in ꝓlogo li. de somno ꝛ vigilia querit An somniũ ꝓcedat a cã aliqua nãli: vel euȝ aliquod demoniũ opeẽ. Hermes termegist⁹ ſm Aug. de ci. dei li. x. c. 24. demones eẽ fateẽ. Calcidi⁹ sup Thimeũ Platonis de demõib⁹ diffuse mẽtõem facit. Ptolemeus in quarto q̃driptiti malignos spũs demões appellat. Sufficere ergo debẽt tantorum testimonia ad fideȝ faciendam de demonibus reprobatis.

De cognitione ꝛ scientia demonum.

Cõm qđ est in demonibus ẽ nãlis sapiẽtia. Dyſi. 4. ethimol. ait. q angel⁹ mal⁹ dr̃ diabol⁹ hebraice. i. deorsuȝ fluens: grece vo diabol⁹. i. criminator. Vocatur ẽt sathanas. i. aduersari⁹. ꝛ demon. i. ꝑitus ac rex sciu̇s. Vellẽt ergo demões contra nos vti oĩ astutia sua: ſȝ nõ sinit illos de⁹ q sua clemẽtia ad euitãdas fraudes ꝛ dceptões eoꝝ respersit nos luce vitatis: misitq; filiũ suũ vnigenitum in mũdũ: q fuit lux ꝛ splẽdor ois doctrie. Jo. 1. erat lux va. ꝛ Jo. 7. dicebat. Ego sũ lux mũdi. ꝛ Jo. x. Ego suȝ via vitas ꝛ vita. Hic tñ dubitari solȝ. Vtꝝ itellect⁹ demõis p⁹ pctm̃ cognoscat aliquã vitatẽ. ꝛ arguiẽ q nõ. p̃io q̃ si aliquã vitatẽ cognoscerẽt: maxie cognoscerent seipos: qđ ẽ cognoscẽ subas sepatas. Hoc aũt eoꝝ miserie nõ cõueit: cũ ad magnã felicitatẽ ꝑtinere videaẽ: in tm̃ q qdã vltimã btitudinem posuerũt i cognitõe substãriaꝝ separataꝝ: ergo dẽones priuãtur oĩ cognitõe vitatis. Jngt. n. Lact. Nullus ẽ suauior aie cibus q̃ȝ cognitio vitatis: ꝛ Ar. x. ethico. dicit. videẽ phia admirabiles delectatões hrẽ. Delectatio ãt ñ cõueit demõib⁹: q̃ nullã vitatẽ cognoscũt: ꝛ eoꝝ itellect⁹ ẽ totalr̃ excecat⁹. Rñdet his Tho. i. pte. q. 64. q duplex ẽ cognitio vitatis. vna q̃ habeẽ ꝑ grãȝ. Alia ꝑ nãȝ. Pria cognitio duplex est. vna ẽ speculatiua tm̃: sic cũ alicui aliq̃ secreta diuina reuelãẽ. Alia vo q̃ ẽ affectiua: ꝓducens amorẽ dei: ꝛ h̄ ꝓꝑe ꝑtinet ad donũ sapie. Harũ ãt triũ cognitionũ cognitio nãlis nec ẽ ablata nec diminuta. Cõsequũẽ. n. ipsã nãm angeli q ſȝ suã nãȝ ẽ qdã itellect⁹ vel mẽs. Cognitõ ãt q̃ est ꝑ grãm in speculatõe cõsistẽs nõ ẽ eis totaliter ablata: ſȝ diminuta: q̃ de huiusmodi secretis diuinis tm̃ eis reuelaẽ q̃tũ oꝫ: vel mediãtib⁹ angelis: vel ꝑ aliquos tpales diuie vtutis effectus: vt Aug. dicit. 9. de ci. dei. c. 14. nõ ãt sicut ipsis scis angelis qbus plura ꝛ clari⁹ reuelanẽ i ipo vbo. Cognitõe ãt effectiua totalr̃ priuati sũt: sic ꝛ charitate. Ad argumẽtũ vo dicẽdũ: q felicitas cõsistit in appellatõe ad id qđ supius ẽ. Substãtie ãt sepate sũt ordie nãe supra nos. vñ aliq̃ rõ felicitatis esse põt hoi si cogñscat subas sepatas lȝ pfecta felicitas sit i cognoscendo subam pmã. s. deum. Sȝ sube sepate cognoscẽ subam sepatã ẽ cõnãle: sicut ꝛ nobis cognoscere nãs sensibiles. vñ sicut nõ ẽ in hoc felicitas hois q cognoscat nãs sẽsibilesẽ: ita ñ ẽ felicitas angeli i hoc q cognoscat subas sepatas. ad auctoritates vo allegatas q̃ videẽ excludeẽ cognitõeȝ nãlẽ a demõib⁹ dicit Ri. in. 4. di. 50. q q̃uis vsus scie sit ꝑ se delectabilis: tñ ꝑ accidẽs põt eẽ tristabilis. Nã qppe dãnatoꝝ tã angeloꝝ q̃ȝ hoium: ita ẽ plene cõprehẽsa tristicia vt oio sint idispositi ad aliquã delectatõem: q̃re vsus scie in eis nullã poterit gnãre delectatõeȝ aut suauitatẽ. Tertiũ quod ẽ in demonib⁹ ẽ nãlis potẽtia: de qua Job. 41. c. dr̃. Non ẽ ptãs sup terrã q̃ cõpetur ei. Possunt demões faceẽ mira: ꝛ si nõ miracula: ꝛ nãm adiuuãdo ad stupẽdos effect⁹ cõcurrere vt patebit. Pñt sẽsus deludere: pñt vexare corpa: pñt aquas maris sup terram spargere: ꝛ alia facere q̃ ipsi vellẽt: que si ꝑmitteret deus: tota pene mũdialis machina turbaretur: suffocarenẽ hoies: ruerẽt domus: siccarenẽ herbe: arboresq;: ꝛ mutatões i dies viderenẽ in oĩbus elemẽtis. O pietas dei benedicti: que impetũ inimicoꝝ extinguit: nec sinit illos cõtra nos exercere quod satis ãbiunt ꝛ si qñq; id fieri ꝑmittat: iusta sũt eius iudicia ꝛ nobis inscrutabilia: ex dictis tñ oĩbus demones atrociter cruciantur.

Q đ demones vsq; ad diẽ iudicij sũt in hoc aere caliginoso: ꝛ post ad infernum descendẽt.

Ecũdo cõsideranda ẽ pena demonum rõne loci. Proiecti eqdem fuerũt a celo empyreo in hũc aerem caliginosum de quo ait Aug. 3. super Gen̄. ad litterã. Aer caliginosus est quasi carcer demonibus vsq; ad tempus iudicij. ꝛ Tho. i. pte. q. 60. Locus iste datur demonibus rõe exercitatõis humãe Nam ꝓcuratio salutis nostre ꝓtendiẽ vsq; ad diem iudicij: ꝛ vsq; tũc durat ministerium angeloꝝ ꝛ exercitatio demonũ. Descẽdũt tñ aliq ad infernuȝ: vt ibi dãnatos vexent. Post diem vo iudicij simul cũ dãnatis hoib⁹ ibi oẽs recludentur. Sed hic speculari libet: qm̃ esse extra celum empyreum non debet demonibus

in penã cedere qm̃ spũali natura non afficitur loco. Ergo nullus locus ẽ demonibus p̃ealis Respondet Tho. i. pte. q. 65. q̃ locus nõ ẽ penalis angelo aut aĩe: quasi afficiẽs alterãdo naturã: sed quasi afficiẽs volũtatem cõtristãdo dũ angelus vel aĩa apphendit se eẽ i loco nõ cõuenienti. Si vero obijceret q̃ angelus nõ sit in loco: q2 vt dicit Boetius in li. de hebdomadib9 Cõis animi conceptio apud sapientes ẽ incorporalia in loco nõ eẽ. Et Ari. 4. phicoꝝ. Non oẽ quod ẽ: ẽ i loco: sed mobile corpus: ergo angelus nõ est in loco. Rñdet Tho. I. pte. q. 53 q̃ equoce dr̃ esse angelus in loco ꝛ corp9. Corpus eni est in loco p hoc q2 applicat̃ loco ꝓ3 tractũ dimẽsiue q̃ztitatis que qdem in angelis nõ ẽ. Sed ẽ in eis q̃ztitas vtualis. Per applicatõem ergo vtutis angelice ad aliquẽ locũ qualitercũq3 dicitur angelus eẽ in loco corporeo. ꝛ ꝓm hoc p3 q̃ nõ o3 dicere q̃ angelus cõmensuret̃ loco: vel q̃ habeat sitũ in continuo. Hec enim conueniunt corpori locato: put ẽ quãtum q̃ztitate dimensiua. Silr̃ ẽt nõ o3 ppter hoc q̃ contineatur a loco. Nam substantia icorporea sua vtute contingẽs rem corpoream continet ipam: ꝛ nõ cõtinetur ab ea: aĩa. n. est in corpore vt cõtinẽs: nõ vt contẽta. Sic angelus dicit̃ eẽ in loco corporeo: nõ vt contẽtum. s3 vt continẽs aliquo mõ. Addit Tho. q̃ diuersimode esse in loco conuenit corpori angelo ꝛ deo. Nã3 corpus dr̃ eẽ in loco circũscriptiue q2 cõmensurat̃ loco: angelus nõ circũscriptiue cũ nõ mẽsuret̃ loco: sed diffinitiue: q2 ita ẽ in vno loco q̃ ñ in alio. Deus aũt neq3 circunscriptiue: neque diffinitiue: q2 est vbiq3. Quõ ãt hoc sit nõ põt itelligi ab humano sensu vt dicit magister in p̃mo. di. 37. vbi iduc̃ Criso. sup eplã3 ad heb. d. Sicut multa de deo itelligimus que loq penitus nõ valemus: ita multa loqmur que intelligere nõ sumus idonei. verbi grã. Qd̃ vbicunq3 deus ẽ scim9 ꝛ dicim9. Quomõ ãt vbiq3 sit itellectu nõ capimus. Item quod ẽ incorporea quedã vtus que oium ẽ cã bonoꝝ: scimus: que ãt ipã sit penitus ignoramus. Vt ãt redeam9 ad angelos nota ꝓm Landul. di. 8. secundi. q̃ opinio ẽ modernoꝝ q̃ angelus nõ ẽ in loco p applicatõem vtutis: sed p suã substãtiã diffinitiue seu p̃sentialiter nõ cõmensurative. Nã in angelo ẽ potentia passiua ad plura: vbi nec ẽ determinatus respectus alicuius: ergo in eo ẽ potentia passiua ad essendum i oib9 illis. Qd̃ autẽ angelus habeat potentiã passiuã ad: vbi p3: q2 articulus ẽ excõicatus dicens q̃ substantie separate nusq3 sunt. Silr̃ error est dicere q̃ angelus ẽ vbiq3: ergo oportet dicere q̃ angelus possit recipere aliqua vbi.

Quod demones punientur pena ignis.

Tertio consideranda ẽ pena demonu3 rõe supplicij: q2 puniẽtur i igne. Probatur hoc Math. 25. Ite maledicti in ignẽ eternũ: q patus ẽ diabolo ꝛ angelis eius. ꝛ Apoc. 20. Diabolus qui seducebat eos missus ẽ in stagnũ ignis: vbi bestia ꝛ pseudo prophete cruciabunt̃ die ac nocte in secula seculoꝝ ꝛ de hoc inqt aug. in li. de fide ad petrum. Firmissime tene ꝛ nullatenus dubites: diabolum ꝛ angelos eius in ignem eternu3 a xp̃o eẽ mittendos vbi nunq3 carebunt pena quã eis p̃pauit diuia iusticia. Qualr̃ vero spiritus sepati patiuntur ab igne dictum ẽ abunde i quadragesimali de penitentia.

Qd̃ pena demonum nunq3 terminabitur.

Quarto cõsiderãda ẽ pena demonu3 rõne termini: q2 nũq3 finiet̃: ꝛ qd super hoc dixit Origenes adhuc in quadragesimali diffusius ẽ ptractatum. Quare ex dictis constat q̃3 districtus iudex ẽ deus qui ppter vnum peccatum angelis nunq3 pepercit: ꝛ vt dicit Tho. i. pte. q. 64. tenẽdu3 est firmiter q̃ voluntas bonorum angelorum confirmata est in bono: ꝛ voluntas demonum obstinata est i malo. Cãm ãt huius obstinationis non oportet accipere ex grauitate culpe: sed ex condiťõne nature seu status: q2 vt dicit aug. li. de fide ad Petrum. Sic deus creauit ãgelos vt q vellẽt perpetuo boni eẽnt: qui autem nollent nunq3 eos diuino munere repararet. Sicq3 in eternu3 demones obstinati luent penas nequitie sue: a qb9 nos liberet xp̃s redẽptor bẽign9. Amẽ.

Sermo quartus de bello quod continue geritur inter demones ꝛ homines.

Damus inquot

tidiana frequentiq3 pugna cũ angelis malis: qui nos tẽptare ñ desinũt: vt peccãtes coꝝ tãdẽ iungamur societati. ex hoc petr9. i. eplã. c. 5. dicebat. Sobrij estote ꝛ vigilate: q2 aduersari9 vester diabol9 tãq3 leo rugiẽs circuit q̃rẽs quẽ deuoret cui resistite fortes i fide. ꝛ eccľia scã i offõ aplorũ nos admonet sic. estote fortes i bello: ꝛ pugnate cũ ãtiquo ſpẽte ꝛ accipietis regnũ eternũ Q2 tñ pleriq3 qñq3 diffidũt nec arbitrantur se posse.

posse demonū effugere mille nocendi modos: sicq3 in pessima peccata labunt᷑: iccirco in h᷑ sermone aliqua de ipsis demonib⁹ aperiem⁹: qb⁹ intellectis poterit qlibet animi vires assumere ad pugnandū strenue cū illis qui nostrā ꝑditionē3 procurant. De quibus tria mysteria erunt declaranda.

Primū dicitur presidentie.
Secundū potentie.
Tertiū resistentie.

De presidentia demonū: ⁊ qualiter omnia disponunt ad interitu3 hominū. Cap. .I.

Habent demones inter se deputata maledictōis officia: ⁊ cuncta q̄ possunt ordinant ad trahēdū hoīes vt dei p̄cepta trāsgrediant᷑. Imperāt sup̱iores: ⁊ inferiores obediunt. Sed pro huius partis clariore noticia de presidentia demonū locuturi consideremus illā secundū triplicē respectum.

Primo respectu angeloꝝ maloꝝ.
Secūdo respectu angeloꝝ bonoꝝ.
Tertio respectu corpoꝝ superioꝝ.

Qualiter demones presunt demonibus.

Primo cōsiderem⁹ p̄sidentiā demonu3 respectu ipsoꝝ angeloꝝ maloꝝ. Vtrū s. inter eos sit p̄latio. Et arguūt qdā q̄ nō. Primo q2 oīs p̄latio ē fm aliquē ordine3 iusticie. S3 demones totaliter a iusticia ceciderunt: ergo i eis nō ē p̄latio. Secūdo. Vbi nō ē obediētia ⁊ subiectio ibi nō ē p̄latio. Hec autē sine cōcordia eē nō possunt q̄ in demonib⁹ nulla ē fm illud ꝓuer. 13. Inter sup̱bos semp̱ sunt iurgia: ergo in demonib⁹ nō ē p̄latio. Tertio Si in demonib⁹ esset aliqua p̄latio. Aut hoc ꝑtineret ad eoꝝ naturā: aut ad eoꝝ culpā vel pena3. S3 nō ad eoꝝ nām: q2 subiectio ⁊ ꝓuit⁹ nō est ex nā: s3 ex pctō subsecuta. Nec ꝑtinet ad culpa3 vel penā: q2 sic sup̱iores demones q magis peccauerūt inferiorib⁹ subderent᷑. Nō ergo est p̄latio i demonib⁹. In 9triū ē ipsa Vitas. Na3 glo. 1. ad Cor. 15. dicit. Quādiu mūd⁹ durat: angeli angelis: hoīes hoīb⁹: ⁊ demones demonibus p̄sunt. Ratio q̄re inter demones ē p̄latio: fm Tho. q. 110. q2 actio sequit᷑ natura3 rei. Quorūcūq3 nature sunt ordinate: oportet q̄ ēt actōes sibi inuicē ordinent᷑: sicut p3 in reb⁹ corporalib⁹. Quia. n. inferiora corp̱a naturali ordine sunt infra celestia corp̱a: actōes ⁊ mot⁹ eoru3 subdunt᷑ actōib⁹ ⁊ motib⁹ celestiū corporu3. Manifestū ē autē q̄ demonū qdā naturali ordine sub alijs cōstituunt᷑. Vnde ⁊ actiōes eoꝝ sunt sub actōib⁹ superioꝝ. Et hoc ē qđ ratione3 p̄latōis facit: vt. s. actio subditi subdat᷑ actōi p̄lati. Sic igit᷑ ipsa naturalis demonū dispositio requirit q̄ in eis sit p̄latio. Cōuenit etiā hoc diuine sapiētie q̄ nihil in vniuerso inordinatū relinquit: q̄ attingit a fine vsq3 ad finē fortiter ⁊ disponit oīa suauiter: vt dicit᷑. Sap̄. 8. c. Ad primu3 ergo dicēdū q̄ p̄latio demonu3 nō fundat᷑ sup̱ eoꝝ iusticia: s3 sup̱ iusticia dei cuncta ordinantis. Ad secūdū dicēdū q̄ cōcordia demonu3 q̄ qdē alijs obediūt nō est ex amicitia qua3 inter se habeāt: s3 ex cōi nequitia q̄ hoīes odiūt: ⁊ dei iusticie repugnāt. Est. n. ꝓpriū hominū impioꝝ vt eis se adiungāt ⁊ subijciāt ad ꝓpria3 nequitiā exequēdā quos potiores virib⁹ vidēt. Ad tertiū dicēdū q̄ demōes nō sunt equales fm natura3. Vnde in eis est naturalis p̄latio: qđ in hoībus nō cōtingit q natura sunt pares. Qđ autē sup̱iorib⁹ inferiores subdant᷑ nō ē ad bonu3 sup̱ioꝝ: sed magis ad malū eoꝝ: q2 cum mala facere maxime ad miseriā ꝑtineat: p̄esse in malis est esse magis miseꝝ.

Qualiter angeli boni habent prelationē sup̱ demones.

Secundo cōsiderem⁹ p̄sidentiā demonu3 respectu angeloꝝ bonoꝝ. Vbi videndu3 erit an boni angeli habeant p̄lationē sup̱ malos: ⁊ posset argui q̄ nō. Prio q2 p̄latio angeloꝝ p̄cipue attendit᷑ fm illuminationes. S3 mali angeli cū sint tenebre nō illuminant᷑ a bonis: ergo boni angeli nō habēt p̄lationē sup̱ malos. Secūdo. Ad negligētiā p̄sidentis ꝑtinere vident᷑ ea q̄ p̱ subditos male fiūt sicut p3. 83. di. c. error. c. cōsentire. c. Quid. n. ꝓdest. 84. dis. c. ꝑuenit. 86. di. c. facientis. 2. q. 7. c. negligere. 17. q. 2. c. siqs. 23. q. 3. c. q potest. extra de homicidio. c. sicut dignū. Sed demones multa mala faciūt. Si ergo subsunt p̄lationi bonoꝝ angeloꝝ videt᷑ in angelis bonis esse aliqua negligētia: qđ est incōueniēs. Tertio. Prelatio angeloꝝ sequit᷑ nature ordinem. Sed si demones de singulis ordinib⁹ ceciderunt vt cōiter dicit᷑: q2 ipsi ⁊ si nō fuerūt in ordinib⁹ simplr̄ fuere fm qd: icq3tū erāt aliq dispositi: si stetissent: eē de vno ordine. Alij de alio fm variā dispositionē suoꝝ naturaliu3. Sic multi demones multis bonis angelis sunt sup̱iores ordine nature. Nō ergo boni angeli p̄latione3 habēt sup̱ oēs malos. Cōtra istos ē auctoritas Aug. q. 3. de tri. ait. Spiritus vite desertor atq3 peccator regit᷑ p̱ spiritū vite rōnalē piū ⁊ iustu3

Et Greg. dicit ꝙ ptãtes dicunt angeli: quoꝝ ditioni ꝟtutes aduerse subiecte sunt. Respõdet Tho. vbi. s. ꝙ totus ordo ꝑlatõis primo ⁊ ori/ginaliter ē ĩ deo: ⁊ pticipat a creaturis ſꝫ ꝙ deo magis appropiquat. Ille. n. creature sup alias influẽtiã habẽt q̃ sunt pfectiores ⁊ deo ꝓpingo res. Maxima aũt pfectio: ⁊ ꝑ quã maxime deo appropinquat ē creaturaꝝ fruẽtiũ deo: sic sunt sancti angeli: q̃ pfectõe demones priuantur. Et ideo boni angeli sup malos ꝑlationẽ habẽt: ⁊ ꝑ eos regunt. Ad primũ ergo dicẽdũ ꝙ ꝑ san ctos angelos multa de diuinis misterijs demo nibus reuelant cũ diuina iusticia exigit: vt ꝑ de mones aliq̃ fiãt: vel ad punitionem maloꝝ: vel ad exercitationẽ bonoꝝ. Sicut ĩ rebꝰ humanis assessores iudicis reuelãt tortoribꝰ eiꝰ sentẽtiaꝫ. Huiusmodi autẽ reuelatões si ad angelos re/uelãtes cõparent illuminatões sunt: q2 ordinãt eas ad deũ: ex pte ꝟo demonũ nõ sunt illumi/nationes: q2 eas in deũ nõ ordinãt ſꝫ ad exactio neꝫ ꝓprie iniqtatis. Ad secũdũ dicẽdũ ꝙ san/cti angeli sunt ministri diuine sapientie. Vnde sicut diuina sapiẽtia pmittit aliq̃ mala fieri ꝑ ma los angelos vel hoies ꝓpter bona q̃ ex eis eli/cit: ita ⁊ boni angeli nõ totaliter cohibẽt malos a nocendo. Ad tertiũ: dicẽdũ ꝙ angelꝰ q ē in/ferior ordine nature ꝑest demonibꝰ q̃uis supio ribꝰ ordine nature: q2 ꝟtus diuine iusticie cui inherẽt boni angeli: potior ē q̃ꝫ ꝟtus naturalis angeloꝝ. Vnde ⁊ apud homines spũalis iudi cat omnia vt dicitur. i. ad Corin .2.

Qd̃ demones nõ subdunt actionibus cor/porum celestium.

Tertio cõsideremꝰ ꝑsidentiã demonuꝫ respectu corpoꝝ supioꝝ. Vbi disputã duꝫ ē vtrũ demones subdant actionibꝰ corpoꝝ celestiũ. Et qdã ꝯtendunt ꝓbare ꝙ sic. Primo q2 demones ſm certa augmẽta lune aliq̃s hoies vexãt: q ꝑꝑ h̃ lunatici vocant vt pꝫ Marci. 4. ⁊. 17. Sꝫ hoc nõ cẽt nisi corpibꝰ cele stibꝰ subiacerẽt: ergo subiacẽt actõibꝰ celestium corpoꝝ. Secũdo. Nigromãtici obseruãt cer/tas ꝯstellatões ad inuocãdos demones: qd̃ nõ facerẽt si demones corpibꝰ celestibꝰ nõ subderẽ tur. Tertio. Celestia corpa ꝟtuosiora sunt q̃ꝫ ĩ feriora. Sꝫ qbusdã inferioribꝰ corporibꝰ demo nes arcent. s. herbis: lapidibꝰ: ⁊ sonis qbusdã ac vocibꝰ: vt a Porphyrio dictũ Aug. ĩtrodu cit. x. de ciui. dei. ergo multo magis demones subdunt actõi celestiũ corpoꝝ. Cõtra ista oĩa ē ipsa ratio. Nã demones sunt supiores ordine nature q̃ꝫ corpora celestia. Agẽs aũt est supius patiẽte: vt Aug. dic. 12. sup Gen. ad lraꝫ. Cũ ergo demones sint substãtie itellectuales corpi bus nõ vnite: pꝫ ꝙ nõ subdunt actõi corpoꝝ ce lestiũ nec ꝑ se nec ꝑ accidẽs nec directe nec idi recte. Ad pmũ rñdet Tho. q. cxv. pme ptis ꝙ demones ſm certa augmẽta lune ꝯtingit ve/xare ꝑꝑ duo. Primo qdẽ ad hoc ꝙ infamẽt creaturã dei. s. lunã: vt Criso. ⁊ Hiero. dicũt. Secũdo q2 cũ nõ possint operari nisi mediãti bus naturalibꝰ ꝟtutibꝰ: vt dicet: in suis opibꝰ cõsiderãt corporũ aptitudines ad effectus inten tos. Manifestũ est ꝙ cerebrũ ē humidissimum oiuꝫ ptiũ corpis: vt Ari. dicit: ⁊ ideo maxie su/bijcit opatõi lune: q̃ ex sua ꝓprietate hꝫ mouere humorẽ. In cerebro aũt pficiunt vires aiales. Et ideo demones ſm certa augmẽta lune per turbãt hois fantasiã qñ cõsiderãt cerebrũ eẽ ad hoc dispositũ. Ad secũdũ dicit Tho. ꝙ demo nes aduocati in certis cõstellationibꝰ veniũt ꝓ/pter duo. Primo vt hoies ĩ hũc errorẽ indu/cant ꝙ credãt aliqd̃ numẽ esse ĩ stellis. Scd̃o q2 ꝯsiderãt ſm aliq̃s certas ꝯstellatões materiã corporalẽ eẽ magis dispositã ad effectꝰ ꝓ qbus aduocant. Ad tertiũ ꝟo dicit Aug. x. de ciui. dei. c. xi. ꝙ demones alliciunt ꝑ varia genera lapidũ herbaꝝ: lignoꝝ animaliũ: carminuꝫ: ri/tuũ: nõ vt animalia cibis: ſꝫ vt spiritus signis: inquãtũ h̃ eis exhibent ĩ signũ honoris diuini: cuiꝰ ipsi sunt cupidi. Nã vt dr̃. 26. q. 5. c. Nec mirꝝ. Ad h̃ nitit diabolus: vt adoret q̃si deus.

De potẽtia demonũ que supat secũdũ natu/raꝫ omnẽ potẽtiã hominũ. Capi. .2.

De potẽtiã demonũ iã ſmo nr̃ ꝟtendꝰ est. Eqdẽ vix pñt credere multi q̃ de il/la ꝟacissime sunt ꝯscripta. Verũtamẽ ꝑter ea q̃ sancti doctores dicũt adsunt q̃tidiana exẽpla eoꝝ q magicis artibꝰ inuoluti stupẽda ⁊ ĩ effabilia quodãmõ opari vident. Has artes vt Hy. inqt. 8. li. ethimol. pmꝰ iuenit Zoroastes rex Bactrianoꝝ: quẽ Ninꝰ rex Assirioꝝ iter/fecit. De quo etiã Aug. li. 21. de ciui. dei. c. 14. asserit: ꝙ qñ natꝰ est pmo risit. Immiscẽt se hõi artibꝰ demones: ⁊ pmittẽte deo fiũt q̃ hoies fa cere nullo pacto possent. Vt tñ ista magis no/bis innotescãt ꝯsiderãda nobis occurrit poten tia demonũ secundũ triplicem respectum.
Primo respectu miraculoꝝ.
Secũdo respectu delusionum.
Tertio respectu vexationum.

Qd̃ demones q̃uis nõ possint facere mira

cula: pñt

cula: pñt tñ facere vera oꝑa ƀm facultatē hoīuꝫ.

Primo ɔsiderāda ē demonū potētia respectu miraculoꝝ. Ubi a doctoribꝰ disputat̃: vtrū demones possint miracula facere. Et rñdet Alex. i. 2. volumine summe ꝛ Tho. 1. pte. q. 114. q si miraculū ꝓprie accipit̃: demones miracula facere nō pñt: nec aliq̄ creatura: sꝫ solꝰ deꝰ: qꝛ miraculū ꝓprie dr̃ qđ fit p̄ter ordinē totiꝰ nature create: sub q̄ ordie oīs ꝟtus creature ɔtinet̃. Dicit̃ tñ q̄nqꜫ miraculuꝫ large qđ excedit humanā facultatē ꝛ ɔsiderationem. Et sic demones pñt facere miracula: q̄. s. hoīes mirant̃ inq̄ꝫtū coꝝ facultatē ꝛ cognitōeꝫ excedūt. Nā vnꝰ hō inq̄ꝫtū facit aliqd qđ est supra facultatē ꝛ cognitōeꝫ alteriꝰ: ducit aliū i admirationē sui opis: vt quodāmō videat̃ miraculuꝫ opari. Sciēdū tñ q q̄ꝫuis hmōi oꝑa demonuꝫ q̄ mirabilia vident̃ ad veraꝫ rōnē miraculi nō ꝑtingāt: sunt tñ q̄nqꜫ vere res. Sicut magi Pharaonis ꝑ ꝟtutē demonū veros ƀpētes ꝛ ranas fecerūt. Et sicut qñ ignis de celo cecidit: ꝛ familiā Job cū gregibꝰ pecoꝝ vno īpetu absumpsit: ꝛ turbo domū deijciēs filios eiꝰ occidit. Sic etiā demonibꝰ oꝑantibꝰ fctm̄ ē: vt terre atheniensiū vastarent̃ aquis. Refert Aug. 18. li. de ci. dei. c. 9. q postqꜫ cōdite fuerūt Athene vt athene vocarent̃: qđ certe nomē a Minerua est q̄ grece athena dicit̃ hāc cām Varo indicat: cū apparuisset illic repente oliue arbor: ꝛ alio loco aq̄ erupisset regē ꝓdigia ista mouere: ꝛ misit ad Apollinē delphicū sciscitādū qd itelligenduꝫ esset q̄due faciēdū. Ille rñdit: q olea Mineruā significaret: vnda Neptunū: eo q eēt in ciuiū ptāte: ex cuiꝰ potiꝰ nomine duorū deoruꝫ quoꝝ illa signa eēnt: ciuitas vocaret̃. Isto Cicrops oraculo accepto: ciues oēs vtriusqꜫ sexꝰ. Mos. n. tūc in eisdeꝫ locis erat vt etiā femine publicis ɔsultationibꝰ interessent: ad ferenduꝫ suffragiū cōuocauit. Consulta igit̃ multitudine mares ꝓ Neptuno femine ꝓ Minerua tulere s̄nias. Et qꝛ plus vna īuēta ē feminaꝝ Minerua vicit. Tūc Neptunꝰ iratꝰ: marinis fluctibꝰ estuātibꝰ: terras atheniēsiū populatꝰ ē: qm̄ spargere latiꝰ q̄slibet aq̄s difficile demonibꝰ nō est. Hec Aug. sequit̃ Tho. vbi supra: q q̄ꝫuis mā corꝑalis nō obediat āgelis bonis seu malis ad nutū: nec demones sua ꝟtute possint trāsmutare materias de forma i formā: pñt tñ adhibere q̄dā semina q̄ i climatibꝰ mūdi inueniunt̃ ad aliquos effectꝰ ɔplēdos vt dic̄ aug. i tertio de trinitate. Jō oēs trāsmutatōes corꝑaliū reꝝ q̄ pñt fieri ꝑ aliq̄s ꝟtutes naturales: ad q̄s ꝑtinēt p̄dicta semina: pñt fieri ꝑ oꝑatōeꝫ demonū hmōi seminibꝰ adhibitis: sic̄ cū aliq̄ res trāsmutant̃ in ƀpētes vel ranas: q̄ ꝑ putrefactōeꝫ gnāri pñt. Ille ꝟo trāsmutatōes corꝑaliū reꝝ q̄ nō pñt fieri ꝟtute nature: nulla oꝑatōe demōis ꝑfici pñt ƀm rei ꝟitatē: sicut q corpꝰ humanū mutet̃ in corpꝰ bestiale: aut q corpꝰ hoīs mortuū reuiuiscat. Dicta sunt oīa ista ad cōfirmationē p̄cedētium. Nā nisi pietas dei nobis subueniret a potestate demonū nūqꜫ effugeremus.

Qualiter demones possunt multipliciter deludere sensus humanos.

Secūdo ɔsiderāda ē demonū potētia respectu delusionū. Ut. n. dicit Boñ. in 2. di. 8. pñt demones deludere sensus humanos: ꝛ h̄ tripliciter. Primo oñdēdo pñs eē qđ nō ē. Scđo oñdēdo rē alit̃ qꜫ ē. Tertio abscōdēdo qđ pñs ē. Primuꝫ qdē fac̄ spēs offerēdo. Scđm qdē facit sensuꝫ vel obiectū variādo. Tertiū ꝟo ipedimētū p̄stādo. Primū intelligi pōt sic. Quādo fantasmata existētia interius offerunt̃ forti oblatōe ipsi ꝟtuti interiori vel ꝟtus interior fortiter illis intendit: similitudo rei videt̃ eē veritas. Hoc manifestū ē ꝑ naturā. Nā frenetico ꝑꝑ ascēsuꝫ fumositatū ad cerebrū ex modica occasione exteriori videt̃ q videat vel audiat multa q̄ nō sunt sibi presentia. Similiter ꝑ fortē cōuersionē intentōis fantasma vr̃ veritas: sicut aug. exēplificat: q qdā tāta cōuersione recogitabat cuiusdā mulieris imagineꝫ: q ei carnaliter cōmisceri videbat̃ etiā vigilando. Per hūc modū pōt demō diuersa homini facere apparere. Est de hoc exēplū i. 2. dialogoꝝ li. Ubi narrat Greg. q̄liter duꝫ ɔstrueretur monasteriū quoddā: i quo aderat sanctus Benedictꝰ: inuentū ē sub terra idolū quoddaꝫ eneū: qđ cū fratres portassent i cognā visum est eis q exilisset inde flamma ignis: q̄ totā cognā potuisset incendere. Qđ cū ꝑ spm̄ cognouisset beatus benedictꝰ cucurrit ad eos: ꝛ oratione facta fantasticū illud euanuit. Scđo pōt diabolꝰ deludere sensus oñdēdo rē aliter qꜫ est. Nam naturaliter pōt cōtingere hoc ꝓpter variationē aliquā ex parte organi: sicut qñ humor sanguineus vel vapor igneus descēdit ad oculos videtur homini q ea q̄ exterius sunt sint rubea: vel ꝓpter variationē aliquaꝫ ex parte obiecti: sicut cōtingit aliqñ q ex positione candele: vel dispositione palearum vident̃ palee esse serpentes.

Tertio possunt diaboli deludere sensus: ab

ſcondendo qđ pñs eſt. Naȝ res q̄ p̄ſens ē du
pliciter pōt latere ſenſuȝ nr̄m. Aut q2 ipeditur
ꝟtus ſenſus ne ꝑueniat ad ſenſibile. Aut q2 i/
pedit̄ ſpēs ſenſibilis ne ꝑueniat ad ſenſum. Et
vtroqȝ mō fieri pōt virtute demonis. De hac
deluſiōe diffuſe loqtur Aug. 18. li. de ci. dei. c.
17. 18. ⁊. 19. vbi īducit ꝙ tradūt gentiles de ſo
cijs diomedis cōuerſis in volucres: dicūtqȝ tē
plū diomedis eē in iſula diomedia nō longe a
monte gargano: q ē in apulia: ⁊ hoc templū cir
cūuolare atqȝ icolere aues illas tā mirabili ob/
ſeq̄o: vt aquā ipleant ⁊ aſꝑgant: ⁊ eas ſi greci
venerint: vel grecoꝝ ſtirpe ꝓgeniti: nō ſolum
qetas eē: veꝝ ēt iſuꝑ adulari. Si aūt alienige/
nas viderint ſubuolare ad capita tāqȝ grauib⁹
ictibus vulnerare: vt ēt ꝑimant. Nam duris
⁊ grandib⁹ roſtris ſatis ad hec ꝓlia ꝓhibētur ar
mate. Hec Varro vt aſtruat cōmemorat alia
nō minus icredibilia de illa magna ⁊ famoſiſ/
ſima Circe: q ſocios quoqȝ vlixis cōuertit i be
ſtias: ⁊ de archadibus q forte ducti trāſnatabāt
quoddā ſtagnū atqȝ ibi cōuertebant̄ in lupos:
⁊ cū ſilibus feris ꝑ illi⁹ regionis deſerta viue/
bant. Si āt carne nō veſcerēt̄ humana: rurſus
poſt nouē ānos eodē renatato ſtagno reforma
bant̄ in hoīes. Si. n. dixerim⁹ hec nō eē credē
da nō deſunt q dicant talia fuiſſe exꝑtos. Naȝ
⁊ nos inqt Aug. cū eēmuſ in italia audiebam⁹
talia de quadā regione illaꝝ ꝑtium: vbi ſtabula
rias mulieres in caſeo dare ſolere dicebāt ibu/
tas his malis artib⁹: q̄bus vellent ſeu poſſēt vi
atorib⁹: vnde in iumēta illico vertereñt: ⁊ ne/
ceſſaria queqȝ portarent: poſt q̄ ꝑfuncta opa ite
rū ad ſe redirent: nec tamē fieri in eis mentem
beſtialē: ſȝ rōaleȝ humanāqȝ ſeruari: ſicut apu
leius in libris quos aſini aurei titulo inſcripſit
ſibūpſi accidiſſe: vt accepto veneno hūano aīo
ꝑmanēte aſinus fieret: aut indicauit aut finxit.
Hec vel falſa ſūt: vel tam iuſitata vt merito n̄
credātur. Firmiſſime tamē credēdum ē nō ſo
lum aīum: ſed nec corpus q̄dem vlla rōne: arte
vel ꝑtāte demonū in mēbra ⁊ liniamēta beſtia/
lia poſſe cōuerti: ſed pōt eē vt corpora ipſa ho/
minū alicubi iaceant viuentia q̄dem ſed multo
grauī⁹ atqȝ vehemēti⁹ q̄ȝ ſomno ſuis ſenſibus
obſeratis: taliſqȝ ēt ſibi hō eē videat̄: ſicut talis
videri ſibi poſſit in ſōnis: ⁊ portare onera: que
onera ſi ꝟa ſūt corpora portantur a demonib⁹
vt illudat̄ hoībus. Nā q̄dam noīe preſtantius
patri ſuo contigiſſe idicebat: vt venenū illud ꝑ
caſeū in domo ſua ſumeret: ⁊ iacereȝ in lecto ſuo
quaſi dormiēs q tamē nullo mō poterat excita
ri. Poſt āt aliquot dies: eū velut euigillaſſe di
cebat: ⁊ quaſi ſōnia narraſſe q̄ paſſus ē cabal/
lū ſe. ſ. fcm̄ annonā inter alia iumēta militib⁹ ba
iulaſſe. Qđ ita vt narrauit fcm̄ fuiſſe comꝑtuȝ
ē: que tamē ei ſua ſōnia videbātur. Indicauit
⁊ alius ſe domui ſue ꝑ noctē anteq̄ȝ requieſce/
ret vidiſſe veniētē ad ſe ph̄m quēdam ſibi no/
tiſſimū ſibiq̄ȝ expoſuiſſe nōnulla Platonica q̄
antea rogatus exponere noluiſſet. Et cū ab eo
dē ph̄o q̄ſitum fuiſſet: cur in domo eius feceraṫ
quod in domo ſua petenti negauerat. Nō feci
iḡt: ſed me feciſſe ſomniaui. Ac ꝑ hoc alteri per
imaginē fantaſticam exhibitū ē vigilanti: qđ al
ter vidit in ſōnis. Hec ad nos eis referētibus
ꝑuenerūt quos non eſtimam⁹ fuiſſe mentitos.
Hec Aug.

Qualiter demones poſſūt vexare corpora.

Ertio cōſiderāda ē demonū potētia re
ſpectu vexationū. Poſſunt. n. vexare
humana corpora: vt inqt aug. li. đ nā
demonū. Nā ꝓpter ſubtilitatē nāe pn̄t penetra
re quecūqȝ corpora ſine obſtaculo. Inſuꝑ pn̄t
illa corpora ꝑturbare ⁊ moleſtare: vt clare pȝ in
euāgelijs: de his quos xp̄s liberauit. Diebus
ēt meis aliquas mulieres demōiacaſ vidi: ⁊ au
diui illas loquētes talia: que nō niſi demōes di
cere potuerūt: ⁊ ꝟtute ieſu xp̄i liberate fuerūt.
Inter ceteras tn̄ vna fuit Neapoli anno dn̄i
1470. de qua exꝑt⁹ ſū q̄ referā. Predicāte me
ibi tp̄e quadrageſimali ſonabat vndiqȝ rumor
ꝙ aīe quorūdā defunctoꝝ itrauerant corp⁹ eiuſ
loq̄bat̄ illoꝝ idiomata: cōmemorabat geſta: ⁊ q̄
nūq̄ȝ ipa didicerat enarrabat. Acceſſit ad eā cū
ſuis illuſtriſſim⁹ calabrie dux regis primogeni
tus. Duxit eū in admiratōem nō ꝑuam: dū ſe
cretiſſima illoꝝ defunctoꝝ apiebat. Quadam
ꝟo die egoipſe ad eā vidēdā acceſſi: ⁊ q̄ȝ p̄muȝ
intraui camerā: in qua multi aderāt. Ipſa ꝟo
iuuencula iacebat in lecto: cepit furere oculos
torquere vultūqȝ minacē ⁊ triſtē exhibere. Tā
dē clamās aiebat. Tu veniſti huc. Ad q̄d. Ad
q̄d. Ego reſpōdi. Ut tecū ꝓlicer in noīe ieſu xp̄i
glorioſi. At illa. Quid vis. Volo dixi ſcire q̄ſ/
nā es. Illa reſpōdit. Ego ſū ſtephanus ſicul⁹
quōdā armiger ⁊ ſtipēdiarius. Ego ſubiunxi.
Mētiris o fallax ⁊ imūde ſpūſ. Adiuro te ꝑ ie
ſū in cui⁹ noīe oē genu flectit̄: celeſtiuȝ terreſtri
um ⁊ iſernoꝝ vt ꝟitatē pateſaciaſ. Tūc cū grā
di moleſtia illi⁹ corpis arrogāter rn̄dit. Ego ſū
diabolus. At ego. Quare dicebas ꝙ eras aīa
ſtephani

Stephani siculi. Et illa Ut decipiã. ad hoc. n. intẽdimus vt decipiam⁹: q2 vellem⁹ oẽs hoies fore dãnatos: sicut ⁊ nos sum⁹. Iterꝝ ego iter rogaui eã. Et quare me nõ decepisti: sed mihi verꝝ cõfessus es. Ille addidit. Propter officiũm tuũ: q2 tu p̃dicas euãgelicaꝫ ṽitatem: ⁊ es inimicissimus noster. Ego replicaui. Quare. Q2 inqt nos sollicitamus homies vt perdantur: tu vero trahis illos vt conuertantur. Dixi ad hec ego. Quis ego sũ. Respõdit. Tu es frater Robert⁹ q p oẽm italiã plurib⁹ annis fuisti cõtrarius opibus nostris: ⁊ nouiter venisti Neapoli: ⁊ prima die quadragesime p̃dicasti i castro corã rege ferdinãdo. Ego petij ab illo. Quare odio habetis deum. Rñdit. Q2 eiecit nos a celo empyreo: ⁊ priuauit nos dignitate nostra. Et ne imorer multis p̄lõgũ spaciũ ad iterrogata rñdit: lꝫ qñqꝫ male libẽter: ⁊ ita docte ita efficaciter: ita ẽt hostiliter ṽitatẽ exp̃mebat: q̄ oio ⁊ infallibiliter dep̃hendi ip̃m diabolũ eẽ. Cui cũ p̃cepissez vt in nomine iesu corp⁹ illð exiret nec illud lederet: post multas cauillatões faciẽte misericordia ð̃i abscessit. Remãsit ṽo puella illa pallida. Et a me iterrogata: qd faceret. respõdit se a sõno euigillasse: cũ oium mẽbrorꝝ suorꝝ collusiõe. Quare ãt deus pmittat aliquãdo homies sic vexari. rñdeo q̄ hoc facit aut ad malorꝝ punitõeꝫ aut ad bonorꝝ purgatõem ⁊ pbatõem: aut ad sue glorie manifestatiõem. Iudicia tamẽ eius abyssus multa.

Quot oẽs volentes possunt nõ solum resistere demonibus: sed ẽt illos vincere ⁊ superare. Capitulum .3.

Cum audiunt hoies que de demonib⁹ dicta sũt nimio terrore corripiũtur: diffidũtqꝫ posse saluari: dũ opus ẽ cũ hostib⁹ taꝫ terribilibus cõserere manus. Uerũtñ vt greg. ait: debilis ẽ hostis: ⁊ nõ vicit nisi volẽtẽ. Quare facile ẽ nõ solũ resistere virib⁹ demonũ: sꝫ ẽt illos vincere ⁊ supare. Qð vt plene inotescat in hoc tertio mysterio ostendemus q̄ qlibet volẽs diabolũ ⁊ oẽs demones ad malũ nõ ipellẽtes põt confundere.

Probabimus ãt hoc triplici rõe.
Primo rõne ligationis.
Scðo rõne custoditionis.
Tertio rõe permissionis.

Qð p dñm iesũ xp̃m ligata est ptãs ð̃monũ

Primo põt vnusqsqꝫ diabolo resistere: illũqꝫ vincere ⁊ supare rõe ligatõis: q2 p dominũ iesum saluatorẽ nostrꝝ ei⁹ potestas ẽ ligata. Unde apoc. 2. c. Joannes ait. Uidi angelũ. i. xp̃m descendẽtẽ de celo habentẽ clauẽ abyssi: ⁊ cathenã magnã in manu sua. Et app̃hẽdit draconẽ serpẽtem antiquũ: qui ẽ diabol⁹ ⁊ sathanas ⁊ ligauit eũ. Notãduꝫ tamẽ ſm Bon. di. 19. tertij li. q̄ sicut ẽt dicit magister in textu p passionẽ xp̃i sum⁹ a ptãte diaboli liberati oẽs qdem q̄ztum ad sufficientiã: sed illi soli q sũt de eius corpe: qð ẽ ecclesia q̄ztum ad efficaciã. Diabolus. n. ante passionẽ xp̃i hẽbat duplicẽ manũ. s. attrahẽtẽ ⁊ ipellentẽ. Manus attrahẽs erat ptãs trahẽdi ad limbũ ẽt iustos ⁊ scõs. Manus ipellens erat ptãs p̃cipitandi in malũ vel p fallaciam vel p violentiã: q2 temptabat vt draco: tẽptabat vt leo. Et prima manus s. attractiua erat tãte potẽtie vt nullus posset ei resistere: ⁊ hec fuit ei oio amputata p xp̃m. Iã enim nullũ iustũ põt ad limbũ trahere: q2 p passionẽ xp̃i deletũ ẽ chyrographũ pcti ade. Manũ ãt ipellẽtẽ hẽbat ita fortẽ: vt cũ magna difficultate posset qs ei resistere: ⁊ iõ fere in oib⁹ regnabat. Oẽs. n. vel supabat p fraudulẽtiã vel p violẽtiã: ⁊ hec ptãs debilitata ẽ p xp̃m: p quẽ lumẽ ṽitatis apitur contra fraudulentiã diabolicã ⁊ adiutoriũ ṽtutis tribuit contra diabolicã violẽtiã. Appuit ãt lumẽ ṽitatis ⁊ iteri⁹ p diuinã inspiratõem: ⁊ exteri⁹ p humanã istructionẽ. Iã. n. oibus ẽ ṽitas ꝓpalata: ⁊ iõ destructa ẽ idolatria q̃ prius regnabat. Adiutoriũ etiã ṽtutis tribuitur p gratie ifusioneꝫ: q̃ reprimit concupiscentiam.

Qð ꝓpter angelum custodienteꝫ possumus diabolo resistere.

Secũdo põt vnusqsqꝫ diabolo resistere illũqꝫ vincere ⁊ supare rõe custoditõis. Nã habẽt oẽs hoies angelũ custodiẽtem: vt hiero. docet sup Matheũ: ⁊ ponit magister in. 2. di. xi. Quare si tẽptat diabolus ad malũ: angelus custodiẽs inducit ad bonũ. De custodia ṽo bonorꝝ angelorꝝ dictũ ẽ i q̄drages̄imali: in sermõe de amore dei ad aiam idõ hic non curo diffusius de illa tractare.

Qð deus nõ pmittit vt diabolus tẽptet hominem ꝓp volũtate sua.

Tertio põt vnusqsqꝫ diabolo resistere illũqꝫ supare rõe pmissionis vt. n. dicit apl's. 1. ad Cor. 4. Fidelis deus q nõ pmittit vos tẽptari supra id qð potestis: sꝫ facit cũ tẽptatõe ꝓuentũ. Nũqꝫ ergo deus finit aliquẽ a demone ipugnari cui nõ p̃stet grãꝫ ne ð̃cipiat aut opprimat. Nostra igitur iterest fortis

dimicare: qꝛ si legitime certauerimus coronabimur: qꝛ vt dicit͂. Jac. i. Beatus vir q suffert tē ptatōem: qm̄ cū ꝓbatus fuerit accipiet coronam vite: quā nobis largiatur xp̄s dei filꝰ. Amen.

Sermo q̄ntus de cognitōe supbie q̄ fugiēda ē: ne cum angelis ruentibus deputemur.

Paulum ad modū ꝑ dessȝ nobis itelligere q̄ dcā sunt de iudicio dei cōtra āgelos trāsgressores: nisi oī studio ꝛ diligētia elaborauerimus tumētē supbiam fugere ꝛ detestari. Ipsa siqdem ē oium vitioꝝ regina: quā difficile multi cognoscūt: qꝛ vitium ē spūale: latet i corde: vrget in mēte: feruet i aīo ꝛ sola volūtate deliberata cōpletur. Qꝛ tn̄ p extrinseca cognoscūtur itriseca: vt sic supbiam cognoscamus: mūdosq̧ nos ab eius labe seruemus: de fructibus ꝛ signis supbie dicemus in p̄senti. Distinguemus aūt super tribus articulis. 12. fructus.

Fructus primi articuli.
Primus fructus ē extollētia.
Secundus arrogantia.
Tertius vana gloria.
Quartus iactantia.

Fructus secundi articuli.
Primus fructus ambitio.
Secundus hypocrisis.
Tertius pertinacia.
Quartus ingratitudo.

Fructus tertij articuli.
Primus fructus inobedientia.
Secundus curiositas.
Tertius contentio.
Quartus presumptio.

Qđ superbi deificant seip̄os ꝛ spernūt deum celi: qꝛ se cognoscere nolūt.

Primꝰ fructꝰ q signū ē supbiētis animi extollentia dicitur: qn̄. s. aliqs ꝓpter dona aut nāe aut fortune vt sic loquamur aut spūalia: aut corpalia: aut tp̄alia: puta ꝓpter diuitias generis nobilitatē corpis formositatē robur ꝛ fortitudinē elegātiā subtilitatē ingenij secūditatē memorie: ꝛ silia deificat seip̄ȝ ꝛ deū cognoscere negligit. Cōtra illud qđ dr̄ Hieremie. 9. c. Nō glⁱet͂ sapiēs in sapia sua: nec fortis in fortitudine sua: nec diues in diuitijs suis sȝ in hoc glⁱet͂ q glⁱat͂ scire ꝛ nosce me. Seqtur ex hoc ignorātia sui: q̄ obliuionē iducit ifirmitatis ꝛ fragilitatis hūane Et certe dānificatur in hoc hō: dū deficit ab ea regula q̄ cūctis ē oīs sapiētie fundamētū. Hoce qppe oium tā scōꝝ q̄ȝ phoꝝ cognitio suiipsius p̄dicat͂ lex p̄cipua fructifere veq̧ sapie. Unde Ber. li. de cōsideratione ad Eugeniū ait. Noueris lȝ oia mysteria lata terre: alta celi: ꝓfūda maris: si te nescieris silis eris edificāti sine fūdamēto: ruinā nō structurā facies. Et Aug. in ꝓhemio q̄rti li. de trinitate. Laudabilior ē aīus cui nota ē ifirmitas ꝓpria: q̄ȝ q ea nō respecta vias sideꝝ: fūdamenta terraꝝ: ꝛ fastigia celoꝝ scrutat͂. Et Hgo li. i. de aīa. Melior es si teip̄m cognoscas: q̄ȝ si te neglecto cognosceres cursus sideꝝ: vires herbaꝝ: cōplexiōes hoium: nās aialiū: celestiuȝ ꝛ terrestriū sciam hr̄es. Multi. n. multa sciunt ꝛ seip̄os nesciūt: cū tn̄ sūma ph̄ia sit cognitio sui. Et macrobiꝰ li. de sōno scipiōis. Delphici vox hec fuit oraculi cōsulēti ad btitudinē quo itinere puenire possȝ. Si te igt noueris. Supbi itaq̧ cōtēpto deo i seip̄is cōfidūt: nō arbitrātes deū supiorē: nec se piculis passiōibꝰ ꝛ morti subiectos. Talis erat supbia. Atrei q dū fratris filios in odiū occidisset dicebat. Eq̄lis astris gradior ꝛ cūctos supo: altū supbo vtice attingēs celuȝ. Talis fuit supbia Romanoꝝ: de qbꝰ Aug. li. de ci. dei. c. i. dicit: q ad tātā supbiā extollētiaȝ reputatōezq̧ deuenerūt: q se deos estimabāt. Unde igt. Hoc vo qđ dei ē: supbeq̧ aie spūs iflatꝰ affectat: amatq̧ sibi i laudibꝰ dici. Parcere subiectis ꝛ d̄bellare supbos. Talis fuit supbia Domitiani ipatoris: q vt scribit Suetoniꝰ Eutropiꝰ ꝛ beda. li. de tpibꝰ fuit vespesiani filius ꝛ frater iunior Titi. Cui tito domitianꝰ in ipio successit: imo ita fuit regnādi cupidꝰ q sepe frēȝ iterficere satagebat: ꝛ clā ꝛ palā sp fraudes illi pabat: quē titus sp ferebat patiēter. Tādem mortuo Tito i ipiū sublimatꝰ ondit se i pricipio moderatū valde: simulauit diligere studia lr̄aꝝ ꝛ bibliothecas reficēt: ita videbat͂ horrere cedes vt ne boues imolare mādauerit. Sȝ firmatꝰ seuerꝰ appuit. Senatores ēt nobilissimos occidit. Persecutꝰ ē xp̄ianos ꝛ iudeos fȝ eusebiū li. 3. historie eccl̄iastice. Et fm̄ horosiū. li. 7. se deū ꝛ dn̄ȝ iussit appellari: ꝛ in cūctis p̄mordijs lr̄aꝝ suaꝝ dicebat. Dn̄s ꝛ deꝰ vester domitianꝰ ita mādat. Tādē d̄o pmittēte a cubicularijs suis septē vulneribꝰ occisus ē āno etatis sue. 45 Ad excellētiā isup ascēdit cor Herodis agrippe q occidit Jacobū ꝛ petꝝ icarcerauit. Refert qdē Josephꝰ. 19. antiqtatū li. q cū Cesareā ad uenisset ꝛ ad cū totiꝰ ꝓuicie viri vnanimit͂ cō uenissent

uenisset: ille veste fulgēti ex auro ⁊ argētoq̄ mirabil'r cōtexta idut⁹ icipiēte die, pcessit ad theatrū: vbi cū p̄mos solis radio vestis argētea su scepisset: repcusso splēdore duplicatā spectātib⁹ lucē fulgor metalli vibrātis effudit: vt ituētibus pstrigeret aciē terror aspect⁹. Illico adulantis vulgi cōcrepāt voces dicētis. Nūc vsq̄ vt hominē te timuim⁹: ſ₃ ex h̄ iā supra hūanā nām te eē fatemur. Et dū adulatorib⁹ d̄mulceret bonoribus: ⁊ oblatos sibi diuinos honores ñ respueret: repēte mortifero viscez dolore corripit: ⁊ dū p man⁹ suoz d̄portaret dicebat. En ego vester de⁹ ducor ad mortē. Vixit igit̄ qnq̄ dies ⁊ vermibus ei⁹ viscera corrodētib⁹ expirauit. Nec mirū: q₂ vt dicit̄ Jac. 3. c. De⁹ supbis resistit. Et Seneca tragedia prima. Seqtur supbos victor a tergo deus.

Q̄ d̄ supbi cōuersāt cū suis pximis arrogāt

Ecūdus fructus supbie: ⁊ signū ē supbi cordis arrogātia dicit̄. Hic facit pximos puipēdere: ⁊ i dictis gestis motibus: cūctisq̄ extrinsecis rebus supbe cū proximis se habē. Qui sic ē arrogās supbe icedit: supbe loqt̄: supbe igredit̄ ⁊ egredit̄: supbe comedit: supbe oīa facit cū clamore ⁊ strepitu: minis ⁊ cōtumelijs. Verūtamē cōtra istos ē auctoritas. Ecc. 3. c. dicētis. Quanto maior es hūilia te in oībus. Et Ci. i p̄io d̄ officijs inqt. In rebus ēt, pspis supbia fugiēda ē ⁊ arrogātia. nā vt aduersas res: sic ⁊ scdas imoderate ferre leuitatis ē. ⁊ Ouidi⁹. 3. d̄ arte amādi. Nō natet i vultu dānosa supbia vestro. Dicit Cassiodor⁹ i eplis. Ornamētū oīu₃ bonoz ē sincera benignitas. Igit̄ si tu gradu aut dignitate aut vtu te supas reliquos: noli illos pedib⁹ cōculcare. Sis amabilis: affabilis: ⁊ vultu facieq̄ placidus: ⁊ vt dicit Seneca ad lucillū. Sic cū iferiore viuas queadmō₃ tecū supiorē viuere velles Scribit̄ in policratone li. 5. q̄ Gratian⁹ optimus ipator arguētibus cū amicis: q̄ i oēs familiaris eēt nimiū ⁊ cōis: respōdit se talē velle ipatorē eē priuatis. quales impatores sibi esse priuatū optasset. Bene est vt q alijs impat timeat̄: ſ₃ melius vt diligat̄. De hoc Cicero li. 2 de officijs ait. Omium rez nec aptius quicquā ad opes tuēdas ac tenēdas q̄₃ diligi: nec alienius q̄₃ timeri. Laudat̄ ergo māsuetudo i oibus ēt magnis viris: dūmō tāta non sit vt vilescat auctoritas. Recitat Valerius li. 5. de Alexādro magno: q̄ cū vidiss₃ militē quēdā senio cōfectū frigore nimio stupefcm: cū ip̄e ess₃ i sede sublimi pxinqua igni surrexit: ⁊ suis māibus illū i sede sua reposuit dicēs: illd̄ salutare sibi futurū. S₃ nobis q xpiani sumus exēplū xp̄i satis eē d₃: de quo sic pulchre loqt̄ Hiero. i epla ad Antoniū monachū. Domin⁹ noster hūilitatis magister disceptātibus d̄ dignitate discipulis: vnū apphēdit ex puulis dicēs. Nisi couersi fueritis ⁊ efficiamini sicut puuli nō itrabitis i regnū celoz. Q̄ d̄ ne docere tm̄ nec facere videret̄ docuit exēplo: dū discipuloz pedes lauat dū loqtur cū samaritana: dū ad pedes sibi sedēte Maria de celoz disputat regno: dū traditorē osculo excipit: dū resurgēs p̄io mulierculis appuit: Ad idē ē text⁹ Cypani. 9. di. c. dn̄s.

Q̄ d̄ supbi q̄rūt gl'iam tpalem que nihil est.

Ertius fructus q signū ē supbie ē vana gloria. S₃ qūo vana gloria dicatur plerisq̄ audire cupiūt. Nā si loq̄mur d̄ illa beata de qua psalmus ait. Exultabūt sci in gloria: certe vana nō ē: quā cūcti desiderare tenēt. Tpalis adhuc gloria vana nō ē: q̄ virtuti fauet: cōformat̄ nāe ⁊ aium ad queq̄ difficilia ⁊ ardua roborat. Est hec fm Ambro. li. d̄ offi cijs clara cū laude notitia. Et fm Tulliū i rhetorica ē freq̄ns d̄ aliq̄ fama cū laude. Laus vo vt dic̄ Ari. p̄io rhetoricoz ē fmo elucidās magnitudinē rei. vñ aug. sup Jo. gl'iari idē ē qd̄ clarificari. De hac gl'ia iqt Seneca ad lucillū. Nulla ē tā excelsa vt⁹ q̄ dulcedine gl'ie ñ tāgat̄ ⁊ hiero. ad Sabinianū. Nāli ducimur malo: ⁊ adulatorib⁹ nostris libēt fauem⁹ ⁊ q̄₃q̄₃ nos rñdeam⁹ idignos ⁊ calid⁹ rubor ora pfūdat: tñ ad laudē sui itrisec⁹ aia letat̄. ⁊ claudian⁹ Gaudet eni vt⁹ testes sibi iūgere musas. Carmē amat q̄sq̄s carmie digna gerit. ⁊ Ouidi⁹ li. d̄ tristib⁹. Dēiq₃ ñ puas aio dat gl'ia vires. Et fecūda fac̄ pectora laudis amor. ⁊ Ecc. 4. Curā iqt sapiēs habe d̄ bono noie. Et, puer. 15. Fama bōa ipīguat ossa. ⁊. 12. q. 1. c. nolo. aug. famā tuēdam hortat̄. ⁊ idē. 5. d̄ ci. dei. c. 12. dic̄ d̄ romāis. gl'iam igēt̄ diuitias hōestas volebāt: hāc ardētissime dilexerūt. Propt̄ hāc viuere voluerunt. pter hāc ⁊ mori ñ dubitauerūt. Et. 18. c. eiusdē. Hec sūt duo illa: libertas ⁊ cupiditas laudis hūane q̄ ad fcā cōpulere mirāda romāos. Nō ḡ vr̄ gl'ia fugiēda: quā oēs efferunt miris laudib⁹. S₃ alex. i. 2. ⁊ Tho. 2. fe. q. 132. dicūt q̄ gl'ia tpal' pōt appeti ordiate ⁊ iordiate. cū p̄ mō appetit̄ nullū ē pctm̄. nā cū q₂ cogitat bonum suum dignum laude ⁊ approbat illud cupiens ab alijs laudari: aut propter diuinum

honorē: aut pp ꝓximoꝝ salutē: aut appetēdo nō appetit cōtra deū ꝛ ꝓximū: nec i gloria finē cōstituit: de supbia ꝛ vana gloria reprehēdi nō pōt. Inordinate vō gloria appetit primo qñ qs querit gloriā de eo qd̄ est peccatū: sicut luxuriosus de carnalitate: iracūdus de vindicta ꝛ cōtumelijs: ꝛ similia: de qbus aliq gloriant: quos reprehendit ṗs. d. Quid gloriaris in malicia: q potens es in iniquitate. Secūdo gloria appetit inordinate cū eā qs querit de eo qd̄ nō hꝫ puta de sciētia: de sapiētia: de sanctimonia vite ꝛ hmōi. Tertio quādo qs q̄rit gloriā de eo qd̄ nō est gloria dignū: vt de diuitijs: de pulchritudine: de fortitudine: de edificijs: de dominijs ꝛ qbuslibet tpalib⁹ bonis. Fatue qppe hoies in his gloriant ꝛ vane: qꝛ oia ista fumus ꝛ fauilla sunt. Idō sapiēs eccle. 1. c. ꝓ istis dicit. Vanitas vanitatū ꝛ oia vanitas. Criso. sup Ioh. sic sequit. Hūc vsiculū si saperēt q i potētia vsantur: i parietib⁹ suis oib⁹ ꝛ vestibulis scriberēt i domo: in foro: ꝛ in egressib⁹: ꝛ ante oia i ꝯsciētijs suis: vt semp eū ꝛ oculis cernerent: ꝛ corde sentirēt: qm̄ multe sunt reꝝ facies ꝛ imagines false: q̄ decipiūt incautos. Istud oportet quottidie carmē salutare ꝛ in prādijs ꝛ in cenis: ꝛ in omnib⁹ cōuentib⁹ libenter vnūquēqꝫ ꝓrio suo canere: a ꝓximo suo libenter audire: qꝛ vanitas vanitatū ꝛ oia vanitas. h ille. An nō videmus q̄ꝫ breui deficiūt oia. Dicit Esa. 4. c. Omnis caro fenū ꝛ ois gloria ei⁹ q̄si flos agri. Exsiccatuꝫ est fenū: ꝛ cecidit flos. Ideo Vgo. li. 1. de aia ingt. Dic mihi vbi sunt amatores mundi: q ante pauca tpa vobiscū erāt. Nihil ex eis remansit: nisi cineres ꝛ vermes. Hoies fuere sicut tu. Comederūt biberūt riserūt: duxere i bonis apparentib⁹ dies suos: in puncto aūt ad inferna descēdere. Hic caro coꝝ vermibus: illic anima eternis supplicijs deputat: donec rursus infelici cōmercio colligati sempiternis inuoluātur incēdijs. Et Baruch. 3. Vbi sunt ṗncipes gentiū: ꝛ q dominant sup bestias q̄ sunt super terrā: q in auib⁹ celi ludūt q argentū thesaurizāt ꝛ auꝝ in quo cōfidunt hoies: ꝛ nō est finis acquisitionis eoꝝ q argentū fabricāt: ꝛ solliciti sunt: nec est inuentio opeꝝ illoꝝ. Exterminati sunt tamē: ꝛ ad inferos descenderūt. Et alij loco eoruꝫ surrexerūt. Ad hoc facit exemplū de quodā imperatore mortuo: ad cui⁹ sepulchrū accedēs quidaꝫ phs: tumulo patefacto videns cadauer illd̄ horribile dixit. Intuitus sum cadauer Cesaris in sepulchro ꝛ vidi eū liuido colore coloratuꝫ: putredine circūdatū: aluū ei⁹ diruptū ꝛ vermiū cateruas: q ṗ illū trāseuntes discurrebāt. Duo famelici angues i oculoꝝ foueis pascebant: crines nō adherāt capiti: dentes patebāt labijs cōsumptis. Et dixi. vbinā cesar chorus puelleꝝ: magnitudo diuitiaꝝ: caterua baronū: acies militū. Vbi sunt canes venātes: eq veloces: aues rapaces: thalamus depictus: lectus eburneus: aureū atriū. Vbi sunt tot mutatoria vestimēta diuersa cibaria: cāticū lire organoꝝ sonit⁹ odor aromaticus. Te verebant hoies: timebāt principes: colebāt vrbes. Vbi est tāta potētia ꝛ taꝫ preclara magnificentia. Et respondit mihi. hec oia defecerunt in me quādo defecit in me spiritus meus: ꝛ reliquerūt in hoc me miseꝝ sepulchro circūuolutū putredine carnis mee.

Quod supbi iactanter de se loquunt: ꝛ qualiter potest quis absqꝫ peccato se laudare.

q Vartus fruct⁹ q signū est elate mentis iactātia dicit: ꝛ est cū qs proprio ore se laudat. Hoc autē incōueniens esse dictis sanctoꝝ ꝛ phoꝝ demōstrat. Vnde sapiēs prouer. 26. ait. Laudet te alien⁹ ꝛ nō os tuū: extraneus ꝛ nō labia tua. Et cicero i ṗmo de officijs. Turpe est de seipso p̄dicare. Et Quintilianus li. 8. de oratoria institutione. Vitiosa ē iactatio: infertqꝫ audiētib⁹ nō mō fastidiū: sꝫ etiaꝫ plerūqꝫ odiū. Et Seneca lib. 2. de beneficijs. Retrahēda est inanis iactatio. Res loquātur nobis tacentib⁹. Quando aūt qs pōt de seipso dicere absqꝫ peccato: licet dictū sit in quadragesimali: tamen hic repetendū est. Ideo nota ṡm doctrinā Alexandri in. 2. volumine summe: ꝙ aliquis potest tripliciter se laudare.

Primo meritorie.
Secūdo venialiter.
Tertio mortaliter.

Primo cū merito. Et hoc tripliciter. Aut ꝓpter charitatē dei. Aut ꝓpter charitatē ꝓximi. Aut propter charitatē propriā. Primo laudat se qs propter charitateꝫ dei: vt sue bonitati gratie referant. De hoc sic loquit Cyprianus: in epistola ad donatuꝫ. Odiosa iactatio est: q̄ꝫuis nō iactatū esse possit: sed gratū: qcqd nō hominis virtuti ascribit: sed de dei munere p̄dicatur. Sic fecit gloriosissima vgo duꝫ visitauit Helisabeth Luc. 2. quādo cecinit vba illa suauissima. Magnificat aia mea dñꝫ. Scd̄o pōt qs cū merito se laudare pp charitatē ꝓximi: vtputa ne scādalizet pp vba detrahētiuꝫ. Naꝫ vt dr. 6. q. 1. c. Sūt plurimi q vitā moresqꝫ bonoꝝ

amplius q̄ʒ debēt laudant. Jdeo pmittit deus malos in obtrectationē ꝛ obiurgationē ꝓrumpere: vt si qua elatio ab ore laudantiū in corde nascit᷑: ab ore vituperātiū suffocet᷑. Qua de re sepenumero de viris bonis ꝛ iustis pusilli scādalizant᷑: ideo licet quādoq̄ʒ v̄tutes ꝓprias apire. Sic fecit Aug. q in ſmone q legit᷑ i festo ipsius ait. Charitati v̄re de nobisipsis hodie sermo reddēdus est. Quia. n. vt ait apl's: spectaculū facti sum⁹ mūdo: angelis ꝛ hominibus: q nos amāt q̄rūt qd laudent in nobis: q nos oderunt q̄rūt qd detrahāt nobis. Nos aūt i vtroq̄ʒ medio ↄstituti: adiuuāte deo ꝛ vitā ꝛ famaʒ sic custodire debem⁹: vt nō erubescāt de detractoribus laudatores. Hinc Paulus. 2. Cor. x. ꝛ. xi. c. tā alta de seipso ꝓnūciat. Naʒ vt inquit Hiero. in argumēto i epl'am ad Cor. Corinthij sunt achaici: ꝛ hi ab apl'o audierāt v̄ba vitatis: ꝛ subuersi sunt multifarie a pseudo apl'is: q multa dixerūt ↄ̄ Paulū. Tertio pōt qs laudare se cū merito pp charitatē ꝓpriā qn̄ est i aliqua tribulatōe: vt se cōsolet᷑: sicut Job dicebat 29. c. Oculus fui ceco: pes claudo: man⁹ debili ꝛ pater erā quondā pauperꝝ. Secūdo in laude suipsius pōt esse peccatū veniale: cū. s. dicit᷑ aliqd qđ nō est cōtra deū nec ↄ̄ ꝓximū. Tertio pōt qs laudare se cū peccato mortali. Vt cuʒ quis laudat se de eo qđ est cōtra honorē dei: puta de aliquo mortali: etiā si veritas dicat᷑. Aut cū qs nimis supbe ꝓfert de se falsa: vt decipiat proximos. Vel cā cupiditatis: vel cā glorie. Aut cū qs refert aliqua de se in expressam ꝓximi cōtumeliā: sicut faciebat Goliath. 1. Reg. 17. c. q dicebat. Ego exprobraui agminib⁹ isrl' hodie. Et sicut peccatū est iactātia: ita ꝛ ironia: q̄ est cū qs de se minora dicit: vt reputet᷑ bon⁹. Pōt autē fieri dupliciter secūdūdū Tho. secūda secūde. q. 113. Vno mō cū veritate: ꝛ sic nō est peccatū: nisi p alicuius circūstātie corruptionē. Alio mō cū falsitate: cū aliqs dicit illud qđ in se nec recognoscit nec credit. Et de hoc dicit Aug. 22. q. 2. c. cū humilitatis. Cū humilitatis cā mentiris: si nō eras peccator: mentiēdo efficeris qđ vitasti. Jdē in. c. nō ita. ꝛ in. c. Jncauti dicit᷑. Jncauti sunt humiles q se mētiēdo illaqueant. Debet tn̄ vnusq̄sq̄ʒ semper extimare se peccatorē. Vn̄ di. 5. c. Ad eius. Bonaꝝ mentiū est ibi culpā cognoscere: vbi culpa non est.

Articulus secūd⁹ de quattuor alijs fructib⁹ supbie: quorum primus est ambitio.

Admonet nos diuina scriptura: vt superbie crimē effugiam⁹ ostēdens deū omnipotentem illā nō paꝝ odire. Vn̄ Amos. 6. Dicit dn̄s exercituū. Detestor ego superbiā. Et prouerbioꝝ. 6. Arrogātiā ꝛ supbiā ꝛ viā prauaʒ ꝛ os bilingue ego detestor. Et eccle. x. Odibilis est corā deo ꝛ hominib⁹ supbia. Quare ipse excelsus dn̄s comminat᷑ supbis durissime. Dixit n. Hiere. 13. c. Requiescere faciā supbiā infideliū ꝛ arrogantiā fortiū humiliabo. Et. 8. cap. Veh corone supbie. Et Hiere. 50. Ecce ego ad te superbe dicit dn̄s deus exercituū: qr venit dies tuus tempus visitationis tue. Et cadet superbus ꝛ corruet: ꝛ non erit qui suscitet eum.

Propterea in hoc articulo de alijs quattuor fructibus superbie loquemur.

Primus fructus est ambitio q̄ qs inordinate dignitates appetit ꝛ honores.

Hec imanis bestia totū fere mundū destruit: status oēs cōturbat: scandala plurima parit: ecclesiāq̄ʒ cōfundit. Vn̄ in. c. nihil de electione. dicit᷑. Nihil est qđ magis officiat ecclesie dei q̄ʒ q indigni assumunt᷑ p̄lati ad regimē animaꝝ. Hoc ideo est: qr ambitiosi p̄sumūt ꝛ ingerunt se p̄cibus ꝛ p̄cio vt dignitates acqrant. Sed audiāt Criso. di. 40. c. multi. d. Quicūq̄ desiderauerit primatū in terra: inueniet cōfusionē in celo: nec inter s̄uos xp̄i cōputabit᷑: q de p̄matu tractauerit. Et. 8. c. q. 1. c. Jn scripturis. ponit᷑ dictū apl'i ad Hebre. 5. Nemo sibi assumat honorē: sʒ q vocat᷑ a deo tanq̄ʒ Aaron

De hypocrisi maligna christo exosa.

Secūdus fruct⁹ supbie est hypocrisis q̄ vt dicit Alex. in. 2. est amor apparētis boni: qn̄ qs est malus ꝛ simulat se esse bonū. De his hypocritis loquit᷑ Aristo. 1. elencoꝝ. Quibusdā inquit est magis operepreciuʒ videri esse sapientes: q̄ʒ esse ꝛ non videri. et Seneca ad lucillū ait. Qđ loquimur sentiamus: cōcordet ſmo cū vita. et iteꝝ ad eundeʒ. Multomagis ad rē ꝑtinet qualis tibi q̄ʒ qualis alijs videaris. et idē ad eundē. Jllud te admoneo ne eoꝝ more q nō proficere: sed cōspici cupiunt facias aliqua q̄ in habitu tuo aut genere vite notabilia sint. Hos hypocritas supra omnes peccatores detestatus est dn̄s iesus christ⁹ Nā Math. 5. dixit. Cū facis elemosynā noli tuba canere sicut hypocrite faciūt. et. 6. c. Cum ieiunatis nolite fieri sic̄ hypocrite tristes. ꝛ. 7. c. Attendite a fermēto phariseoꝝ qđ ē hypocrisis. et. 15. c. Hypocrite bene ꝓphetauit de vobis esai. et. 23. ca. Veh vobis scribe ꝛ pharisei

hypocrite: q claudítis regnum celoꝝ añ hoīes. Vos. n. nō introitis: nec introeūtes ſinitis intrare. Tales ſunt religioſi ignorātes q ī ꝑdicationib⁹ ꝛ cōfeſſionib⁹ ac cōſilijs dānāt cōiugia: aſſerūtqꝫ neminē ī ſtatu matrimonij poſſe ſaluari. Et iteꝝ Math. 23. Veh vobis ſcribe ꝛ phariſei hypocrite: q comeditis domos viduarum: oꝛones longas oꝛātes. Tales ſunt religioſi ꝛ ſacerdotes: multis artib⁹ bona viduaꝝ rapiētes. Et iteꝝ ibi. Veh vobis ſcribe ꝛ phariſei hypocrite: q circuitis mare ꝛ aridā: vt faciatis vnuꝫ ꝓſelitū: ꝛ cū fact⁹ fuerit facitis eū filiū gehenne duplo q̄ꝫ vos. Proſelit⁹ dicebat̄ q ex gentilitate cōuertebat̄ ad iudaiſmū: ad qđ phariſei multuꝫ elaboꝛabāt pp inanē gloꝛiā. Sic hodie faciūt religioſi q indiſtincte induūt fratres: ꝛ penitētes de tertio oꝛdine. Et iteꝝ. veh vobis ſcribe phariſei hypocrite q decimatis mētā: ꝛ anetū: ꝛ ciminū: ꝛ reliqſtiſ q̄ maioꝛa ſunt legis: iudiciū miſericoꝛdiā ꝛ fidē. Tales ſunt multi q ſibi ꝯſcientiā de minimis faciūt q̄ aliqñ pctā nō ſunt: tñ de odio foꝛmali ꝓximi: de detractionib⁹ ꝛ īfamijs nō curant. Et iteꝝ. Veh vobis ſcribe phariſei hypocrite: q mūdatis qđ de foꝛis ē calicis ꝛ parapſidis intus aūt pleni eſtis īmūdicia et dolo. Tales ſunt q tñ opiniones vulgariū de qbuſdā ad rē ꝑtinētib⁹ paſcūt: vt ferre añ oculos ſcapulare: ꝛ nudos oñdere pedes ac ſimilia: q̄ ſi fiant vt hoīb⁹ oñdant̄: hypocriſis vitiū ſapiūt. Sec⁹ ſi bono aīo: ꝛ pp diuinū amoꝛē. Et iteꝝ. Veh vobis ſcribe ꝛ phariſei hypocrite: q ſimileſ eſtis ſepulchꝛis dealbatis: q̄ foꝛis parēt hoīb⁹ ſpccioſa intus ꝟo plena ſunt oſſib⁹ moꝛtuoꝝ ꝛ omni ſpurcicia. Et iteꝝ. Veh vobis ſcribe ꝛ phariſei hypocrite: q edificatis monumēta ꝓphaꝝ: patres aūt veſtri occiderunt illos. Nec miꝝ ꝙ ita acriter ꝑſecutus ē hypocritas xp̄s: qꝛ dicit̄ eſai. 9. c. Omnis hypocrita ē nequā. Et Aug. 83. di. c. nemo. Nemo nocet ampli⁹ ī eccleſia: q̄ꝫ q ꝑuerſe agēs nomē vel oꝛdinē ſanctitatis ꝛ ſacerdotis hꝫ. Cōcoꝛdat huic ſnie Cicero. dictū ī pꝛimo de officijs. Toti⁹ iniuſticie nulla capitalioꝛ eſt: q̄ꝫ coꝝ q cū maxime fallūt: id agūt vt boni viri eſſe videant̄. Cognoſcere pñt oēs ſapiētes ꝛ viri graues hypocritas a fructib⁹ coꝝ vt docuit xp̄s Math. 7. q ſunt: ꝓximoꝝ odia: ꝑſecutōes detractōes: ipatiētie: ambitōes: appetit⁹ honoris ꝛ laudis: diligētia q̄rendi fauoꝛes dñoꝝ tēpoꝛaliū: mēdacia: fictōes: extra clauſtrū diſcurſus inutiles: mulieꝝ frequētatōes ꝛ ꝯuerſationes: ꝛ his ſimilia. Tacco qđ ſcio: qđ vidi: quod audiui. Vnuſqſqꝫ iudicet ſeipſuꝫ. Vnū tñ aſſerere poſſum ꝙ rariſſimi ſunt q religioſaꝫ vitam ꝓfitentes aut ſpiritualē: hypocriſis labe nō deturpent̄. Fatet̄ ħ Hiero. q lib. 2. ꝯ pelagianos ait. Quāuis alijs vitijs carē poſſum⁹: hypocriſis maculā nō hr̄e: aut nulloꝝ aut paucoꝛū eſt.

Qđ ſupbi ꝑtinaces ſequunt̄ ꝓpꝛiū ſenſum.

TErtius fructus ſupbie dicit̄ ꝑtinacia. Dicit̄ ꝑtinax qui ita firmiter ſuo heret ſenſui: vt nemini velit acqeſcere: ſequitur ꝓpꝛias opiniones: ꝛ iudicia: ſpꝛetis ꝯſilijs ꝛ ſapiētū ꝛ amicoꝝ dictis. Ne igit̄ qs pertinax depꝛehendat̄: tria pꝛincipaliter dꝫ obſeruare.

Pꝛimū vt ꝓboꝝ viroꝝ ſentētijs magis q̄ꝫ ꝓpꝛie inhereat. Hoc ſcribit̄ ex̄ de ꝯſtitutōib⁹. c. ne initaris. vbi ſic habet̄. Ne innitaris prudētie tue. Prudētie ſue innitit̄ q ea q̄ ſibi agenda vel dicēda vident̄: patrū decretis ꝑponit. Ideꝫ ponit̄ ex̄ eo. c. canonū. ꝛ. 8. q. 1. c. ſciēduꝫ. ꝛ. 3. q. 9. c. puta. Secūdū vt acceptis q̄ bona credebat: ꝛ poſtmodū cōperit mala ſiue ī dictis ſiue in factis retrocedat. Vñ dr̄. 22. q. 5. c. diffinitio. Diffinitio īcauta laudabilit̄ ē ſoluēda. Idē in ſnia ponit̄ i. c. Magne. Aug. doctoꝛ eximi⁹ fecit libꝛū retractationū. Arri⁹ heretic⁹ fuit ꝑtinax: ꝛ perijt. Sic Gaius flāmini⁹ fuit ꝑtinax ꝛ ꝑnceps: ꝛ ab Hānibale apud lacū trāſimenū deuict⁹ ē ꝛ occiſus. Tertiū qđ obſeruādū ē vt euitet̄ ꝑtinacia: ꝙ quātūcūqꝫ hō ſit ſapiēs: in rebus tñ duris ꝛ arduis vtat̄ maturis conſilijs. Inqt. n. Hiero. ſup illo ꝟbo eſaie. 3. Et ꝯſiliariuſ nō eſt tibi. Greci poete laudabilis ſapiētie dixerūt pꝛimū eſſe beatū: qui ꝑ ſe ſapiat: ſecūdū qui ſapientē audiat. Qui aūt vtroqꝫ caret: hunc inutilē eſſe tam ſibi q̄ꝫ alijs.

Qđ ſuperbi ingrati ſunt deo ꝛ hominibus.

QVartus fruct⁹ ſupbie dicit̄ ingratitudo. Solent ſupbi eē ingrati deo ꝛ hominib⁹. Nā ſaperb⁹ bñficia ꝛ dona q̄ hꝫ: a ſe hr̄e: aut ꝓpꝛijs meritis credit. Cui apl's 1. ad Coꝛ. 4. ait. Quid habes qđ nō accepiſti: Si aūt accepiſti: cur gloꝛiaris: quaſi nō acceꝑis. Et Iaco. pꝛimo. c. Omne datū optimū: ꝛ omne donū ꝑfectū deſurſuꝫ eſt. Supbus ergo nec deū recognoſcit: nec ꝓximo benefico refert gratias: imo ſemꝑ detrahit: ſemꝑ cōquerit̄: qꝛ nulli vellet ſubditus eſſe vel obligatus.

Articulus tertius de quattuoꝛ alijs fructib⁹ ſuperbie: quoꝝ pꝛimus eſt inobedientia.

SI diuerſis iaculis nō vulneraret ſupbia mētes moꝛtaliū: nō īſudarē tādiu

ad eius

ad eius reprobationem. Sed quia ipsa pene om-
nes inuoluit: ⁊ vix reperit̄ q ab ipsa sit alienus
Idcirco i h̄ articulo de q̄ttuor eius fructibꝰ vlti-
mis adhuc dicemꝰ. Primꝰ itaq̧ fructꝰ inobe-
dientia vocat̄. Ex h̄ filij parētibꝰ: subditi prela-
tis: ⁊ iferiores supioribꝰ obedire cōtēnūt. Hoc
aūt maxime pficit̄ in illis q se bonos reputātes
cū videāt de facto malos supiores ⁊ p̄latos ab
eoꝝ obedictia se eximūt reputātes iniquū ⁊ in-
iustū fore vt boni criminosis subijciant̄ et reis.
Cōtra istos dicit Alex. i. 3. summe. i. q. Vtrū
boni subijci teneant̄ malis: ꝙ sic: q̄ꝛ mali subij-
ciunt̄ malis pp vitiū puniendū: ⁊ boni subijciū
tur malis ex dei ordinatōe pp vtilitatē sue pur-
gationis. Vñ Amb. sup eplam ad Ro. 13. c.
ait. sup illo v̄bo: p̄ncipes non sunt timori boni
operis. Si bonus est p̄nceps: bene opantē nō
punit: ſ; diligit: si malus est: nō nocet bono: ſ;
purgat eū. Et in. q. Vtruȝ p̄latus malus possit
iudicare inferiorē bonuȝ: rñdet ꝙ pōt de officio
ptātis. Et adducit exemplū Saulis de quo. 8i.
q. I. c. Audaci. ⁊. 2. q. 7. c. Sic de his. ⁊. i. Re
gū. 24. c. Qui cū esset a dño reprobatus: iudi-
cabat tamē populū dei: ⁊ vniuersus populꝰ eiꝰ
iudiciū expetebat. Vñ dicit Dauid post repro-
bationē: ꝓfitens ipsum esse iudicē a dño. Pro
pitius sit mihi dñs: vt nō extendā manū meaȝ
in xp̄m dñi. Dauid etiā cū esset adulter ⁊ homi
cida interrogatus a ꝓpheta sententiā in diuiteȝ
dedit q rapuit ouē paupis dicēs. Judiciū mor
tis est viro huic. Salomon etiā amore mulierū
deprauatꝰ coluit deos gentiū: tñ vniuersa plebs
israelitica ad eius iudiciuȝ confluebat. Et in. q.
Vtrū honor sit exhibendus malo prelato. dicit
Alexā. ꝙ q̄ȝdiu ab ecclesia tollerat̄ debetur sibi
honor: ⁊ q̄ȝuis male p̄sideat: quousq̧ ab eccle-
sia deponat̄: vt bene presidens debet hr̄i. Nec
debent inferiores iudicare vtrū bene operent̄:
sed illos dñs iudicabit. Et in. q. Vtruȝ malus
prelatus magis sit honorandus q̄ȝ bonꝰ subdi-
tus. dicit ꝙ malus prelatus inq̄ȝtuȝ p̄latus ma-
gis debet honorari q̄ȝ bonꝰ subditus: q̄ꝛ magis
est in participatiōe debiti honoris. Cōfirmant̄
dicta per Alexāder. i. Petri. 2. c. vbi dicitur.
Serui subditi estote in omni timore dñis: non
tantū bonis ⁊ modestis: ſ; etiā discolis. Et ad
idē est textus di. 9. c. Quicūq̧. ⁊. xi. q. 3. c. Ju
lianus. c. Qui resistit. c. Si ei. c. Si bonuȝ. c.
Imperatores. c. Quid ergo mirū. Dum igit̄
prelati mali precipiūt ea q̄ nō sunt cōtra deuȝ ⁊
bonos mores: audiendi sunt iuxta p̄cepta dñi
Math. 23. c. dicentis. Sup cathedraȝ Moysi
sederunt scribe ⁊ pharisei. Omnia ergo q̄ dixe
rint vobis facite ⁊ seruate: secundū vero opera
eoꝝ nolite facere.

Quod supbi sunt curiosi scire q̄ nō possunt:
aut nō debent.

s

Ecundus fructus supbie curiositas
vocat̄. Secūdū aūt Tho. secūda secū-
de. q. 167. curiosus aliq̄s pōt dici mul
tipliciter. Primo q q̄rit scire qd supra vires ē.
Cōtra illud qd scribit̄ ecclesiasti. 3. c. Altiora te
ne q̄sieris: ⁊ fortiora te ne fueris pscrutatus.
Sic sunt curiosi q volunt inuestigare ingenuo
suo secreta dei. Pro quibꝰ dicit Lact. li. i. diui
naꝝ institutionum. Veritas ⁊ archanū summi
dei q fecit omnia ingenio ac ꝓprijs sensibꝰ non
pōt cōprehendi. Alioquin nihil inter deū homi
nemq̧ distaret: si consilia ⁊ dispositiones illius
maiestatis eterne cogitatio assequeret̄ humana
Secūdo dicit̄ curiosus cū q̄s querit scire alio-
ruȝ facta: q̄ ad ipsum nō ptinent. Nā quilibet
seipsum inspicere habet nō ꝓximos: vt dixi in
quadragesimali in s̄monе de iudicio curioso ⁊
temerario: qm̄ vt inquit Cicero in questionibꝰ
tusculanis. Propriū stulticie est aliena vitia cer
nere: suoꝝ obliuisci. Veruȝ hodie implet̄ illud
dictū Señ. lib. 2. de ira. Aliena vitia ante ocu-
los habemꝰ: a tergo nostra. Et de h̄ ait Mar-
tialis coquus. Ad fratris culpā aquile tu lumi-
na portas. Tertio dicit̄ aliq̄s curiosus cū q̄rit
scire qd scire peccatū est: vt artes magicas. Nā
vt dicit dominꝰ Bona. in. 2. di. 7. Huiusmo-
di artes exerceri nō possunt absq̧ peccato q̄ꝛ ꝓ
hibitū est: ⁊ p legē diuinā: vt dicit̄ Leuit. 20. ⁊
p legē positiuam: vt habet̄. 26. q. 5. c. Si q̄s. c.
Qui diuinatōes. c. Nō liceat. Ratio huius ꝓ
hibitionis ē: q̄ꝛ q diabolū aduocat per magicas
artes aut quouismodo: peccat in seipsum: dū se
cōmittit discrimini: peccat in ecclesiā: dū habet
cōmerciū cū illo q est omnino p̄cisus ⁊ ecclesie
aduersarius: peccat etiā in maiestatē diuinam:
dū recurrit ad diabolū: quasi deꝰ nō sit omnipo
tens ⁊ sufficiēs atq̧ benignꝰ. Quarto potest
aliq̄s dici curiosus: cuȝ q̄rit scire qd scire nō est
peccatū: ſ; cū indebito mō: vt faciūt illi q volūt
acq̄rere sciētiā per artē notoriā. Et q̄nto dr̄ q̄s
curiosus: cū q̄rit scire: sed nō ad debitū finem.

Quod superbi sunt cōtentiosi.

t

Ertius fructus superbie cōtentio vo-
catur: q̄ꝛ superbi solent esse v̄bosi ⁊ cō
tendūt libenter: ⁊ omnibꝰ loquentibꝰ

cōtradicunt: assumuntq̄ libēter omnē cōtrarietatē: vt videant sapientes. De hac cōtentione dixi in quadrages. mali copiose.

Quod superbi sunt ꝑsumptuosi.

(q) Quartus fructus supbie dicit̄ ꝑsumptio. De qua sunt tria notāda. Primū ꝙ ꝑsumptio sumit̄ multipliciter. Aliquādo pro ꝓbatione semiplena in iure: ⁊ sic dicit̄ li. 6. de re. iuris. Qui semel malus semp presumit̄ esse malus. Secūdo accipit̄ ꝑsumptio pro quadā bona cōfidentia. Et sic accipit̄ Judith. 8. c. Benedictus es dn̄e: q nō derelinqs presumētes de te. Et di. 4. c. deniq̄. Tertio sumitur pro vna ex speciebus peccati in spiritum sanctū. Quarto sumit̄ prout opponit̄ magnanimitati. Et sic est species superbie. ⁊ pōt sic diffiniri. Presumptio est vitiū quo qs aggreditur vel exequit̄ ea q̄ sunt supra facultatē suā ⁊ cōditionē. Hoc vitiū opponit̄ magnanimitati ꝑ excessum. Nā magnanimitas est virtus moralis tendens ad magna opera: ⁊ ad magnos honores: sed ſm rationē ⁊ ſm virtutē suā ⁊ dignitatē. Huic aūt virtuti opponit̄ aliqđ vitiū ſz defectuȝ: ⁊ aliqđ ſm excessum: sicut ⁊ alijs vtutibus moralib⁹. Et ſm defectū quidē opponit̄ vitiū pusillanimitatis quo qs detrahit se ab his omnib⁹ qbus est dignus vel aptus: dū. s. nō conatur ad operādū ea q̄ sibi cōpetunt ſm statum suū. Et hoc ꝓhibet̄ Eccle. 7. Noli inqt sapiēs esse pusillanimis in animo tuo. Sȝ ꝑ excessum opponit̄ magnanimitati ꝑsumptio: q̄ attemptat magnū opus excedens facultatē suā. Quod qdē peccatū est ſm Tho. secūda secūde. q. 30. qm̄ vt inqt Seneca li. de quattuor vtutib⁹. Magnanimitas si se supra modū extollat facit virū minacē inflatū ⁊ inquietū ⁊ turbidū: ⁊ in quascunq̄ excellentias dictoꝝ factorūq̄ neglecta honestate festinū. Secundū notādū ꝙ si homo vult se retrahere ⁊ cōuertere ad diuina ꝑ orationē contemplationē ⁊ huiusmodi. vniendo se eis ꝑ intellectū ⁊ voluntatē: q̄uis diuina sint supra hominē nō tamē dicetur ꝑsumptuosus: si debito modo. i. ſm rationē se applicet eis. i. ſm capacitatē suā. Tertiū notādū ꝙ si aliqs attemptat aliqđ opus facere nō ex se: sed vtute diuini auxilij: hoc nō erit ꝑsumptuosum. Opus. n. magnū de se cū fiducia diuini auxilij facultatē nostrā nō excedit: dūmodo illud sit ꝓportionatū ꝑsupposito auxilio cōmunis gratie: sicut attemptando celebrationē: cōmunionē: religionis ingressum: regimē impositū cū debitis circūstantijs: ⁊ huiusmodi. Hi ꝑnominati fruct⁹ a supbie radice ꝓueniunt. Eradicet̄ arbor: ⁊ fruct⁹ peribunt ⁊ exsiccabunt̄. Nisi. n. humiles fuerimus: heredes celestis regni nunq̄ esse valebimus. Ad qđ nos ꝑducat iesus redemptor mūdi: qui est benedictus in secula seculoꝝ. Amē.

Sextus sermo de iudicio dei cōtra primos parentes: mādato diuino inobedientes.

(p) Restatur nobis in dies cā quare dei iusticiā timere debeam⁹. Quis nam nō paueat dū ſm veridicā scripture sancte traditionē pro inobedientia primoꝝ parētū: ⁊ ipsos ⁊ omnem ipsoꝝ posteritatē penis grauissimis viderit affici. Nō sinit deus iniuriā sibi fieri: quin ꝑ flagella sequentia ondat q̄tū sibi displiceat. Nō est acceptor ꝑsonaꝝ nec respicit cuiusq̄ dignitatē. Nō ꝑmisit hominē labentē impune transire. Apud quosdā tamē impios ⁊ incredulos figmenta vident̄ esse q̄ dicunt̄ de peccātib⁹ hominibus primis. Jccirco in hoc ſmone de iudicio dei cōtra hominē inobedientem dicturi: tria more solito mysteria declarabimus.

Primum dicitur causalitatis.

Secūdum qualitatis.

Tertium penalitatis.

De causa pene primoꝝ parentuȝ: qr ꝓpria voluntate preterierūt dei ꝑceptū. Cap. .I.

(s) Satisfaciendū arbitror i hoc primo capitulo eoꝝ opinioni q primoꝝ parentuȝ culpā alleuiare: imo excusare nitūtur. Asserunt equidē. Si voluisset de⁹ nō peccasset Adā: quasi deus cā fuerit trāsgressionis illius. Quare ad tranquillitatē cordis opus est hic quattuor dubia disputare.

Primū vtrū deus sit causa peccati.

Secundū vtrū deus possit facere voluntatem creatā impeccabilem per naturam.

Tertiū vtrū deus debuit permittere hominem impugnari.

Quartum vtrū diabolus ex inuidia tentauit hominem.

Ad primū dubiū obijciendū arguūt aliq: ꝙ deus sit cā peccati. Et primo auctoritate Esa. 45. c. Ego dn̄s ⁊ nō est alter: formans luceȝ et creans tenebras faciens pacē ⁊ creans maluȝ. Et Amos. 3. c. Nō est malū in ciuitate qđ dn̄s nō faciat. Et eccl. xi. c. Bona ⁊ mala vita mors paupertas ⁊ honestas a deo sunt. Jtē arguitur ex ratione

bis dupliciter. Vno modo ad recte ſentiendū
de creatōe rex. Per h̄. n. qđ dicim⁹ deū oīa fe
ciſſe vbo ſuo: excludit error ponentiū deū ꝓdu
xiſſe res ex neceſſitate nature. Per h̄ aūt ꝙ po
nimus i eo ꝓceſſionē amoris oſtendit ꝙ deus
nō pp aliquā indigentiā ꝓduxit creaturas: ne/
qz pp aliquā cāz extrinſecā: ſz pp amorē ſue bo
nitatis. Secūdo fuit neceſſaria cognitio trinita
tis ad recte ſentiendū de ſalute generis huma/
ni q̄ pficit p filiū icarnatū. Scđm ꝙ ꝯſiderā
duz occurrit de trinitate dicit ſcripture p̄nūcia/
tio. In veteri nāqz lege ſepi⁹ pluralitas pſona
ruz eſt p̄ſignata. Nā ſcribit Gen. i. c. In p̄n/
cipio creauit de⁹ celū ꝛ terrā. Scđm Ni. de li.
hebraica vitas hz. In p̄ncipio heloim creauit
celū ꝛ terrā. Heloiz aūt ē plurale hui⁹ nois hel
ſicut pz ſcientib⁹ ꝓprietates idiomatis hebrei.
Per h̄ aūt ꝙ nomē plurale diuinū cōiungitur
cū vbo ſingularis numeri: cū dicit creauit he/
loim ac ſi diceret creauit dij: oñdit ſcriptura ꝙ
in deo eſt aliq̄ pluralitas in vnitate eſſentie. Et
talis mod⁹ frequētiſſime in veteri teſtamēto iue
nitur. Sz ꝯ hoc rñdēt iudei dicētes: ꝙ h̄ nomē
heloim qñ ponit ꝓ deo iproprie dicit: ꝛ indiffe
renter accipit ꝓ ſuo plurali ꝛ ſingulari. Quan/
do aūt de deo vo dicit ſemp accipit in ſingula/
ri. Et ſic ſumit i ꝓpoſito: qñ dicit. In p̄ncipio
creauit heloim. i. de⁹. Ad quā ſolutionē infrin
gendā arguit Nico. de lira. ex textu ſacre ſcri/
pture. Quia h̄ nomē heloim qñ ponit ꝓ deo: ꝛ
alia nomina diuina dicunt frequenter de deo
vo in plurali. Qđ patet manifeſte: qꝛ ꝯiungit
cū adiectiuis pluralis numeri. Vñ Joſue vlti/
mo dr̄. Nō poteſtis ſuire dño: qꝛ dñs ipſe ſan
ctus ē. hebraica vitas hz ſic. Nō poteſtis ſui/
re dño: qꝛ heloim ſancti ipſe ē. Itē Hie. 23. c.
peruertiſtis vba dei viuētis: dei exercituū dei
vrī. Hebraica vitas ſic hz. Peruertiſtis vba
heloim viuētiū dñi. Et notādū ꝙ ibi ponit no/
mē dei thetragramaton: cū dicit i auctoritate p̄/
miſſa: dñi exercituū. Vbi. n. habem⁹ dñi: in he
breo ponit nomē dñi thethragramaton: qđ ſi/
gnificat diuinā naturā ſcđz ſuas ꝓprietates in
trinſecas: abſqz reſpectu ad ex̄. Et ſic pz ꝙ i īri
ſecis diuinitatis ē aliq̄ pluralitas p pluralitatez
imediate p̄cedētē: cū dico in auctoritate. Per
uertiſtis vba heloim. i. deoꝝ viuētiū. Et ꝯiun
git iſta pluralitas nomini dei thethragramaton
cū imediate ſubdit. Dñi exercituū ꝛc. Et ſic pa
tet p hoc ꝙ in vnitate diuine eſſentie ē aliq̄ plu/
ralitas cū ſumma ſimplicitate. Qđ nō ē i alijs:
qꝛ ſemp vbi ſcriptura ponit aliqđ denotās plu/
ralitatē pſonaꝝ: ibidē oñdit eſſentie vnitatem.
Itē Eſa. 54. ſcribit ſic. Dominabit tui q fecit
te. Dñs deus exercituū nomē ei⁹. Veritas he
braica ſic hz. Dominatores tui: factores tui: do
minus exercituū nomē ei⁹. In hac auctoritate
vbi ponit: de⁹ exercituū nomē ei⁹: ponit nomē
dei thehtragramaton. Et ideo pōt argui: ſic ex
p̄cedenti. Similiter hoc nomē heloim frequen
ter cōiungit cū vbo pluralis Numeri. Verbi
gratia. 2. Reg. 7. c. dicit. Que eſt gens vt po/
pulus iſrael in terra: ꝓpter quā iuit dñs vt re/
dimeret ſibi populū. Hebraica vitas hz. Iue
runt heloim. Fuit adhuc a ꝓphetis alio mō p̄/
nunciata trinitas pſonaꝝ. Vñ pſal. 44. dicit.
Sedes tua deus in ſeculū ſeculi: vga directio
nis vga regni tui. Propterea vnxit te de⁹ de⁹
tuus. Scđm Nico. de lira. ſup. i. ca. ad He/
breos: i hac auctoritate exprimit xp̄s: tāqz de⁹
vnctus: qꝛ in humanitate vnctus eſt plenitudi/
ne gratie. Exprimit p hoc deus vngens tanqz
pſona diſtincta ab ipſo vngendo loquit tāqz de
alia pſona. Inſup ex parte dei vngentis dupli
catur hoc nomē deus: cū dicit. Vnxit te deus
de⁹ tuus ad denotandū pſonā patris ꝛ ſpirit⁹
ſancti. Sed moderni iudei exponūt hunc pſal/
muz de Aſſuero: ꝛ dicūt ꝙ iſte pſal. factus ē a
Mardocheo. Sz hoc patet falſum. Primo qꝛ
nō intitulat a Mardocheo: ſicut aliqui pſalmi
intitulant ab Aſaph q eos fecit: vt patet in titu
lo pſalmi. 49. ꝛ in plurib⁹ alijs locis. Iſte aūt
pſalm⁹ intitulat a Dauid: vt pz in Hebraico.
Hoc etiā pz p litterā pſalmi ſequētis: quia iſte
rex de quo eſt pſalm⁹ habet tāqz de⁹ adorādus
ſm ꝙ ibidē dr̄. Ꝯcupiſcet rex decorē tuuz: qa
ipſe eſt dñs de⁹ tu⁹: ꝛ adorabūt euz. Si aūt iſta
verba dicant de Aſſuero rege: ſequit ꝙ Mar
docheus induceret totū populū ꝛ ipſam heſter:
ad quā dirigunt vba p̄miſſa ſm expoſitionez
eoꝝ: ad adorādū Aſſueꝝ ſicut deū. Qđ mani
feſte patet falſum: qꝛ in eodē libro dicit ꝙ no/
luit flectere genu coraz Amā: ne honorem dei
trāſferret in hominē. Hoc etiā patet p trāſlatio
nez chaldaicā ſup pſal. iſtū q̄ auctētica ē apud he
breos. Vbi. n. in hoc pſalmo habem⁹ ſic. Spe
cioſus forma p̄ filijs hominū diffuſa eſt gratia
in labijs tuis: chaldaicū ſic habet. Pulchritu/
do tua meſſia maior: qz filioꝝ hominū: datus ē
ſpiritus ꝓphetie in labijs tuis. Sic ergo patet
ex p̄dictis ꝙ auctoritas que hic inducit de illo

p̃s.ad litterã intelligit̃ de xp̃o. Jtẽ oſtendit̃ plu
ralitas pſonaꝝ in p̃s.109. Dixit dñs dño ⁊c̃.q
ad litterã de xp̃o eſt intelligẽdus. Sʒ iudei aliq
dicunt ipſum debere intelligi de Abꝛahã:⁊ ꝙ
Elieçer eius diſpenſatoꝛ fecit illũ ad reddenduʒ
gratias deo: de victoꝛia quã habuit Abꝛahã cõ
tra illos reges q captiuauerat Loth nepotẽ ſuũ
ſm ꝙ habet̃ Gen̄.16.c. Sʒ hoc pʒ falſuʒ ex ti-
tulo pſalmi qꝛ nõ intitulat̃ ab ipſo Elieçer: ſed a
Dauid. Jdeo dicũt alij ꝙ eſt factus a Dauid:
nõ tñ loquit̃ de xp̃o: ſʒ de ãgelo ſuo. Vt ſit ſen
ſus. Dixit dñs dño meo.i.angelo me cuſtodiẽ
ti. Sʒ hoc pʒ falſum: qꝛ infra dicit̃. Tu es ſacer
dos in eternũ. Sacerdotiũ vo nõ cõpetit ange
lis. Jdeo ſm Nico. de li. ſup epiſtolã ad He-
bꝛeos dicendũ: ꝙ ad lr̃am eſt pſal. factꝰ a dauid
loquens de xp̃o. Et hoc ꝑ tranſlationẽ chaldai
caʒ: qꝛ vbi nos habemꝰ. Dixit Dñs dño meo
chaldaicũ ſic habet. Dixit dñs v̓bo ſuo. Jtẽ ex
illo qđ ſequit̃. Ex vtero añ luciferꝝ genui te: qđ
nõ põt alicui cõpetere niſi filio dei. Et per has
cõditões ꝙ dicit̃ hic v̓bum dei: ⁊ ex vtero ⁊ dei
ſubſtãtia oñdit̃ vnitas eſſentie: qꝛ diuinitas plu
rificari nõ põt. Per hoc.n. ꝙ dicit̃ genitus de
ſubſtãtia dei oſtendit̃ diſtinctio pſone: qꝛ nulla
res gignit ſeipſaʒ. Similiter ꝑ hoc ꝙ dicit̃ ſede
ad dexteram dei. Vna.n.pſona nõ põt ſedere
ad dexterã ſuiipſius. Jnſup oſtendit̃ plurali-
tas pſonaꝝ Eſai.48.c. vbi dicit̃. Nõ a princi
pio in abſcõdito locutꝰ ſuʒ ex tp̃e: añq̃ fierẽt ibi
erã. Et nũc dñs meus miſit me ⁊ ſpiritꝰ meus
Jſta ſunt v̓ba dei loquẽtis. Qđ pʒ ex textu p̄-
cedenti: ⁊ ſimiliter ex hoc ꝙ imediate ſubdit̃. h̃
dicit redemptoꝛ tuus ſanctꝰ iſrael. Jn hac au-
ctoꝛitate loquit̃ de datione legis: q̃ data fuit in
manifeſto: ⁊ de die: ⁊ audiẽte omni populo vo
ceʒ dei loquẽtis: vt habet̃ Exo.19.⁊.20.ca. Et
hoc eſt ꝙ dicit. Nõ a pꝛincipio locutꝰ ſuʒ in ab
ſcondito.i. ipſa lex fuit data. Et imediate ſubdit
Et nũc dñs meꝰ miſit me: ⁊ ſpiritꝰ eiꝰ. Hic deꝰ
dicit ſe meſſiã a deo ⁊ a ſpiritu eiꝰ. Nũc aũt eſt
ita ꝙ inter mittentẽ ⁊ miſſuʒ dʒ eẽ ſemidiſtin-
ctio pſonalis qꝛ trinitas pſonaꝝ ẽ in diuinis.ſ.
miſſi dei: mittentis ⁊ ſpũs eiꝰ. Deũ aũt miſſuʒ
dicimꝰ filiũ incarnatũ: deũ mittentẽ patrẽ: ⁊ ſpi
ritum eiꝰ ſpiritũ ſanctũ. Adhuc p̄nunciata fuit
trinitas pſonaꝝ diuinaꝝ Eſa.6.c. vbi dicitur
Jn anno quo moꝛtuꝰ eſt rex Oçias: vidi dñm
ſedentẽ ſup ſoliũ excelſum ⁊ eleuatũ: ⁊ ea q̃ ſub
ipſo erãt replebãt templũ. Seraphin ſtabãt ſup
illud: ſex ale vni: ⁊ ſex ale alteri. Et infra clama
bant alter ad alteꝝ. Sanctus: ſanctus ſanctus
dñs deus exercituuʒ. Plena eſt omnis terra
gloꝛia eius. Et i pſalmo dicit̃. Benedicat nos
deus deus noſter: benedicat nos deꝰ. Vbi ter
hoc nomen deꝰ replicatur.

Ertiũ qđ occurrit cõſiderandũ circa tri
nitateʒ dicit̃ ſupna reuelatio. Nã i no-
ua lege vt dicit Alexãder i pꝛimo ſum-
me: manifeſtata eſt trinitas pſonaꝝ nõ ſolũ ſm
numerũ ⁊ diſtinctionẽ: ſed etiã ſm originem ⁊
propꝛietatẽ: que pſona pꝛima a nullo eſt pater:
⁊ ſecũda genita filius: ⁊ tertia ſpiritus ſanctus.
Vnde Joã. pꝛima cano.c.5. Tres ſunt qui te
ſtimoniuʒ dant in celo: pater verbuʒ ⁊ ſpiritus
ſanctus ⁊ hi tres vnũ ſunt. Jtẽ xp̃s dixit Ma
the. vltimo. Euntes docete omnes gẽtes ba-
ptizantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritꝰ
ſancti. Jteruʒ in baptiſmo chꝛiſtus apparuit in
aſſumpta carne: pater in voce: ſpiritus ſanctꝰ in
in columbe ſpecie: vt pʒ Luc.3.c. Et Mathe
17. pater apparuit in voce: filius i aſſumpta hu
manitate: ⁊ ſpiritus ſanctus in nube. Sciendũ
autẽ hic ſm Alexandrũ in pꝛimo. ſumme. ꝙ ap
paritio aliqñ dicit̃ manifeſtatio facta in aliq̃ effe
ctu intelligibili oblato intellectui. Et ſic ſumitur
Sap̃.i.c. vbi dicit̃. Apparet autẽ his q fidem
habent in illũ. aliquãdo v̓o dicit̃ manifeſtatio i
aliqua ſimilitudine coꝛpoꝛali oblata imaginatio
ni. Et hoc modo dicit̃ angelus apparere i ſom-
nis. Math.2.c. ⁊ etiaʒ ipſe dñs Danieli Da-
niel̃.7.c. Aſpiciebaʒ in viſu noctis. Et Salo-
moni.3. Reg.2.c. Tertio mõ dicit̃ apparitio
manifeſtatio inaliquo ſigno ſenſibili repꝛeſen-
tato ſenſui: ſiue illud ſignũ ſit viſibile ſiue ſit au
dibile. Et hoc mõ apparuit pater in nouo teſta
mento. vt pʒ Math.17.⁊ Joã.12. Quarto
modo dicit̃ apparitio manifeſtatio facta in aliq̃
ſimilitudine coꝛpoꝛali ſenſibili oblata viſui. Et
ſic vſitatioꝛi modo dicit̃ apparitio. Et ſic dicit̃
ꝙ apparitio nõ ſolũ dicit̃ manifeſtatio in ſigno
viſibili: ſed etiã audibili. Si autẽ queꝛat̃ quare
nõ apparuit ſpũs ſanctꝰ in aliq̃ voce ſiue ſigno
audibili: vl̓ etiã filius. dicit Alex. ꝙ cõgruitas
fuit: vt ſicut erat diſtinctio in pſonis: ita eſſet di
ſtinctio in ſignis expꝛimentibꝰ pſonas. Vnde
filiꝰ apparuit i rõnali creatura ſibi vnita vnitate
perſone. Spiritus ſanctus in irrationali creatu
ra nõ vnita ſibi vnitate pſone. Pater vero in
voce tãq̃ in ſigno diſtincto ab vtroq̃. Sʒ quã
do ſpiritus ſanctꝰ ſolus apparuit: tunc apparuit
vtroq̃ modo.ſ. in ſono tãq̃ in ſigno audibili
⁊ in

⁊ in linguis igneis tanq̄ꝫ in signo visibili.

Quartuꝫ cōsiderandū dicitur personaꝝ terminatio. Sunt eniꝫ in diuinis tres tantū psone. Sed quidaꝫ arguunt cōtra sic. Quicqd est in deo est infinitū. Sed numerus personarum est in deo: ergo infinitus: ergo infinite persone Ad hoc rn̄det Bon̄. in. i. di. 2. Qd̄ cū duplex est infinitas. s. numeralis ⁊ imensitatis: deꝰ est infinitus infinitate virtutis ⁊ imensitatis: q̄ est infinitas pfectionis: ⁊ ideo ponēda in deo. Infinitas autē numeralis: qꝛ repugnat perfectioni: a deo est amouenda. Nā cū deo sit attribuēduꝫ qd̄ nobilius est: necesse est ponere psonarū finitatē. Primo ratione distinctionis: qꝛ in psonis est distinctio: ergo nō cōfusio. Sed vbi ē infinitas ibi cōfusio. Secūdo ratione ordinis: qꝛ vbi est ordo: ibi est terminatio. Nā vbi deficit terminatio: ibi deficit ⁊ mediatio: ⁊ p consequens ordo. Sed vbi est terminatio: nō est infinitas: ergo si in psonis diuinis ē ordo: nō erit infinitas. Dicimus ergo ⁊ cōfitemur tres tātū psonas in diuinis: neqꝫ cōfundentes psonas: neqꝫ substātiā separantes: qꝛ vt dicit Athanasius: alia est eniꝫ psona patris: alia filij: alia spiritus sancti: sed patris ⁊ filij ⁊ spiritꝰ sancti vna est diuinitas: equalis gloria coeternal maiestas Qualis pater: talis filius: talis spiritus sanctꝰ.

Quintū qd̄ erat cōsiderandū circa trinitatē diuinaꝝ psonaꝝ: dicit̄ fideliū obligatio. Vbi videre debemꝰ vtrū credere explicite mysteriū trinitatis sit de necessitate salutis. Et rn̄det Tho. secūda secūde. q. 2. ꝙ mysteriū xp̄i explicite credi nō pōt sine fide trinitatis: qꝛ in mysterio xp̄i hoc cōtinet̄: ꝙ filiꝰ dei carnē assumpserit: ꝙ per gr̄aꝫ spiritꝰ sancti mūdū renouauerit: ⁊ iteꝝ ꝙ de spiritu sancto cōceptꝰ fuerit. Et ideo eo mō q̄ mysteriū xp̄i an̄ xp̄m fuit qdē explicite creditū a maioribꝰ: iplicite autē ⁊ quasi obūbꝛate a minoribꝰ: ita etiā ⁊ mysteriū trinitatis. Post tp̄s auteꝫ gratie reuelate tā maiores q̄ꝫ minores tenentur habere fidē explicitam de mysterijs xp̄i p̄cipue quātū ad ea q̄ cōmuniter in ecclesia solēnicant̄ ⁊ publice. Ita etiaꝫ post tempus gratie diuulgate tenent̄ omnes ad explicite credendū mysteriuꝫ trinitatis. Quare erigamus oculos mentis nostre: ⁊ deū benedictū colamus honore debito: vt sic digni efficiamur gr̄a eius: per quā tandeꝫ adipiscamur eternā gloriā. Amen.

Sermo. 19. de honore ⁊ reuerentia deo exhibendis ⁊ debitis.

Errant grauiter

circa cultuꝫ dei christiani: qui tanto sunt reprehensibiliores: quāto veritas eis est magis nota. Omnis vtiq̄ꝫ natio magis reuerenter deos falsos colit: q̄ꝫ christianus populus deū regem celi. Iccirco vt deus nobis propitius ⁊ misericors fiat: de honore sibi debito in hoc sermone dicemus. In quo triplex honor distinguedus est.

Primus consistit in sacrorum locorum veneratione.

Secundus in sacrarū personaꝝ existimatione

Tertius in sacrarum cerimoniarum persolutione.

De primo honore deo debito: qui consistit in sacrorū locum veneratione.

Capitulum. primum.

Primus honor qui deo debet̄ consistit in sacroꝝ locoꝝ veneratione. Debent vtiqꝫ omnes venerari loca sacra deo dicata: ita vt in ecclesijs vnusquisqꝫ ingrediatur: commoret̄ ⁊ exeat cū deuotione humilitate timore ⁊ reuerentia. Et hoc propter tria.

Primo ꝑpter dei maiestatem.

Secūdo ꝑpter vtilitatem.

Tertio ꝑpter exemplaritatem.

Primo debet vnusquisqꝫ venerari templa dei ꝑpter eius maiestatē. Nā vt dicitur i p̄s. Dominus in templo sancto suo. Et Apocalipsis. 21. c. Ecce tabernaculuꝫ dei cū hominibꝰ Sed posset aliquis obijcere: ꝙ nō sit aliquis locus deputatus ad cultuꝫ dei: quia vt dicit̄ Act. 7. c. Deus qui fecit munduꝫ: ⁊ omnia que in eo sunt: hic celi ⁊ terre cū sit dominus: nō i manufactis templis habitat: nec manibus humanis colitur indigens aliquo. Et. 3. Regū. 8. c. Salomon dixit. Si celum ⁊ celi celorum te capere nō possunt: quanto magis domꝰ hec quā edificaui tibi. Ad hoc respondet Thomas prima secune. q̄stione. 105. ⁊ secunda secunde. q. 83. ꝙ in adoratione dei ⁊ orationibus fiendis duo considerari possunt. Aut deus qui colitur adoratur ⁊ oratur. Et sic nō esset aliquis locus ad adoranduꝫ necessarius. Aut cōsiderant̄ ipsi homines colentes deū. Et sic determinatꝰ locus eligitur ad adoranduꝫ: nō propter deū qui adoratur quasi loco cōcludatur: sed ꝑpter ipsos adorantes. Et hoc triplici ratione. Primo quideꝫ pp loci cōsecrationē ex qua spūalem deuotioneꝫ cōcipiunt orantes: vt magis exaudiant̄

Secũdo ꝓpter sacra mysteria: ⁊ alia sanctita/
tis signa que ibi cõtinentur. Tertio ꝓpter con
cursum multoꝝ adorantiũ: ex quo fit oratio ma
gis exaudibilis: secunduꝫ illud Mathei. 18. c.
vbi sunt duo vel tres in nomine meo cõgre/
gati: in medio coꝝ sum. Ideo ecclesia ad diui/
nuꝫ cultũ deputat̃. Ex quo multipliciter nomi/
natur. s. basilica: templũ: tabernaculũ: ecclesia:
⁊ dom⁹ dei. Primo dicit̃ basilica: vt habetur.
di. 42. c. nõ oportet. vbi dicit Archidiaconus:
ꝙ basilica dicit̃ palatiũ regis. Basileos. n. gre
ce latine rex interpretat̃. Vñ basilica dicit̃ qli/
bet ecclesia: q2 palatiũ est summi regis ⁊ regi re/
guꝫ ministrat̃. Quidã tñ dixerũt ecclesias ep̃a
les tñ dici basilicas: q2 huiusmodi reges cõsue
uerunt fundare ⁊ dotare secundũ hugutioneꝫ.
vel basilica dicit̃ a Basileo rege grecoꝝ: q pri/
mo se fecit sepeliri apud ecclesiã secunduꝫ Py.
Secũdo ecclesia dicit̃ templũ. Et secundũ Ar/
chidiaconũ templũ dicit̃ quasi tectũ amplũ: quia
populus ibi sub vnius tecti amplitudine ꝯtinet̃
Et ꝓprie templa sunt maiores ecclesie: vel tem
pluꝫ dicit̃ a cõtẽplãdo: q2 hoc ibi fieri dꝫ. Ter/
tio dicit̃ ecclesia: vt de ꝯse. di. i. c. ecclesia. Que
interpretat̃ collectio seu cõuocatio. Vbi dic̃ Ar
chidiaconus ꝙ ideo dicit̃ cõuocatio: q2 continet
populũ cõuocatũ a deo. Vbi aũt cõueniebat po
pulus iudeoꝝ: dicebat̃ ⁊ adhuc dicit̃ synagoga
que interpretat̃ cõgregatio: q2 ad v̱ba legis q̃
aspera erãt ⁊ dura: populus ille velut grex peco
ruꝫ cõgregabat̃. Sed in catholicis adunatio
dicit̃ ecclesia. i. cõuocatio: vbi cõuenit: q2 amo/
re spiritus sancti ad vnã fidẽ ⁊ premiũ futuri se
culi vocat̃. Quarto ecclesia dicit̃ tabernaculuꝫ
qꝺ est militare habitaculuꝫ. Vñ Dauid in p̃s.
Trãsibo in locũ tabernaculi admirabilis: vsqꝫ
ad domũ dei. i. ab ecclesia militante vsqꝫ ad ec/
clesiã triumphãtẽ. Quia. n. militia est vita hoĩs
sup terrã: ideo ecclesia vbi adunat̃ popul⁹ mili/
tans nõ habens hic ciuitatẽ manentẽ: dicit̃ etiã
apte tabernaculũ. Quinto ecclesia dicit̃ domus
dei: vt patet Job. 2. ⁊ Math. 21. c. ⁊. de rel. et
vene. sanctoꝝ. c. domũ dei. li. 6. Vñ. 2. Para
li. c. 7. post cõstructionẽ tẽpli apparuit domin⁹
Salamoni nocte in tẽplo: ⁊ ait. Audiui oratio
neꝫ tuã: ⁊ elegi locũ istũ mihi in locuꝫ sacrificij.
Si clausero celũ ⁊ pluuia nõ fluxerit: ⁊ mãda/
uero ⁊ p̃cepero locuste vt deuoret terrã ⁊ mise
ro pestilentiã in populũ meũ: cõuersus aũt po/
pulus meus: sup quo inuocatũ est nomẽ meuꝫ
deprecatus me fuerit: ⁊ exquisierit faciẽ meã: ⁊

egerit penitentiã a vijs suis pessimis: ⁊ ego ex
audiã de celo: ⁊ propitius ero peccatis coꝝ: ⁊ sa
nabo terrã coꝝ. Oculi quoqꝫ mei erũt aperti ⁊
aures mee recte ad orationẽ ei⁹ q orauerit in lo
co isto. Elegi. n. ⁊ sanctificaui locũ istum: vt sit
nomẽ meũ ibi in sempiternũ: ⁊ ꝑmaneant oculi
mei ⁊ cor meũ ibi cunctis dieb⁹. Igitur cũ sum
ma reuerentia qlibet in ecclesijs adesse dꝫ. Vñ
in p̃fato. c. domũ. dicit̃. Domũ dñi decet sancti
tudo: decet vt cui⁹ in pace factus est locus eius:
cultus etiã sit debita veneratione pacificus. Sit
itaqꝫ ad ecclesias humilis ⁊ deuotus ingressus
Sit in eis deuota cõuersatio: deo grata: inspi/
cientib⁹ placida. Et Aug. 42. di. c. in oratorio.
inqt. In oratorio p̃ter orandi ⁊ psallendi cultuꝫ
penitus nihil agat̃: vt nomini huic ⁊ opera iu/
giter impensa cõcordent. Sed veh mũdo a scã/
dalis: q2 hodie in dei templis nulla seruat̃ mo/
destia: nulla honestas: nulla religio. Quinimo
ibi abundãt risus ioci spectacula vana: ⁊ alia q̃ꝫ
plura nephanda. O ꝑniciosa cõsuetudo. o dete
stabiles mores christianoꝝ maloꝝ: q tẽpla dei
ita inhabitant: quasi essent vilissima lupanaria.
Secũda ratio quare dei templa sunt merito ve/
neranda est ꝓpter vtilitatẽ. In illis nãqꝫ susci/
pimus spiritualia beneficia. Ibi recipimus sa/
cramenta. Ibi sepelimur post mortẽ reseruan/
tes corpora vsqꝫ ad generalẽ resurrectionem.
Propterea inquit psal. Suscepim⁹ de⁹ miseri/
cordiã tuã in medio templi tui. Hinc est ꝙ ec/
clesia fundat̃ cũ p̃eminentia: qua nullus eã edi
ficare põt nisi auctoritate diocesani: q dꝫ pone/
re primariũ lapidẽ: figere cruceꝫ: designare ci/
miteriũ: ⁊ etiã petere dotẽ sufficienteꝫ assignari
sine qua cõsecrari nõ debet vt patet de cõse. di.
i. c. nemo. ⁊. c. placuit. Insup ecclesia ꝯsecrata
nõ debet reuerti ad secularẽ habitationẽ ⁊ pro/
phãos vsus. 19. q. 5. c. q̃ semel. ⁊. c. quoniã. 17.
q. vlti. c. Quesisti. extra de religiosis domibus
c. adhuc. Tertia ratio quare venerãda sunt do
minica templa dicit̃ exemplaritatis. Nõ solum
eniꝫ a sanctis docemur exemplo vt veneremur
dominica templa: sed offerunt se gentiliũ exem
pla q suoꝝ idoloꝝ templa diligentissime hono
rare studuerũt. Vnde valerius libro primo ru
brica de religione. recitat qualiter Fabius ga q̃
stiones audiuit in templo dictaturã amisit. Nã
nulla melodia: ⁊ nullus sonus in templo eẽ de
bebat nisi pro laude deoꝝ. Iteꝝ in rubrica de
neglecta religione narrat ꝙ quidã noĩe Flacc⁹
Censor existens: a quodã templo qꝺ erat i ciui
tate Calabrie

tate Calabrie tegulas marmoreas fecit remo/
ueri ⁊ romã in ꝓpria domo fec t portari. Pro
pter quam cauſã demens fuit effectus. Inſup
duos filios ꝑdidit. Qḋ factũ poſtmodum ſena
tus retexuit ⁊ emẽdauit tegulas ad tẽplum re
portari iubẽdo. Inſup ibidẽ ponit: ꝙ quidam
poſthumus nomine: a Scipione dũ eẽt i aſia:
romã ꝓ militũ erario ſiue ſtipẽdio fuit miſſus
Qui dũ in aſiam reuerteref: Proſerpine tem
plũ expoliauit theſauro. Quod vt ſenatui fuit i
timatũ ſtati ꝑ ſenatũ reuocatus: ⁊ in carcẽ clau
ſus fuit: i quo detentus anteq̃ʒ examinaref ſua
cã crudeli morbo valde: vtpote demẽs ⁊ furio
ſus obijt: deaqʒ Proſerpina ſenatus edicto.
Poſthumi ſibi cõfiſcatũ theſauꝝ ſuũ rehabuit
Iſti itaqʒ ſuo mõ mirã exhiberẽ cõtẽdebãt reue
rẽtiã tẽplis falſoꝝ deoꝝ. Quãto magis ⁊ nos
reuerẽter tractare debemꝰ tẽpla dei. Nã ⁊ dñs
ieſus xp̃s in nullo ita ſeuerꝰ apparuit: ſicut duʒ
in tẽplo inuenit vendẽtes ⁊ emẽtes: quoꝝ mẽ
ſas euertit: ꝓiecitqʒ pecunias: ⁊ flagello fcõ de
funiculis eos eiecit a tẽplo. d. domus mea do/
mus orationis vocabitur: vos autẽ feciſtis illã
ſpeluncam latronum.

De ſcḋo honore deo debito in ſacraꝝ perſo
narum extimatione. Cap. .2.

S Ecũdus honor q deo debef conſiſtit in
ſacraꝝ ꝑſonaꝝ. ſ. ſacerdotũ exiſtimatõe
Eſt. n. ſacerdotalis dignitas excellenti
or: quacũqʒ dignitate tꝑali. Quod ꝓbare poſſu
mus tripl'r.

Primo ratione.
Secundo auctoritate.
Tertio exemplo.

Primo oſtendimus ꝙ dignitas ſacerdota/
lis excellit oẽm dignitatem tꝑalem rõne: q̃ tri/
plex eſſe poteſt.

Prima rõ dicitur ſignificationis.
Secunda inſtitutionis.
Tertia conditionis.

Prima rõ dicitur ſignificationis. Nam ſa
cerdos ſm Yſidoꝝ li. 7. ethimol. dicif quaſi
ſacer dux vel ſacra dans. Rõ aũt iſtius dupli/
cis iterp̃tatõis ſm Tho. in. 4. di. 24. ẽ qr per
myſteriũ ſpũale ſacerdos ẽ medius iter deuʒ ⁊
pplm. Nã ipſe diuina nũciat ⁊ miniſtrat pplo.
⁊ vota ppli offert deo. Dicif ẽt ſacerdos: qua/
ſi ſacra dans. Sacra aũt dare põt aliqs duobꝰ
modis: vel auxiliãdo: vel ſacramenta diſpẽſan
do. Primo mõ quilibet iuſtus inq̃ʒtum ſacra
ſua merita dat: vel cõicat alijs auxiliando iterp̃
tatur ſacerdos. Scḋo mõ nomen ſacerdotis ẽ
inſtitutũ: ad ſignificandũ eum q ſacra dat in ſa/
cramentorum diſpenſatõne. Et ſic ille qui ẽ in
gradu ordinis cõſtitutus dicitur ſacerdos. Ob
id in ſcripturis ſacerdotes nominãtur aliquan
do dij aliquãdo angeli: vt dicif. xi. q. i. c. ſacer/
dotibus. Vnde ⁊ ad Moyſen de eo q ad iura
mentũ deducendus ẽ dicitur. Applica illũ ad
deos. i. ſacerdotes. Et rurſus ſcriptuʒ ẽ. Dijs
nõ detrahes. i. ſacerdotibus. Et ꝓpha ait. La
bia ſacerdotis cuſtodiũt ſciam ⁊ iuſticiã: ⁊ legẽ
reqrũt ex ore eiꝰ qr angelus dñi ẽ. Scḋa ratio
oñdens ſacerdotaleʒ dignitatẽ dicitur inſtõnis
Nam ſacerdotiũ p̃ceſſit legem ſcriptã: qr in ve
teri teſtamẽto primus ſacerdos q iubẽte domi
no victimas obtulit: fuit Melchiſedech: ſic pʒ
Geneſis. 14. c. Demũ per ſacerdotem iuben
te dño regia ptãs eſt ordinata. Vnde. i. Reg.
8. c. dixit deus ad ſamuelẽ ſacerdotẽ. Audi vo
cẽ eoꝝ. ſ. filioꝝ iſrael petentiũ regẽ: ⁊ conſtitue
ſuꝑ eos regẽ. Hinc ẽ ꝙ ſpũalis auctoritas ter
renã ptãtem hʒ iſtituere vt ſit: ⁊ iudicare ſi bõa
nõ ſit. Qḋ ꝓbaf ꝑ aplm Paulũ dicẽtem. i. ad
Cor. c. 7. Neſcitis qm̃ angelos iudicabimus
quãto magis ſecularia. Et idẽ i. c. ꝑ venerabi/
lẽ. extra q filij ſint legitimi. ⁊. 9. q. 3. c. nemo. et
c. alioꝝ. Tertia rõ oñdens dignitatẽ ſacerdo/
talẽ dicif ꝯditõis. Eſt. n. ſacerdotalis dignitas
ſpũalis: ⁊ iõ quãto ſpũs nobilior ẽ corꝑe: tanto
ſacerdotalis dignitas nobilior ẽ quacũqʒ digni
tate tꝑali. Sicut pʒ extra de trãſlatõe epi ⁊ ele/
cti. c. iter corporalia. Scḋo oñdif dignitas ſa
cerdotalis: q̃ excedit oẽm dignitatẽ tꝑalẽ aucto
ritate. De ſacerdotibꝰ. n. dicif Eſa. 61. c. Vos
ſacerdotes dñi vocabimini. Miniſtri dñi dei
noſtri dicef vobis. Et. I. Pet. 2. c. Vos eſtis
genꝰ electũ regale ſacerdotiũ gens ſcã ppl's acq
ſitõis. Et. 96. di. c. Duo. ſcribif. Auꝝ nõ tã p̃
cioſius ẽ plũbo q̃ʒ regia ptãte ſit ordo ſacerdo/
talis altior. Et eadẽ di. c. qs dubitet. Quis du
bitet ſacerdotes xp̃i regũ ⁊ p̃ncipiũ oiumqʒ fide
liũ p̃res ⁊ mag̃ros cẽſeri. Propterea. 6. q. i. in
c. Sacerdotes. dr̃. Sacerdotes q ꝓprio ore cor
pus dñi cõficiũt ab oibꝰ ſũt timẽdi. ⁊. 3. q. I. c.
Nulli. Dñm crucifigũt: q eũ in ſuis ſacerdoti/
bꝰ ꝑſequunf. Et. xi. q. 3. c. Abſit. Antheriꝰ pa
pa ait. Abſit vt qcq̃ʒ ſiniſtꝝ de his arbitremur
q aplico gradui ſuccedẽtes xp̃i corpꝰ ſacro ore
cõficiũt: ꝑ quos nos xp̃iani ſumꝰ q claues r̃gni
celoꝝ hñtes: ante iudicij diẽ iudicãt. In veteri
quoqʒ lege habetur. Quicũqʒ ſacerdotibꝰ non

obtemperasset aut extra castra positus lapidabat a ppl'o: aut gladio [illegible]uice subiecta cōtemptū expiaba: cruore. Et.16.q.1.c. Si clericat⁹. Hiero. ait. Nō ē humilitatis mee neq3 mēsure iudicare de ceteris: ꝛ de ministris eccl'ie sinistruȝ qppiā3 dicere. Tertio ostendit dignitas sacerdotalis exēplo. Christianissimi.n. imperatores sacerdotes honorare sp studuerunt sicut p3 de Theodosio ipatore. De quo legitur in historia tripertita q̄ cū apud Thessalonicā ciuitatē qdam iudices fuissent lapidati. xi.q.3.c. cū apud thessalonicā. idignatus Theodosius: oēs pariter iussit interimi. Ubi septē milia sūt occisi nullo p̄cedente iudicio. Huiusmōi aūt cladem plenaȝ gemitib⁹ audiens beatus Ambrosius: cū princeps venissȝ Mediolanū ꝛ solēniter in sacruȝ voluissȝ itrare tēplū occurrit sanctus ep̄s foris ad ianuas ꝛ igredientem his sermonibus a sacri liminis incessu ꝓhibuit. Nescis miser ipator ppetrate a te necis quāta sit magnitudo: neq3 post cām tanti furoris mēs tua molē p̄sumptōis agnoscit. S3 forte recognitōem peti ꝓhibet ptās imperij. Decet tū vt vincat rō ptāteȝ Quibus igit̄ oculis aspicies cōis dn̄i tēplum q̄bus calcabis pedibus scm̄ illius pauimētū: q̄uo manus extendes de qb⁹ adhuc sanguis stillat innoxius. Recede recede igit̄: ne secūdo pctō priorem neqtiam augere cōtendas. His sermonibus impator obediens: erat.n. diuinis eruditionib⁹ enutritus: ꝛ apte sciēs que sūt ꝓpria sacerdotis: que regū: gemēs ꝛ deflens ad regalia remeauit. Cūq3 octo mēsiū3 transissent tpa appropinquauit natiuitatis saluatoris nostri festiuitas. Impator aūt lamentatōibus assiduis in palatio residens cōtinuas lachrymas icessabiliter expādebat. Ingressus aūt Rufin⁹ tūc magister militū: ꝛ singularem apud pricipē fiduciā hn̄s ꝛ videns principē in lamētatōibus ꝓstratū: accessit vt lachrymaꝝ cās ingreret. At ille vehemētius igemiscens ꝛ amarissime lachrimas fundēs: tu iqt Rufine laudis: ꝛ mea mala non sentis. Ego autem lamētor ꝛ gemo calamitatē meā: q2 seruis qdem dei ꝛ mēdicantibus apta sūt tēpla dei. At Rufin⁹ ad Ambrosium prexit. Cui ambrosius ait. Impudentiā3 canū imitatus es Rufine: tāte v3 necis auctor existens. Ego dico tibi: qm̄ ipatorem igredi sacra limina ꝓhibebo. Hec ꝛ alia plurima Rufinus audiens impatori nūciauit votum Antistitis. At impator i media iā platea pgo iqt vt iustas in faciē suscipiā cōtumelias; cūq3 ad sacra limina puenissȝ: i sacrā qdem basilicā nō p̄sumpsit itrare: s3 veniens ad Antistitē supplicabat vt ei⁹ vincula resolueret: cui Ambrosius. Quā pniam ondisti post tātas iniqtates: cui Theodosius. Tuū ē docere: meū vo suscipe: cui Ambrosius iniūxit: vt legem cōderet: ne snia mortis ferri possȝ aio irato: sed trāsacto trigita dieꝝ nūero: qd̄ ꝛ fecit. Sicq3 cū lachrymis ꝛ deuotione tēplū tāde3 igressus ē: i cūctis reuerēter se habēs erga sacerdotē Ambrosium. Quid fec̄ constātinus d̄ quo ē tex.96. di.c. in scripturis ꝛ.c. cōstantinus. qd reliq oēs xp̄iani reges vel impatores. Omittamus oia que repetē longū foret. Inspiciamus dn̄m ihm xp̄m: de quo dicit cyprian⁹.93.di.c. dn̄s. Dominus noster iesus xp̄s rex ꝛ index: vsq3 ad passionis horā seruauit honorē pōtificibus ꝛ sacerdotib⁹. nā cu3 leprosum mādasset dixit eidē. Uade ostēde te sacerdoti. Sacerdotem adhuc appellās quē sciebat eē sacrilegum. Itē cū a subdito i passione alapā accepissȝ: nihil cōtumeliose locutus est in psonam pontificis; s3 sic magis inocentiā suā tutus ē.d. Si male locutus sum: testimonium ꝓhibe de malo: si aūt bene: cur me cedis. Hec igitur ab eo hūiliter ꝛ patiēter facta sūt: vt nos humilitatis ꝛ patiētie exemplū haberemus. S3 hodie pleriq3 de illis sūt: de qbus dicit̄.1.q.1.c. multi. Multi seculariū cū plus sacerdotū vitā q̄3 suā cōspiciūt: in magnū cōtēptōis sacroꝝ crimē incurrūt. Magna.n. trabe vulneratos oc'los hn̄tes: festucā i aliēis cōspiciūt oc'lis. quā dū icaute euellē festināt in erroris foueā dilabūt

De tertio honore deo debito in sacrarū cerimoniarum obseruatione. Capl'm .3.

Tertius honor q deo debet̄ cōsistit in sacraꝝ cerimōiaꝝ obs̄uatōne. nā vt dicit Tho.2.2.q.88. Deū ꝛ si n̄ rōe sui: rōne nr̄i ēt corpalr̄ reuereri d̄bem⁹: tū vt p corpales mot⁹ excitem⁹ mētē nr̄a3: tū vt deū s'm vtrāq3 nā3 nr̄a3 honorem⁹. Un̄ Io. Damascen⁹ iqt. Q2 ex duplici nā cōpositi sum⁹. s. corpali ꝛ spūali: duplicē deo honorē referre debemus Consistit āt hic honor in tribus.

Primo in capitis inclinatione.

Scd̄o in incuruatōe. Tertio i genuflexione

Prio ꝯsistit honor i capitis icliatōe. Et sic statuit eccl'ia: cū noiat̄ nomē iesu i eccl'ia i missis ꝛ diuinis officijs oēs reuerēter iclinent caput. Un̄ d̄ cōsecra. eccl'ie. li.6.i.c. d̄cet. dr̄. Cōueniētes i ecclia nomē illd̄ qd̄ ē sup oē nomē: nomē v3 dn̄i nr̄i iesu xp̄i: exhibitōe reuerētie spūal' attollant

tollāt: ⁊ ita flectāt gēua mētis: qđ vł capitis icli natōe ꝓtestēt. Scđo cōsistit honor dei i icurua tōe: hꝫ hūc vsū eccl'a vt i diuinis officijs cū gl'ia pr̄i ⁊ filio ⁊ sp̄ui scō dcātat i fine psalmoꝝ oēs corpꝰ icuruāt sil' cū capite. Tertio cōsistit đ honor i gēuflexiōe. Genuflectimꝰ nāqꝫ cū adoramꝰ corpꝰ xp̄i: i oibꝰ moribꝰ huiuscemōi, ꝑfitētes nos subditos đo: q ē bñdictꝰ i scl'a scl'oꝝ. Amē

Sermo. 20. đ patiētia q̄ oibꝰ ē necessaria ꝓpter cōes passiōes qbꝰ īfestatur humanum genus.

Er patientiam

P currāmꝰ ad ꝓpositū nobis certamē. Doctoris gētiū vba sūt ista ad hebreos. 12. c. Post lapsū ꝑmoꝝ pētū adō hūanū genꝰ passionis ē vexatū: vt nullꝰ vnqꝫ i hac vita iueniri possit oio qetꝰ. Insurgūt vndiqꝫ mala vndiqꝫ tēpestates vndiqꝫ afflictōes: laboriosęqꝫ cure. Accidūt ⁊ sepe mlt'a aduersa nolētibꝰ ⁊ inuitis Neqꝫ aliter aduersus fortūe ipetꝰ ⁊ icursus: repētinosqꝫ motꝰ: nisi ferēdo ⁊ equo aio tollerando tuti eē valemꝰ. Supanda ait Virgiliꝰ ois fortuna ferendo est. Hoc autē maxime operat patientie virtus: que omnibꝰ necessaria est: sine qua succumbit mens: ⁊ deficit animꝰ: cū aliqđ sinistrū accidere viderit. Eapropter in hoc sermone de patientia erimus tractaturi: de q̄ tres considerationes faciemus.

Prima est de eius descriptione.
Secūda de eius determinatione.
Tertia de eius acquisitione.

Quid sit patia: ⁊ đ mlt'iplici eiꝰ acceptōe. Ca. 1

P Rima cōsideratio est de patiētie descriptione: in qua qd sit patientia ostēdemꝰ Et Lact. 5. li. diui. insti. aduersus gētes: sic dicit. Patientia est maloꝝ q̄ aut inferūtur aut accidūt cū equanimitate ꝑlatio. Et Tullius in rhetorica eādē sententiā loquit sub alijs verbis. d. Patientia est honestatis aut vtilitatis causa reꝝ difficiliū ⁊ arduarū voluntaria ac diuturna ꝑpessio. Et pro ampliore declaratiōe notandū ꝙ quintuplex patientia inuenitur.

Prima est remissoꝝ. Secunda mūdanoꝝ.
Tertia stultoꝝ. Quarta hypocritarum.
Quinta virtuosorum.

Prima est patientia remissoꝝ eoꝝ. s. qbus ex officio incumbit reprehēdere corrigere vel punire aliena peccata: ⁊ tamē illa tollerant. Contra quos est. c. facientis. 86. di. vbi dicit. Facientis ꝓculdubio culpā habet: q qđ pōt corrigere negligit emendare. Et. 83. di. c. cōsentire. Cōsentire videt tractanti qui ad resecanda que corrigi debent nō occurrit. Et eadē di. in. c. error Error cui nō resistit approbat: ⁊ veritas cū minime defensat opprimit. Negligere qppe cum possis ꝑturbare peruersos nihil aliud est q̄ fouere. Nec caret scrupulo cōcessionis occulte q manifesto facinori desinit obuiare. De hac aūt vel tollerantia vel punitōne maloꝝ copiosius disputabitur in sermōe de iusticia. Secūda est patientia mūdanoꝝ eoꝝ. s. qui ꝓpter mundū quoscūqꝫ horres strenue tollerant. De qbꝰ dicit 47. di. c. omnes. Omnes huius seculi dilectores in terrenis his rebus fortes sunt: in celestibus autē debiles. Nā pro tēporali gloria vsqꝫ ad mortē desudare appetunt: ⁊ pro spe ꝑpetua nec parū quidē in labore subsistunt. Pro terrenis lucris iniurias quaslibet tollerant: ⁊ ꝓ celesti mercede: vel tenuissimi verbi cōtumelias ferre recusant. Terreno iudici toto etiā die assistere fortes sunt: in oratione corā dño vel vnius hore momēto lassant. Sepe nuditatē deiectionē famē ꝓ acquirendis diuitijs atqꝫ honoribꝰ tollerant. Superna autē laboriose q̄rere tanto magis dissimulāt: quāto magis ea retribui tardius putāt. hec ibi. Tertia ē patiētia stultoꝝ. s. eoꝝ q sciunt ꝙ peccādo mortaliter seruiūt diabolo ⁊ ꝑmittunt se trahi ab illo de peccato i peccatū. Quibus dicit Paulus. 2. ad Cor. xi. c. Libenter suffertis insipientes: cū sitis ipsi sapientes. Sustinetis. n. si qs vos in ſuitutē redigit: si qs deuorat: si qs accipit: si qs extollit: si qs in faciē vos cedit. Quarta ē patientia hypocritaꝝ de qbus dicit Math. 6. Extermināt. n. facies suas: vt pareant hominibꝰ ieiunantes

Quita ē patiētia virtuosoꝝ. De q̄ dic Aug. in li. de patiētia. Virtus animi q̄ patientia dicitur: tā magnū donū dei est: vt etiā ipsius q̄ nobis eā largit patiētia ꝑdicet. Et đ hac xp̄s Luc. 21. c. In patia vr̄a possidebitis aias vr̄as. Et iacobꝰ. 1. c. Patia opꝰ ꝑfectū hꝫ. ⁊. 2. ad Cor. 6. c. In oibꝰ exhibeamꝰ nosmetip̄os sic dei ministros i mlt'a patia. Et ad eph. 4. cū patia supportātes iuicē. Et. 1. ad cor. 6. Sectare iusticiā pietatē fidē charitatē patiā. Huiꝰ āt offiñ ē cōſuare bonū rōnis ꝯtra iusticiā ne. s. rō tristicie succūbat. nā vtutes morales ordināt ad bonū iquātū cōſuāt bonū rōis cōtra ipetꝰ passionū Int' alias autem passiones tristicia efficax est ad impediendum bonum rationis: secundum illud Eccl. 30. Multos occidit tristicia. Hec

Tho. s̃a s̃e. q. 136. ppea dixit Lucan⁹. Gau/
det patiētia duris. Nōndū tñ q̄ alid ē passionē
τ afflictōez i aduersitatib⁹ nō sentire: alid ñ suf
ferre: q hō ē āgustias τ tribulatōes sētit: sȝ si nō
ē v̄tuosus τ fortis aio i passione deficit: τ mul
ta: aut cogitat: aut loqtur: aut opatur q̄ nō con/
ueniūt. Qui v̄o v̄tuosus ē: τ si vt hō aduer/
sa sentiat: tamē in dolore modū adhibet: τ mē/
surā seruat atq̄ȝ modestiā. Propterea igt Se
neca de consolatōe ad paulinū: nō sentire mala
sua nō ē hominis: non ferre non ē viri. τ Tul
lius li. 2. de oratore. Magna laus τ admirabi
lis videri solet: tulisse casus sapiēter aduersos:
non fractū esse fortuna: retinuisse in rebus aspe
ris dignitatem.

De quinq̄ȝ in qbus debet vnusq̄sq̄ȝ esse pa/
tiens. Capitulum secundum.

S Ecūda consideratio de patiētia dicitur
determinatio. Dȝ nāq̄ȝ hō determina
te eē patiens maxime in quinq̄ȝ. vȝ.

Primo in contumeliarum illatione.
Secūdo in tpalium bonorum perditione.
Tertio in carorum amissione.
Quarto in corpis flagellatione.
Quinto in voluntaria operatione

Primo dȝ hō esse patiens in cōtumeliaruȝ
τ iniuriaꝝ illatōe. Solent nāq̄ȝ hoies nequā τ
mali molestare bonos: nūc detrahēdo: nūc cō/
uitiando: nūc contumelias īferendo. Ibi v̄tus
ē vbi boni patiēter sciūt sufferre. Quoniam vt
dicitur. 23. q. 4. c. tu bonus. Tu bonus tollera
malū. Et ideȝ in. c. tollerādi. τ in. c. Qui secū
dū carnē. In. c. V̄o. Hec aūt vita. Greg. ait
Si boni estis: q̄ȝ diu in hac vita subsistitis: eq̄/
nimiter tollerate malos. Nā quisq̄s non tolle
rat malos: ip̄e sibi p ipatiētiā testis ē: q̄ bon⁹
non ē. Abel eni esse renuit: quem Cayn mali
cia non exercet. Et Lact. in. 5. li. diui. isti. Nō
enim minus malū est referre iniuriā q̄ȝ inferre
Nam vnde certamina iter hoies contentiones
q̄ȝ nascūtur: nisi q̄ iprobitati opposita ipatiētia
magnas sepe cōcitat tempestates. Q̄d si patiē
tiam qua v̄tute: nil melius: nil in homie digni
us iueniri pōt: iprobitati opposueris: extingue
tur ptinus tanq̄ȝ igni aquā supfuderis. Sin au
tē puocatrix illa ipatientia iprobitatem sibi cō/
parē nacta ē: tm̄ excitabilius incēdiū vt id non
flumē aliquod: sȝ cruoris extinguat effusio: ma
gna itaq̄ȝ patiētie rō ē: quā sapiēs auget bono
uiro. Vt. n. nihil maloꝝ fiat h̄ sola efficit. Que
si detᵉ oibus nullū scelus: nulla fraus in rebus
humanis erit. Spectat vtiq̄ȝ ad magnanimita
tem quod nōnulli ascribūt ad vtilitateȝ. s. ferre
patiēter τ equo aio v̄bera contumeliosa. Con
tra quos ē dictū Senece li. d̄ clemētia. vbi igt
Magni animi ppriū ē iniurias atq̄ȝ offensi
ones spnere. Et idē i li. de puidētia. Manet si
ne aduersario v̄tus. Tūc appet quāta sit: quan
tūq̄ȝ polleat: cū qd possit patiētia ostēdit. τ Sa
piēs puer. 16. c. Melior ē patiēs viro forti: τ
q dn̄atur animo suo: expugnatore vrbiuȝ. Ex
hoc laudaᵗ patiētia magnoꝝ viroꝝ atq̄ȝ poten
tum: q patiētes fuerūt ad ferēdū iniurias. Scri
bit nāq̄ȝ Seneca d̄ Antigono rege: q̄ cum au
dissȝ quosdā: q eū nō videbāt de se male loquē
tes: accessit ad eos τ dixit. Nunc maledixistis
Anthigono: cui⁹ occasione i has miserias inci
distis: mō aūt bene optate ei qui vos ex hac vo
ragine eduxit. Nec āpli⁹ eis dixit. Diciᵗ etiā in
Policratone. q̄ Aristipp⁹ cuidā maledicēti si/
bi ph̄s patiēs respondit. Tu lingue tue: τ ego
auriū meaꝝ dn̄s sum: τ ibidem narraᵗ q̄ Xe/
nophon ph̄s de se maledicēti respondit. Tu di
dicisti maledicere: ego maledicta cōtēnere. Ibi
dem habeᵗ de octauiano: q̄ cū eidem descendē
ti rome p sacrā viam: desperatus qdam diceret.
o tyrāne: rn̄dit. Si essez non diceres. Nec am
plius de verbis eius curauit. Ferᵗ adhuc ibi/
dem: q̄ simillimus qdam adolescēs Octauia/
no vrbē intrauit. Quem Augustus ad se ad/
ductū interrogauit. Dic mihi adolescens. Fu/
it nūq̄ȝ mater tua rome. Negauit ille nec con
tent⁹ adiecit. Sed pater meus. Ioci itaq̄ȝ aspe
ritate vrbana notitiam oīum τ familiaritateȝ si
bi cōciliauit. Ibidem adhuc fertur illud quod
scribit aug. 4. li. d̄ ci. dei d̄ magno Alexādro.
Qui cū reprehenderet piratam quendam di/
cens: cur mare habes infestum. Ille libera vo
ce respondit. Quid tibi: vt tu orbem terrarum
Sȝ q̄ id ego vno nauigio facio: latro vocor: q̄
tu magna classe: diceris imperator. Si sol⁹ τ ca/
ptus sit Alexāder latro erit: τ multa alia cōtra
Alexādrū ptulit aiose. Mirat⁹ Alexāder con
stantiā hois honorauit eū: iussitq̄ȝ cōscribi mi/
litie. Silr narraᵗ ibi q̄ Anthigon⁹ pedagog⁹
cytharā Alexādri magni fregit abiecitq̄ȝ diceᵗ
Etati tue iā regnare cōuenit: vt ea q̄ i corpe re/
gis voluptatē luxurie dāt domineris. Q̄d ille
patientissime tulit. Quib⁹ exēplis appet: nō vi
le eē neq̄ȝ vitupabile: imo magnificū egregiuȝ
atq̄ȝ decorū illatas iniurias despicere. Scd̄o
dȝ hō eē patiēs in tpalium bonorū pditiōe: vt
nō subruat

nō subruat animus: neqȝ desperet si quādoqȝ hec fortune bona: vt honor dignitas potentia diuitie similia ⁊ dimi uant. Propterea laudat Anaxagoras: qui nō est cōtristatus quando in patriā rediens possessiones suas desertas ⁊ dissipatas inuenit. Et Bias prieneus letanter respondit his q eū interrogarunt: qd secū ferebat cū fugiebat de patria: quā inuaserant hostes. Omnia mea mecū porto: de quibꝰ mentionez feci in ſmone de auaricia: siue de cōtemptu diuitiaꝝ in q̄dragesimali. Tertio dȝ esse hō patiēs in suoꝝ carorū seu propinquoꝝ amissione nā sunt multi q ꝓpter mortē suoꝝ nullū habēt modū. Indignant deo: ⁊ seipsos cōmittūt cōsumendos dolori. Pro quibꝰ dicit Seneca de consolatione ad Paulinū. Quid tā humile ac muliebre est: q̄ȝ cōsumendū se dolori cōmittere nos autē nō interdicimus eis: qn ꝓ suis mortuis quadā pietate ducti doleant ⁊ lachrimētur fleuit Joseph sup patre suo mortuo vt dr̄ Gene. vltimo. c. Et abrahā fleuit sup Sarra mortua post. 126. annis vite sue. Gen̄. 23. ca. fleuerunt ⁊ patres antiqui ꝑ morte suoꝝ. Et xp̄s lachrymatus est: cū lachrymātē vidit Magdalenaȝ ꝑ fratre mortuo. Joā. xi. c. ⁊ Vgo beata doluit ⁊ fleuit in morte xp̄i: damnamꝰ superabūdātiaȝ doloris: q̄ videt quandā desperationē p̄tēdere: quapropter paulus. 2. Thessalonicēses: 4. c. ait. Nō cōtristemini sicut ⁊ ceteri q spē nō habent. ⁊. 13. q. 2. c. vbicūqȝ hec autē. ⁊. c. habēt ⁊. c. q diuina vocatōe. cōfirmat qd̄ dicimꝰ hinc Hiero. ad Tyrasiū ait. Charitatis tue scripta ꝑcepi: in qbꝰ animū tuū dolore cōmotū de filie dormitione cognoui: nō aliud in te admiratus suȝ q̄ȝ xp̄iani pectoris abste virtutē ablatā fuisse Stupeo murū fidei penetratū vulneribꝰ orbitatis: quē sopire debuerat spes resurrectōis ⁊ regni celestis. Resurgere credimꝰ mortuos nostros ⁊ plangimꝰ: qd faceremꝰ si mori tm̄ ꝑciperet deꝰ. Voluntas eiꝰ vtiqȝ sola sufficeret ad solatiū: cui nullū iubemur affectū p̄ponere. hec ille. Propterea. Valeriꝰ maximꝰ lib. 5. rubri. de parentibꝰ qui obitū filioꝝ forti aīo tulerunt: laudat Anaxagorā: q audita morte filij respondit nūcio: nihil iexpectatū aut nouū nūcias: ego eniȝ illū ex me natū: mortalē esse sciebā: ⁊ sicut nemineȝ mori solere qui nō vixerit: sic nec aliquē viuere q moriturus nō sit. Quarto debet vnusqsqȝ esse patiens in corporis flagellatiōe: cū corpus egritudinibꝰ ⁊ infirmitatibꝰ aggrauatur: sicut de beato Francisco legimꝰ: de q̄ dicit dn̄s Bon̄. in legēda magna: cū duris corporis angeret doloribus: illas suas angustias nō penaꝝ censebat nomine sed solatioꝝ: dū autem semel grauius solito doloꝝ vrgeret aculeis quidaȝ frater simplex dixit ad eū: frater hora dn̄i vt mitius tecū agat. Manū eniȝ suā plus debito sup te grauare videt. Quo audito vir sanctꝰ cū eiulatu exclamans ait. Nisi noscerē in te simpliceȝ puritatē: tuū ex nūc abhorrerē cōsortiuȝ: qr ausus fueris circa me diuina iudicia reprehēsibilia iudicare. Vt lȝ totus eēt attritus grauis ꝓlixitate languoris: ꝓijciens se in terrā ossa debilia duro casu collisit ⁊ deosculans humū: gratias ingt tibi ago dn̄e deus de ominibꝰ his doloribus meis: teqȝ mi dn̄e rogo: vt cētupluȝ si tibi placuerit addas: cū tue sancte volūtatis adīpletio sit mihi cōsolatio semꝑ plena. Quinto dȝ esse vnusqsqȝ patiens in voluntaria opatione: in ieiunis orationibꝰ vigilijs ⁊ disciplinis: alijsqȝ operibꝰ virtuosis: cū p̄miū illorū sit eterna vita. Jn omnibꝰ autē vnusqsqȝ memor esse debet illius patiētissimi Job: q in omni aduersitate sua: in dāno reꝝ: siue in morte repentina filioꝝ siue in plagis ⁊ vlneribꝰ corpis sui solitus erat dicere. Dn̄s dedit dn̄s abstulit: sic dn̄o placuit ita factū est: sit nomē dn̄i bn̄dictuȝ.

Qd̄ quinqȝ sunt regule ad acquirēdā patiētiam. Capitulum. 3.

Tertia cōsideratio est de patientie acquisitione. Jn qua dicēdū est quomō patientia pōt acqri: ⁊ ad hoc notande sunt quinque regule.

Prima dicit recogitatio.
Secunda melioratio.
Tertia premiatio.
Quarta auxiliatio.
Quinta exemplatio.

Prima regula dr̄ recogitatio. Quādocūqȝ qs sentit aduersa multa iminere sibi recogitare dȝ peccata q̄ cōmisit: ⁊ dicere illud Michee. 8. c. Jrā dn̄i portabo qm̄ peccaui ei. Sic faciebāt fratres Joseph qn̄ venerūt i egyptū: ⁊ Joseph loquebat cū eis: ⁊ ipsi nō cognoscebāt eū: ⁊ dicebat: frater vester vnꝰ liget in carcere: vos aūt abite ⁊ fratrē vr̄ȝ minimū ad me adducite. At illi lingua hebraica credētes nō intelligi ab Joseph dicebāt adinuiceȝ: merito hec patimur qr peccauimꝰ in fratrē nostrū vidētes angustiam aīe illiꝰ cū deprecaret nos: ⁊ nō audiuimꝰ: Jdcirco vēit sup nos ista tribulatio. Scd̄a regula dr̄ melioratio. Quādocūqȝ qs tribulatiōibꝰ

quatiť vt patiens fiat ꝯſideret q̃ deꝰ in hac vita ſepius vexat quos amat: ⁊ omnia in meliꝰ inter/pretať. Vñ Job. 5. c. diciť. Beatus hõ q corri piť a dño: increpationẽ ergo eiꝰ ne reprobes: ⁊ ſapiens ꝓuer. 3. Diſciplinam dñi ne abijcias: nec deficias cũ ab eo corriperis. Quẽ. n. dili/git dñs corripit: ⁊ quaſi pr̃ i filio cõplacet ſibi. Solet. n. tribulatio ſatis ꝓdeſſe anime ad illu/minandũ eã: atq3 ad ſuperãdas mũdi ⁊ carnis blanditias. Vñ Lact. in. 2. lib. diuinaꝝ inſtit. ait. Tunc maxime deꝰ ex memoria hominũ ela bitur: cũ beneficio eius fruentis honorẽ diuine indulgentie dare debẽt. At vero ſiq̃ neceſſitas grauis ꝓſſerit: tunc dñi recordanť: ſi belli ter/ror: infremuit: ſi morboꝝ peſtifera vis incũbit: ſi alimẽta frugibꝰ longa ſiccitas denegauit: ſi ſe ua tẽpeſtas: ſi grãdo ingruit: ad deũ cõfugitur: a deo petiť auxiliũ deꝰ vt ſubueniat orať. Si qs in mari vento ſeuiente iactať: hunc inuocat. Si qs aliq̃ vi affligať: hunc potiꝰ iplorat: ſi qs ad ex tremã medicãdi neceſſitatẽ deductus victũ ꝓci/bus expoſcit: hunc ſolũ obteſtať ꝑ eiꝰ diuinũ at/que vnicũ nomẽ hominũ ſibi miſericordiã q̃rit hec ille. Et Hiero. tribulationis vtilitatẽ ꝑ exẽ pluz quoddã explicat in epiſtola ad Ruſticum monachũ. d. Grecus adoleſcens erat in ceno bio: q nulla abſtinentia: nulla operis magnitu dine flãmã poterat carnis extinguere. Hũc ꝑi/clitantẽ pater monaſterii hac arte preſeruauit. Jmperat cuidã viro graui vt iurgijs atq3 cõui tijs inſectareť hominẽ: ⁊ poſt irrogatas contu/melias primꝰ veniret ad q̃rimonias. Vocati te ſtes: ꝓ eo loquebanť q cõtumeliã fecerat. So/lus pater monaſterij defenſionẽ ſuã callide op/ponere ſtuduit: ne abũdãtiore triſticia abſorbe/retur frater. Quid plura. Jta ãnus deductꝰ ẽ. Quo expleto interrogatus adoleſcẽs ſuꝑ priſti nis cogitationibꝰ ſi ita adhuc moleſte ſuſtineret pape inq̃t. Mihi viuere nõ l3: ⁊ fornicari libet

